
3 1761 07833918 1

THESAURUS RESOLUTIONUM SAC. CONGREGATIONIS CONCILII

Quæ consentanee ad Tridentinorum PP. Decreta, aliasque Canonici Juris Sanctiones

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM SAC. CONGREG.

Obeunte a die 25. Aprilis 1775.

R. P. D. CARRARA

Prodierunt in Causis sub annum 1775. propositis Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis in Ecclesiastico Foro versantibus apprime utilis, & necessarius.

TOMUS XLIV.

TRIPLICI

INDICE LOCUPLETATUS.



ROMÆ MDCCLXXVII.

Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

INDEX
ALPHABETICUS CAUSARUM

Quæ in Sacra Congregatione Concilii propositæ fuerunt anno 1775. per Diœceses dispositus.

A

ALatrina Reædificationis Cappellæ 8. & 29. Iulii *pag.*54., *&* 56.
Aquinaten. Irregularitatis 18. Martii, & 8. Aprilis *pag.* 2. *&* 7.
Aretina Dispensationis 18. Martii *p.*1.
Ariminen. Commutationis Voluntatis 9. Septembris, & 2. Decembris *pag.* 93. *&* 98.

B

BAlneoregien. 8. & 29. Julii *pag.*62. *&* 66.

C

CAmerinen. Cathedratici 18. Martii, 17. Junii, & 8. Iulii *pag.*1. 43., & 47.
Comen. Irregularitatis 8. Aprilis, & 6. Maii *pag.* 14., *&* 18.
Cornetana 6. Maii, & 17. Junii *pag.* 29. *&* 35.

E

EUgubina Jubilationis 19. Augusti, & 9. Septembris *pag.* 83. *&* 88.

F

FIrmana Emphyteusis 9. Julii, & 19. Augusti *pag.* 71. *&* 76.
Florentina Reductionis Missarum 18. Martii, & 8. Aprilis *pag.*3. *&* 8.

G

GRanaten. 6. Maii *pag.* 18.

H

HOrtana Stipendii, & Liberationis a Molestiis 29. Julii, & 19. Augusti *pag.* 66., *&* 75.
Hortana 2. Decembris *pag.* 101.

I

INteramnen. 8., & 29. Julii *pag.*60. & 66.

L

LAuretana Jubilationis 9. Septembris & 2. Decembris *pag.* 92. *&* 97.
Leodien. 2. Decembris *pag.* 98.
Leopolien. 2. Decembris *pag.* 97.
Leopolien. Nullitatis Professionis 9. Septembris *pag.* 89.

M

MAlacitana 6. Maii, & 17. Junii *pag.* 32., *&* 35.
Mazzarien. 19. Augusti, & 9. Septembris *pag.* 82., *&* 88.

N

NEpesina 2. Decembris *pag.*104.
Nullius Sancti Michaelis de Clusa 2. Decembris *pag.* 108.

O

ORdinis Sancti Basilii Magni 8. Aprilis, & 6. Maii *pag.* 9. *&* 18.

Pam-

P

PAmpilonen. 19. Augusti, 9. Septembris, & 2. Decembris *pag.* 85. 88., *&* 97.
Perusina Cappellaniæ 8. Julii *pag.* 47.
Prænestina Concordiæ 18. Martii *pagina* 2.

R

RAvennaten. 8. & 29. Iulii *pag.* 58. *&* 65.
Regien. Reductionis Servitii Chori, & Missarum 8., & 29. Julii *pag.* 56. *&* 65.
Ripana 17. Junii, & 8. Julii *pag.* 44. *&* 47.
Ripana Beneficii 17. Junii *pag.* 38.
Romana Cappellaniarum 18. Martii, 8. Aprilis, 6. Maii, & 17. Junii *pag.* 2. 7. 17., *&* 35.
Romana Cappellaniæ 18. Martii, & 8. Aprilis *pag.* 2., *&* 7.
Romana Fundationis Missarum 18. Martii, & 8. Aprilis *pag.* 3., *&* 8.
Romana Reductionis Legatorum 18. Martii, 8. Aprilis, & 6. Maii *pag.* 3. 8., *&* 17.
Romana Suspensionis Missarum 17. Junii *pag.* 41.

S

SAbinen. 29. Julii, & 19. Augusti *pag.* 69., *&* 75.
Sedunen 29. Julii, & 19. Augusti *pag.* 72. 76., *&* 87.
Syracusana Reductionis Missarum 8. Julii *pag.* 50.
Spoletana 17. Junii *pag.* 36.

T

TAurinen. 19. Augusti, & 9. Septembris *pag.* 79., *&* 88.
Tridentina 6. Maii, & 17. Junii *pag.* 26., *&* 35.
Tudertina Reductionis Onerum 8. Aprilis, & 6. Maii pag. 11. *&* 18.

V

VRbanien. 19. Augusti, & 9. Septembris *pag.* 76., *&* 87.

FINIS.

Die Sabbati 18. Martii 1775. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.



Folia Sac. hujus Congregationis felici faustoque ingressu, & sub auspiciis PII PP. VI. PONTIFICIS MAXIMI hodierna die resumuntur. Quare rogantur EE. PP. perpendere causas, quæ descriptæ sunt in postremo folio diei 17. Septembris anni elapsi, & sequentibus dubiis respondere.

CAMERINEN. CATHEDRATICI.

An, & a quo tempore, & in qua annua summa debeatur Cathedraticum pro Beneficiis unitis Præbendis Theologali, & Pænitentiariæ Cathedralis, in casu &c. *Seff. 24. cap. 3. de Reform.*

Affirmative a die adeptæ per Episcopum possessionis, & in summa præfinita a Concilio Romano.

ARETINA DISPENSATIONIS. *Seff. 24. cap. 6. de Reform.*

An sit locus dispensationi in casu &c.

Negative, & amplius.

Seff. 25. cap. 5. de Reform.

PRÆNESTINA CONCORDIÆ.

An Rector Beneficii sub invocatione SSmæ Assumptionis teneatur se conformare concordiæ Anni 1763., & sub quibus pœnis in casu &c.

Affirmative, & esse cogendum sub pænis in transactione contentis.

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

ROMANA CAPELLANIARUM.

An, & quomod. sit locus reductioni Missarum, itaut sit standum, vel recedendum a decisis sub diebus 2. Septembris 1758., & 11. Augusti 1759. in casu &c.

Non proposita cum reliquis.

Sess. 14. cap. 7. de Reform.

AQUINATEN. IRREGULARITATIS.

An sit consulendum SSmo pro dispensatione ab irregularitate in casu &c.

Sess. 25. cap. 6. de Reform.

ROMANA CAPELLANIÆ.

An Capellania, seu legatum pium, de quo agitur, sit adiudicandum PP. Mercenariis S. Mariæ in Campo Martio in casu &c.

ROMANA FUNDATIONIS MISSARUM. *Seff. 25. cap. 13. de Reform.*

I. *An conftet de adimplemento voluntatis quond. Petri Gavazzi, ita ut fit ftipulanda quietantia, in cafu &c.*

II. *An, & in qua quantitate fit locus affignationi Locorum Montium pro prædicto adimplemento, in cafu &c.*

III. *An, & in cujus creditum Loca Montium fint comparanda, in cafu &c.*

IV. *An, & quomodo in cafu inadimplementi fit providendum, in cafu &c.*

FLORENTINA REDUCTIONIS MISSARUM. *Seff. 25. cap. 4. de Reform.*

An, & quomodo fit locus reductioni onerum, in cafu &c.

ROMANA REDUCTIONIS LEGATORUM. Plura, quæ pia Mulier Cæcilia Merifi inftituit legata in caufa fuerunt, cur Archiofpitale S. Jacobi Incurabilium hæres inftitutus non leve pro illorum implemento difpendium fubire debuerit. Ipfa enim in teftamento anni 1673. Capellaniam cum onere Miffæ quotidianæ erigi juffit, nec non bina anniverfaria defignatis cujuslibet anni diebus celebrari præcepit, iifdemque diebus certam frumenti quantitatem pauperibus diftribui mandavit. Prçterea fingulis hebdomadis panis eleemofinam fubminiftrari voluit feptem Religiofis Familiis ex Ordinibus Mendicantium. Ac demum octo dotalia fubfidia fcut. 25. affignavit totidem Puellis, quæ in Domino nuberent. Quamvis autem Archiofpitalis Moderatores hæreditatem tunc adierint cum beneficio legis, & Inventarii, nihilominus profpicere non curarunt illius indemnitati per exactam, diftinctamque redituum hçreditariorum difpunctionem, fed omnia præfcripta onera inconfultò adimpleverunt. *Seff. 25. cap. 4. de Reform.*

Id tamen explere non prætermiserunt vigiles hodierni Præsides, qui agnoscentes damnum, quod Archiospitali obvenerat, & una simul animadvertentes redditus impares prorsus esse omnium onerum satisfactioni, supplices adierunt sa. mem. Clementem XIII. postulantes tum reintegrationem quoad præteritum, tum etiam in futurum legatorum reductionem juxta proportionatam redditiuum quantitatem. Utraque petitio Sac. hujus Congregationis judicio ablegata fuit, quæ die 16. Decembris 1769. Peritum Ratiocinatorem eligi mandavit, ut ex firmatione status hæreditatis Merisiæ de decennio in decennium perficienda, res tota luculentius deprehendi posset.

Itaque Peritus juxta mentem Sac. Congregationis deputatus retulit, Archiospitale pro legatorum satisfactione ab anno 1683. ad annum usque 1767. de proprio impendisse scuta 795. 61., ab eo autem anno ad totum annum 1772. in eamdem causam consumpsisse scuta 382. 72-. Certa proindè ex hac relatione comperta est hæreditariorum redditiuum insufficientia, & damnum, quod Archiospitale subierat. Quare propositis in Sac. Congregatione dubiis I. *An, & in qua summa sit locus reintegrationi favore Archiospitalis S. Jacobi Incurabilium in casu &c.* II. *An, & quomodo sit locus suspensioni subsidiorum dotalium, & aliorum onerum relictorum a quondam Cecilia Merisi pro obtinenda reintegratione in casu &c.* III. *An, & in qua quantitate sit locus in futurum reductioni eorumdem subsidiorum dotalium, vel aliorum onerum in casu &c.* = Die 11. Junii anni elapsi responsum prodiit = Ad I. *Affirmativè ad formam Peritiæ judicialis*. Ad II. *Affirmativè pro suspensione quatuor subsidiorum dotalium usque ad integram reintegrationem*. Ad III. *Dilata, & ad mentem*.

Mens autem fuit, ut conficeretur status integræ hæreditatis Merisiæ per exactam tum prædiorum, tum domorum descriptionem, eisque certus annuus fructus deductis expensis tribueretur; nec non distincta fieret onerum enumeratio, & introitus, atque exitus calculus, quo facilius totius hæreditatis vires cognosci possent, indeque legatorum reductio decerni. Mandatis Sacræ Congregationis, ut accuratius satisfaceret Archiospitalis Ratiocinator ad calculum reduxit redditus postremi decennii, insuperque expensas per id tempus factas diligenter adnotavit. Ex hujusmodi verò decennali calculatione constat reditus hæreditatis computari in scutis 2757. 81., expensas verò pertingere ad scuta 3675. 54 $\frac{-}{1}$; factaque integræ summæ in singulos annos partitione resultat annuos redditus non excedere scuta 275. 78., expensas verò ad scuta 367. 55. ascendere. Cum ergo certa habeatur excessus probatio quoad expensas, quæ introitum superant annuis scutis 91. 77., denuò Archiospitalis Moderatores instant, ut damnum avertatur, & petita quoad futurum reductio indulgeatur.

Inquiunt enim denegandam non esse reductionem, quoties redi-

redditus impares subeundis oneribus comperiuntur. Non inficiantur tamen, quod alia potius onera, quam Missarum numerus imminui debeat, tum inspecta verosimili Testatricis voluntate *Card. de Luc. de legat. disc.* 13. *num.* 8., *Rot. coram Cerro decis.* 680. *num.* 10., tum etiam Sacræ Congregationis praxi juxta resolutiones in *Mediolanen.*, *seu Comen. reductionis onerum* 14. *Januarii* 1721., in *Nepesina reductionis onerum* 3. *Julii* 1734., & alibi. Hinc existimant ex legatis a Cæcilia Merisi relictis præservari prius debere bina Anniversaria, nec non Capellaniam cum onere Missæ quotidianæ. Post hæc observant nullum, aut quid minimum emolumenti capere posse Archiospitale, si deleatur onus eleemosinæ panis Religiosis Familiis assignati, & frumenti Pauperibus distribuendi, cum pro utriusque oneris implemento exigua pecuniarum quantitas requiratur. Consultius idcircò, magisque commodum fore putant, si reducantur dotalia subsidia, quæ singulis annis Puellis elargiri deberent.

De hisce autem subsidiis animadvertunt, quatuor jam fuisse suspensa, ut Archiospitale reintegrationem assequeretur, de qua actum fuit in secundo dubio superius exposito. Hinc reductionem nonnisi quam de aliis quatuor subsidiis dotalibus impertiri posse affirmant. Verùm non inopportunè ponderandum proponunt, quod hæc quatuor subsidia summam scutorum centum conficerent, & tamen juxta Ratiocinatoris relationem expensæ pro subeundis omnibus oneribus in solis scutis 91. 77. introitum excederent, ita quidem, ut facta reductione, superessent adhuc ex introitu annua scuta 8. 23., quæ nec Archiospitali applicari Moderatores patiuntur, nec Puellis pro dote assignari possunt. Ut igitur æqua fiat singulis annis introitus, & exitus comparatio, absque eo quod Archiospitale damnum sentiat, vel lucrum capiat, nec quidquam, quod assequi valeant, pauperibus Puellis detrahatur, iidem Moderatores deponere anno quolibet parati sunt dictam summam scutorum 8. 23., quousque conficiatur cumulus scut. 25., quæ pro distributione unius subsidii dotalis sufficiant.

Præter hæc aliam quoque præfiniendam efflagitant methodum respicientem tempus explendæ quoad futurum dotium distributionis. Sustinent enim distributionem hujusmodi fieri de præterito consuevisse priusquam hæreditarii redditus fuissent exacti; atque hinc factum putant, ut Archiospitale dispendium subierit. Ad consulendum imposterum illius indemnitati supplicant pro facultate distribuendi dotalia subsidia postquam fructus hæreditatis percepti fuerint, deductisque expensis pro aliorum onerum implemento compertum extiterit, quæ nam pecuniarum quantitas pro dotium distributione superent.

Vi-

Viderint Eminentissimi PP. an, & quomodo petitis sit annuendum, resumptisque, si opus fuerit, prioribus foliis, quæ sunt ad diem 16. Decembris 1769., & 11. Junii anni præteriti, rogantur decernere

An, & in qua quantitate sit locus in futurum reductioni subsidiorum dotalium, vel aliorum onerum, in casu &c.

Die

Die Sabathi 8. Aprilis 1775. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

EX præcedentibus Congregationibus sex superfuerunt Causæ, quibus tres aliæ de more subjiciuntur, quæ omnes sapientissimam EE. PP. definitionem expectant.

ROMANA CAPELLANIARUM. *Sess. 25. cap. 4 de Reformat.*

An, & quomodo sit locus reductioni Missarum, itaut sit standum, vel recedendum a decisis sub diebus 2. Septemb. 1758., & 11. Augusti 1759. in casu &c.

Dilata ad sequentem.

AQUINATEN. IRREGULARITATIS. *Sess. 14. cap. 7. de Reform.*

An sit consulendum SSmo pro dispensatione ab Irregularitate in casu &c.

Negativè.

ROMANA CAPELLANIÆ. *Sess. 25. cap. 6 de Reform.*

An Capellania, seu Legatum pium, de quo agitur, sit adjudicandum PP. Mercenariis S. Mariæ in Campo Martio in casu &c.

Negativè, & amplius.

RO-

Sess. 25. cap. 13. de Reform.

ROMANA FUNDATIONIS MISSARUM.

I. *An constet de adimplemento voluntatis qu. Petri Gavazzi, ita ut sit stipulanda quietantia, in casu &c.*

II. *An, & in qua quantitate sit locus assignationi Locorum Montium pro prædicto adimplemento, in casu &c.*

III. *An, & in cujus creditum Loca Montium sint comparanda, in casu &c.*

IV. *An, & quomodo in casu inadimplementi sit providendum, in casu &c.*

Ad I. Affirmative, & amplius.

Ad II. Affirmative in quantitate locorum quatuor assignatorum.

Ad III. In Creditum Hæreditatis cum vinculo oneris Missarum, & amplius.

Ad IV. Jam provisum.

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

FLORENTINA REDUCTIONIS MISSARUM.

An, & quomodo sit locus reductioni onerum in casu &c.

Dilata, & circumferatur Testamentum.

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

ROMANA REDUCTIONIS LEGATORUM.

An, & in qua quantitate sit locus in futurum reductioni subsidiorum dotalium, & aliorum onerum in casu &c.

Non proposita, cum sequentibus.

OR-

ORDINIS SANCTI BASILII MAGNI. Innocentius Zappia Monasticam Professionem emisit in Ordine S. Basilii Magni, nullaque præmissa disquisitione, utrum confirmationis Sacramento munitus esset, bona fide, & citra contemptum dein primam Tonsuram, & minores Ordines a proprio Abbate Regulari suscepit. Sed cum jam ad vigesimum ætatis annum perventus post sedulam perquisitionem novisset se eo confirmationis Sacramento, carere, dubium inde subortum est, an legitime Tonsuram, & Ordines suscepisset; Quare huic Sacræ Congregationi preces porrexit pro absolutione, & dispensatione ab irregularitate, quatenus in ipsam inciderit, & pro rehabilitatione ad alios Ordines. *Sess.25. cap.4. de Reform.*

Ipse Orator jurejurando testatur = *Non mi ricordo affatto, che io fossi giammai Cresimato, come ancora, che avendo fatto diligenza dal Paroco nel mio Paese, nel solito Libro de' Cresimati, mi viene avvisato, che io frà essi non mi trovavo scritto* = Ac Procurator Generalis Ordinis testatur de bona fide Oratoris in recipiendis Ordinibus, unde censet ejusdem petitioni benigniter esse indulgendum.

Juxta constantem, perpetuumque Ecclesiæ usum, & praxim ambigi nequit Confirmationis Sacramentum ordinum collationi præmittendum esse: Cum enim Confirmationis Sacramentum a Christo Domino institutum fuerit, ut fideles S. Baptismo spiritualiter regenerati, gratia perfectionis, consummationis, seu augumenti spiritualis corroborentur, ut ait S. Ambrosius *lib.3. de Sacram. cap.2.* = *Post Fontem superest, ut perfectio fiat, quando ad invocationem Sacerdotis Spiritus Sanctus infunditur* = & san.mem. *Eugenius* in celebri Decreto edito *in Conc. Florentino* = *Per Baptismum spiritualiter renascimur, per confirmationem augemur in gratiam, & roboramur in fide* = maxime expedit, ac convenit, ut illud jam susceptum sit ab iis, qui in sortem Domini vocati ad Ordines sunt promovendi, quia = *ut ait Fagnan. in cap. Cum contingat, de ætate, & qualitate num. 96.* = *Cum per sacram ordinationem tradatur ordinato spiritualis Potestas, convenit, ut priusquam Laicus eam adipiscatur per Sacrum Oleum confirmationis roboretur, instruatur ad pugnam contra invisibiles hostes*.

Hanc fuisse perpetuam Ecclesiæ disciplinam, recenti etiam decreto *S.Concil.Trident.* roboratam, testatur *Juvenin. de Sacr. dissert. 3. quæst. 9. cap. 1.* = *Sacramenti Confirmationis receptionem, semper, & ubique tamquam rem magni momenti iis injunxit Ecclesia, qui Clericali statui nomen daturi erant, idque patet primo ex Cornelio Papa, qui in sua Epistola ad Fabium Antiochenum Novatiano vertit crimini, quod ordinationi Confirmationem non præmiserat, secundum Ecclesiæ Canonem; Patet secundo loco ex Concil. Niceno Primo, quod Clericis Novatianis ea lege Ecclesiasticum Ordinem concessit, ut re-*

reciperent Confirmationem , quam in sua secta neglexerant . Patet tertio ex Trident. Synodo, quæ legem de qua agitur Sess. 23. cap. 4. de Reformat. iis verbis innovat = Prima Tonsura non initientur , qui Confirmationis Sacramentum non receperint.

In quam autem pænam incurrant ii , qui non præmissa Confirmatione Ordines suscipiunt non una , & concors est Doctorum opinio . Aliqui putant nullam pænam suspensionis incurrere , quamvis mortaliter peccent , ut ex dicto decreto Sac. Concil. Trident. deducit *Dian. cap.* 24. *Praxis Navarrus cap.* 25. *num.* 69. *Sayrus de Censuris lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 44. Alii censent , quod nequidem ullum veniale crimen contrahant , inter quos *Barbos. allegat.* 12. *n.* 14. *Conync. de Sac. Ordin. quæst.* 72. *art.* 8. *num.* 90. *Dian. resolut.* 24. *de Sacram. Confirmationis* , quos refert *Thesaurus de pænis Ecclesiasticis par.* 2. *cap.* 13. *titulo Ordines per saltum recepti versic. Itaque, & versic. limit. secundo.*

Hinc multo magis hi omnes affirmant , ac tuentur nullam suspensionem , neque irregularitatem hac de causa incurri , & contrahi . Quæ sint hujus opinionis fundamenta late exponit *Juvenin. de Sacram. loc. super. adducto vers. Respondit nonnulli=Licet enim tertio sæculo sic ferrent Ecclesiæ leges , ut supra collegimus ex Epistola Cornelii Papæ ad Fabium Antiochenum, id tamen multis ab hinc sæculis non obtinet , & sane Jus Canonicum nec in decreto Gratiani, neque in Decretalibus, neque in Bullis posteriorum Pontificum eam , de qua illi Scholastici , irregularitatem statuit, nulla tamen in luci debet quam jus ipsum non statuat , nec exprimat ; In irregularitatibus enim adstruendis nec conjecturæ a simili , nec argumentum a majori ad minus locum habet =* hæc quæ sententia pariter probatur in *Institutionibus Scholast. Polemic. de Sept. Eccles. Sacramentis* nuperrime editis *Romæ anno* 1770. *de Confirmatione quæst.* 2. *Concl.* 2. *in fine* per verba = *Ea nihilominus omissa* (confirmatione) *irregulares isti non habentur ad Ordines suscipiendos, quia nullo jure, nullo Canone pæna hæc imposita legitur .*

Contra vero alii putant irregulares esse Sacro Chrismate nondum inunctos ob claram , expressamque prohibitionem , ac inidoneitatem iis a Sacro Concilio Tridentino indictam *in Sess.* 23. *cap.* 4. Imo *Fagnanus in dicto Commentario ad cap. Cum contingat de ætate , & qualitate num* 96. *testatur= quod alias declaravit Sacra Congregatio Concilii prima Tonsura initiatum non suscepto Chrismate postea ad minores Ordines susceptos esse male promotum , beneficia minus legitime acquisivisse , & non posse ad Sacros Ordines ascendere nisi prævia Sedis Apostolicæ dispensatione.* Verum hæc *Declaratio* S. Congregationis nullibi a Fagnano indicatur , perscrutatis quoque S. Congregationis Regestris nullibi reperiri potuit .

Sacra Congregatio in una *Ordinis Capuccinorum, seu Anglonen. Dispensationis die* 15. *Novembris* 1710. in qua res erat de Regulari jam ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem promoto,

to, qui valde dubius erat an inunctus revera fuisset Sacro Chrismate, vel ante legitimam ætatem Subdiaconatum suscepisset, cum idem Regularis preces dedisset pro absolutione, seu dispensatione super præmissis defectibus, ut ad Sacrum Diaconatus Ordinem ascendere posset, proposito dub. = *An, & quomodo Oratoris precibus sit indulgendum in casu &c.* Responsum dedit = *Prævia confirmatione sub conditione, pro absolutione a suspensione, & dispensatione quoad Irregularitatem ad cautelam.*

Dignentur itaque EE. PP. decernere

An, & quomodo Oratoris precibus sit annuendum, in casu &c.

TUDERTINA REDUCTIONIS ONERUM. Pius Vir Theodorus Pellegrini e Monte Castro in postremo elogio *anni* 1642. hæredes ex asse scripsit quatuor Capellanias a se sub diversis Invocationibus institutas, alteram *SS. Nominis Jesus, & Mariæ*, alteram *SS. Josephi, & Annæ*, tertiam *SS. Philippi, & Jacobi*, & postremam *S. Caroli*. Singulis distinctam dotem in tot bonis stabilibus assignavit, onusque singulis Capellanis injunxit celebrandi annua Sacra 245. circiter, nec non in festo S. Francisci eleemosinam 10. librarum Carnis, vel libr. 5. Piscium una cum 20. Panibus tradendi Patribus S. Francisci contermini Oppidi Spinetæ. Patronatum demum Capellaniarum reliquit descendentibus ex sua familia Pellegrini. Has quatuor Capellanias modo possident Sacerdotes *Pellegrinus Pellegrini*, *Paschalis Fronzi*, *Leopoldus Pellegrini*, & *Andreas Mancioni*, qui ob ingentem tum in valore proprietatis, tum in annuo redditu diminutionem bonorum singulis Capellaniis assignatorum preces dederunt pro reductione oneris tot Missarum. De hisce precibus nunc est agendum.

Sess. 22. decret de obser, & evit. in celebr. Miss.

Inquiunt ea bona tum in valore, tum in annuo redditu adeo imminuta modo esse, ut imparia sint ad tot Missarum onera ferenda. Bona primæ Capellaniæ *SS. Nominis Jesus, & Mariæ* temporibus Fundatoris fuisse valoris scutorum 1200., nunc vero vix redacta ad scuta 700., & ad annuum redditum scut. 33. 80. una cum inutili, ac undique ruinosa Domo. Bona alterius Capellaniæ *S. Josephi* tunc fuisse valoris scut. 1400., nunc vix pervenire ad scuta 360., & annuum redditum scutorum 14., alia ter-

tiæ Capellaniæ *SS. Philippi*, & *Jacobi* tunc valoris scutorum 1000. nunc vix redacta esse ad scuta 622. 50. cum annuo redditu scutorum 24. 90. Bona demum quartæ Capellaniæ *S.Caroli* ab ingenti tunc valore scutorum 1000. nunc decrevisse ad scuta 385., & ad annuum redditum sc. 13. Constare hæc omnia tum ex Testatoris elogio, in quo dicta bona cum respectivo valore descripta fuerunt, tum ex hodierna æstimatione, ac calculatione a publicis Peritis numero pluribus facta.

Hanc vero tantam imminutionem nulli Capellanorum culpæ tribui posse, obvenisse partim ex temporum injuria, pessimaque bonorum qualitate, partim ex corrosione contermini fluminis, a quo fere in totum fuit etiam corrosum alterum Prædium vulgo *gli Benditi*, seu *gli Renari*, quod pro indiviso, & communiter omnes Capellani possidebant. Imo probant ex dictis Peritorum relationibus eadem Prædia opera, sumptu, & diligentia hodiernorum Capellanorum maxime meliorata, & aucta esse. Addunt demum sibi onus injunctum a Testatore fuisse manutentionis Sacrarum Suppellectilium, hoc autem absque debita compensatione nunc superesse, cum Protocolli instrumentorum a Testatore rogatorum in illius oneris compensationem assignati, nullam penitus modo ob ipsorum antiquitatem afferant utilitatem.

Unicus dictarum Capellaniarum Patronus *Joannes Pellegrini* assensum præstat petitæ reductioni. Episcopus vero *Amerinus* Ecclesiæ Tudertinæ administrator post relatam tantam Capitalium, & reddituum imminutionem sic concludit = *Quæ cum ita sint, prout Oratores plene comprobant, æqua, & justa videtur eorum petitio, eamque rectissimam agnovit idem Patronus, scilicet ut statuta Missarum onera per Testatorem minuantur, & quidem pro mea sententia reducantur ad rationem obulorum decem, & septem cum dimidio pro qualibet Missa juxta Concilii Romani taxam de perpetuis Missarum oneribus. Ea tamen lege, ut oratores, eorumque Successores asservare teneantur suppellectilia, suppeditare ceram, hostiam, atque vinum, atque insuper prædiola manutenere, & in anno melioramenta facere. Quod quidem nusquam præstabunt, nec ulla lege cogi poterunt, si tot Missæ applicare debebunt, quot erunt fructus ad rationem unius Julii tantum.*

Fundator post singulas institutas Capellanias, singulisque assignatam distinctam dotem, expresse legem dixit = *Ordino che mai per alcun tempo nessuno de detti Capellani ardisca di tentare, ne impetrare alcuna derogazione, o riduzione di Messe, ne di peso alcuno imposto sopra dette Capelle, o Benefizii sotto pretesto di mancamento di frutto annuo, o di proprietà de sudetti Beni assegnati per ciascuna Capella, o Beneficio dallo stato presente, o futuro, che detti Beneficii saranno conferiti*, sub pœna caducitatis, *volendo io, che s'osservi inviolabilmente quanto da*

da me è stato stabilito perche con questa instituisco questo jus patronato, massime, che io sò benissimo quanto sia l'annuo frutto di questi quattro Beneficij, che per ciascun Capellano è a sufficienza per il loro peso.

Aperta itaque est Fundatoris voluntas, ut nulla unquam reductio oneris Missarum petatur. Verum enim vero si vel ex fluminis corrosione, vel ex temporum injuria adeo revera imminuti sint redditus, ut impares sint ad statuta sacra implenda, necessitas cogeret, ut reductio indulgeatur; quælibet enim prohibitio Testatoris nunquam manifestam iniquitatem secumferre potest ad *Text. in leg. cum quidam de usuris* hinc urgente necessitate sicuti locus est commutationi voluntatis, ita eo magis reductioni onerum. *Rot. in Ravennaten. Salviani* 16. *Februarii* 1753. §.16. *coram Molino*, *& Sacr. Congre. in Maceraten. oneris Missarum* 15. *Novemb.* 1687. *in Montis Politiani* 3. *Septemb.* 1716., *& in Bergomen. reductionis Missarum* 10. *Julii* 1728.

Perpendendum ideo an fructus vere decreverint, ac impares sint ad prescripta onera. Præstat hic singula referre, quæ ex adductis monumentis in Secretaria asservatis constat, cum ab Oratoribus nullus libellus datus sit, nihilque oculis EE. PP. subiiciatur. Habetur ex binis Testibus, predium vulgo *Renari* fuisse in quantitate quartarum 8. corrosum a Flumine. Sed advertendum est, hoc prædium non quidem assignatum fuisse in dotem alicui ex dictis Capellaniis in correspectivitatem injunctorum onerum, sed pro indiviso, ac communiter semper possessum fuit ab omnibus capellanis utpote hæredibus universalibus a Testatore institutis.

Quod vero spectat bonà in dotem singulis Capellaniis assignata, sane quoad primam Capellaniam *SS. Nominis Jesus, & Mariæ* nulla corrosio fluminis, nullaque bonorum deficentia ei assignatorum probatur, sed bini Periti unice testantur eadem Bona nunc tantum esse valoris sc. 700., & annui redditus sc. 33. 80., Ruralem Domum undique fatiscentem esse, & sumptu sc. 42. reparandam. Quoad vero alteram Capellaniam *S. Josephi* probatur ex binis testibus assignatum prædium in Vocabulo *li Cavoni* corrosum a Flumine fuisse in quantitate quartarum trium; itemque omnium bonorum redditum vix ascendere ad sc. 14. Demum quoad alias Capellanias *SS. Jacobi*, *& Philippi*, nec non *S. Caroli* nulla probatur corrosio fluminis, nullaque bonorum deficientia, & unicé bini Periti retulerunt illius redditus ad annua sc. 24. 90. hujus verò vix ad sc. 13. pervenire.

Quando autem reductio necessaria videatur, inquirendum ad quam rationem modo fieri debeat. Ad perpetuam facta fuit *in Prænestina* 15. *Febr.* 1709. *in Romana* 6. *Februarii* 1734., *& in Nepesina* 24. *Julii* 1734. ad manualem vero

ro

ro in *Florentina* 18. *Maij* 1765., *& in Calceaten. reductionis* 16. *Junii* 1770. aliquando demum arbitrio ordinarii fuit relicta ut in *Vigilien. Decanatus* 23. *Julii* 1729.,*in Lucana applicationis Missæ* 19. *Januarii*, *&* 12.*Februarii* 1735., *& in Albintimirien.* 2. *Martii* 1764.

EE. PP. qua ornantur æquitate, ac Sacri juris peritia decernere dignentur.

An & quomodo sit locus reductioni Missarum, vel aliorum onerum in Casu &c.

Seff. 14. cap. 7. de Reformat.

COMEN. IRREGULARITATIS. Clericus Petrus Sertorius Tonsura insignitus, causali, ac repentina pulveris tormentarii accensione adeo graviter in dextera manu læsus fuit, ut ejusdem liberum in parte inferiori usum, ac exercitium amiserit, unicè salvis, & incolumibus superstitibus digitis *Indice*, *& Pollice*, ac superiori ejusdem manus parte, quibus libere, & prompte utitur, ex hoc innoxio Casu id evenit, ut non valeat patenam post hostiæ consecrationem in Missæ celebratione tractare, nisi vel contra præscriptum rubricarum utatur, vel leva manu,vel Pollice,& indice dexteræ post consecrationem non sejungendis.

Idem innoxius Casus non eum ab ecclesiasticis studiis, ecclesiæque servitio retraxit, sed imo in iis adeo profecit, & vitæ ecclesiasticæ disciplina, bonisque moribus adeo exemplo semper fuit, ut nuper vacata ecclesia vice Parochiali Loci Vetiæ in PlebeLugani ditionis Helvetjorum ad eam electus fuerit unanimi voto Populi, ad quem electionis jus spectat. Hinc idem Clericus Petrus humillimas preces porrexit pro dispensatione ab irregularitate ex dicto defectu contracta, ut ad Presbyteratum promoveri queat, dictamque Parochiam assequi possit.

Auditus Episcopus Comen., is retulit = *Facto coram Magistro Ceremoniarium experimento, ex eo constitit Sacras operationes in Missa peragendas usu dexteræ manus sive ante, sive post consecrationem exacte ab ipso peragi, excepto quod post Sacræ Hostiæ consecrationem sacram patenam tractare non valet nisi contra Sacrarum Rubricarum præscriptum Indicem, pollicemque sejungat, vel ad ejusdem patenæ tractationem leva manu utatur. Dexteram manum læsam, & partim detruncatam tam in prophanis, quam Ecclesiasticis operationibus ea arte tractat, & exhibet, ut parte inferiori lesa ad pectus conversa, superior tantum pars incolumis ad oculum exibeatur, nullamque propterea nisi curiose investigantibus exhibet patentem deformi-*

ta-

tatem, *nec ullum scandalum generat*, *aut ullum impedimentum præter prædictum divinis præstat*.

Testatur item Episcopus = *inculpabile factum quod dictæ manus partem abstulit eumdem Oratorem ab Ecclesiasticis studiis*, *& ab Ecclesiæ servitio non avocavit*: ac concludit = *Ecclesiasticæ disciplinæ studium*, *probati mores*, *congrua rerum Ecclesiasticarum scientia postulatæ dispensationis gratiam eidem promerentur*, *quæ in Spirituale bonum populi deprecantis prædictum clericum in Parochum erit cessura*. Nunc itaque idem Clericus preces renovat pro dicta dispensatione obtinenda.

Inquit eum defectum non ex culpato, sed ex causali infortunio obvenisse. Se jam tunc Clericali Tonsura fuisse insignitum, postea vero tum Ecclesiasticis studiis, tum Ecclesiæ servitio semper incubuisse. Nunc vero unanimi voto optari in Vice-Parochum Loci Vetiæ, jamque nominationem a Populo habuisse, hancque ipsam ab Episcopo commendari, ac probari. Omnia itaque æquitatis principia suadere, ut petita dispensatio sibi largiatur, præsertim cum defectus ille nullam deformitatem, nullumque scandalum generet, nec impedimento sit, quominus sacrum integre impleatur, ac celebretur.

De irregularitate ob defectum digitorum litteralis est Textus *in Cap. Presbyt.* 2. *de Cler. ægrotant.*, *& Debilit.* = ibi = *Presbyterum*, *cujus duos digitos cum medietate palmæ a prædone abscissos significasti*, *Missam non permittimus celebrare*, *quia nec secure propter debilitatem*, *nec sine scandalo propter deformitatem membri hoc fieri posse confidimus*. Hinc Sacra Congregatio irregularem dixit Sacerdotem, cui duo digiti manus Sinistræ deerant *in Baren*. 16. *Decembr*. 1673., *& in Aquilana* 26. *Feb*. 1763. item alium Sacerdotem cui digitus Pollex in manu dextera abscissus fuerat in *Noviomen*. 11. *Sept*. 1726., & demum alium Pollice in sinistra manu carentem *in Cadurcen*. 14. *Januarii* 1663. *lib. decr*. 28. *pag*. 3.

Verum enim vero ubi res fuit de casuali defectu, & de Sacerdote jam promoto non semel, sed pluries Sacra Congregatio dispensationem indulsit, Exemplum est *in dictis Cadurcen*. 14. *Januarii* 1663., *& Baren*. 16. *decem* 1673., & præsertim *in Mutinen*. 24. *Maij* 1734., in qua Sacerdoti tribus digitis carenti Pollice, Indice, & medio fuit dispensatio concessa, ea tamen lege ut tantum in oratorio privato, vel in publica Ecclesia hora tamen a Populo minus frequentata celebraret. *Et in Sumoagitien*. 15. *Maij* 1738., in qua Vicario Curato cui unice superfuerat digitus Pollex indulta fuit dispensatio, ita tamen ut celebraret in Ecclesiis minus frequentatis. *Et in Aquilana* 26. *Februarii* 1763., in qua eadem dispensatio indulta fuit Sacerdoti, cui in leva manu Pollex, Indexque casu defuerat.

Hæc

Hæc tamen in Sacerdote jam promoto locum ſibi vindicant. Nunc vero res eſt de ſimplici Clerico diſpenſationem petente, ut ad Sacrum Presbyteratus ordinem, & ad exercitium curæ promoveri valeat. Perpendendum hinc an ſaltem vel neceſſitas, vel utilitas, vel æquitas petitam diſpenſationem exigant, dum res eſt de Clerico jam nominato ad Parochialem Eccleſiam, unanimi voto a Parochianis exoptato, boniſque moribus, ac Eccleſiaſticæ vitæ diſciplina prædito, ab Epiſcopo quam maxime commendato: Et demum res eſt de exercitio Curæ animarum habendo in loco Vetiæ ditionis Helveticæ.

Emi Patres qua ornantur juris Sacri peritia, ac æquitate, & Clementia dignentur reſponſum dare.

An ſit locus diſpenſationi in Caſu &c.

Di

Die Sabbati 6. Maji 1775. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

DE quatuor Causis in præterita Congregatione actum fuit; Alterius definitio ad hodiernam rejecta, ideo prior in ordine describitur, cui reliquæ usque ad consuetum numerum adduntur. Dignentur itaque Emi PP. singulis responsum reddere.

ROMANA CAPELLANIARUM.

An, & quomodo sit locus reductioni Missarum, ita ut sit standum, vel recedendum a decisis sub diebus 2. Septembris 1758., & 11. Augusti 1759. in casu &c. *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

Dilata ad sequentem.

ROMANA REDUCTIONIS LEGATORUM.

An, & in qua quantitate sit locus in futurum reductioni Subsidiorum dotalium, & aliorum onerum in casu &c. *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

Affirmative pro reductione aliorum quatuor Subsidiorum dotalium pro rata tantum annuorum scut. 91., & ob. 77., itaut exactis reditibus annualibus ex superextanti summa fiat cumulus usque ad quantitatem scut. 25. constituentium unum Subsidium dotale, quod statim conferri debeat secundum dispositionem Testatoris, & servetur idem ordo, & methodus successivis temporibus.

Sess.23. cap.8. de Reform.

ORDINIS SANCTI BASILII MAGNI.

An, & quomodo Oratoris precibus sit annuendum, in casu &c.

Prævia confirmatione, in reliquis ad D. Secretarium ad mentem.

Sess.22. decret. de obser.& evit. in celebr. Miss.

TUDERTINA REDUCTIONIS ONERUM.

An, & quomodo sit locus reductioni Missarum, vel aliorum onerum in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo Administratori juxta instructionem.

Sess 14. cap. 7. de Reform.

COMEN. IRREGULARITATIS.

An sit locus dispensationi in casu &c.

Negative.

Sess.25.cap.5.,& cap.10.de Regul. & Monial.

GRANATEN. Apud Alhamæ oppidum in Ecclesia PP. Carmelitarum anno 1725. patratum fuit sacrilegum Furtum Sacræ Pixidis, in qua complures sacratissimæ Particulæ asservabantur. Probata per Curiam Ecclesiasticam earum identitate cum repertæ fuissent in domo Rei, primum in Ecclesia PP. Clericorum Minorum Civitatis Granatensis, deinde solemniori pompa translatæ fuerunt in Chorum inferiorem extra clausuram Monialium Ordinis S. Francisci Excalceatarum Monasterii sub invocatione Angeli Custodis, donec die 4. Novembris ejusdem anni 1725. jussu Archiepiscopi Perea clausæ in parva Pixide argentea sigillis obsignata, translatæ fuerunt in Chorum interiorem intra Clausuram ejusdem Monasterii, in quo etiam modo asservantur.

Summa fuit, uti etiam in præsens est veneratio, & cultus, Monialium erga Sacratissimum hoc depositum; jugiter enim diu, noctuque ante illud orant, lampades, cereosque accensos retinent, & in reparationem illatæ injuriæ Corpori Christi solemne Festum quotannis celebrant. Præte-

te-

tereundum tamen non est prædictum Archiepiscopum Peream, cum forsan vereretur ne alicujus ex sacris Particulis corruptione, quæ temporis successu evenire potuisset, Moniales periculo materialis Idololatriæ exponerentur, jussisse in eodem Altari asservari quoque, & renovari Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum.

Cum verò Præsul de Tauro in Archiepiscopatu Successor, quæsivisset a Monialibus Apostolicum Indultum, cujus vigore ipsis fas esset asservare intra Clausuram Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum earum nomine anno 1734. supplex hac de re libellus exhibitus fuit S. Congregationi. Datis de more literis ad Archiepiscopum, ut de re tota referret, hic adhibitis Peritis, assumptisque etiam expertis Viris Ecclesiasticis ad earumdem Particularum formalem recognitionem devenit. Cum constitisset Particulas incorruptas esse, Archiepiscopus jussit, ne loco dimoverentur, quin immo vetuit, nè inibi in posterum conservarentur, aut renovarentur aliæ Particulæ consecratæ, quemadmodum vigore decreti Archiepiscopi Perea actum fuerat = *Perchè in esse, come consagrate persisteva l oggetto certo, e determinato all'adorazione di Latria, che gli si deve, per la quale adorazione, non v'era bisogno di consagrarvi altre distinte Particole, perche essendo quelle incorrott e si conservava Cristo sagramentato.*

Decreto hoc Archiepiscopi cum Moniales voti compotes evaserint, nihil ulterius actum comperitur in Sacra Congregatione. At ab inde citra frequentiores prædictarum Particularum recognitiones fuerunt; Ab anno namque 1735., usque ad annum 1751., quo superstes fuit idem Archiepiscopus de Tauro, vel singulis, vel saltem alternis annis recognitiones peractæ fuerunt, in quibus constanti semper Peritorum relatione constitit, Particulas incorruptas permansisse. Eadem methodo se gessit Præsul Onesimus in Archiepiscopatu Successor, nam ab anno 1753., ad annum 1756. singulis annis easdem Particulas personaliter visitavit, atque incorruptas recognovit. Similiter annis 1758., & 1759. Capitulum Cathedralis, vacante Sede Archiepiscopali, ad ipsarum recognitionem processit. Eadem denique methodo usus est hodiernus Reverendissimus Archiepiscopus, qui integro decennio octo vicibus, sive per se, sive per suum Vicarium Generalem easdem Particulas visitavit, easque incorruptas recognovisse asserit.

Cum vero hic nollet diutius tolerare, quod sacræ hæ Particulæ asservarentur intra clausuram Monialium, sive quia hoc decreto Sac. Conc. Trident. vetitum est, sive quia præter necessitatem Clausuræ leges violarentur frequentibus recognitionibus, quæ etiam Monialium quietem turbare, eisque etiam sollicitudinem afferre potuissent, cura-

runt Moniales obtinere Apostolicum Indultum, cujus vigore Archiepiscopi committebatur arbitrio facultas indulgendi retentionem intra Clausuram prædictarum SS. Particularum. Verum Archiepiscopus antequam suum interponeret arbitrium ad novam recognitionem die 25. Octobris deveniendum decrevit cui, & ipse interfuit.

In hac itaque Peritorum, & Virorum Ecclesiasticorum judicio renunciatum fuit, Particulas majores adhuc integras, & incorruptas subsistere in minoribus vero, & minutissimis fragmentis aliquid immutationis vestigium deprehendi, itaut gravis esset difficultas = *di qualificarle incorrotte* = Quamobrem Archiepiscopus audito etiam Promotore Fiscali commisso uti noluit arbitrio, quinimmo non obstante novo rescripto impetrato a Monialibus, quod subreptitium agnovit, jussit, decrevitque = *che la piccola Piside legata, e sigillata, che esist nell'altare del Coro alto, dentro la quale si racchiudono quelle Sagre Particole, si trasportasse, come si ritrovava da qualunque de Capellani del Monastero al Ciborio dell' Altare Maggiore in ora opportuna, in cui fossero chiuse le porte, senza pompa straordinaria, e per il passo interno della Sagrestia &c. Riservandoci di provederne a suo tempo circa al modo, e forma di fare in appresso le ulteriori ricognizioni* =

Gravissimum hoc fuit Monialibus, quæ cum ipsi Archiepiscopo significassent, velle ad Sacram Congregationem earum preces deferre, ipse ultro hac de re distinctam exaravit rerum omnium expositionem, ex qua superius relata desumpta sunt, & ad hanc ipsam Sacram Congregationem transmisit, quin suam explicaret animi sententiam, & ipse quoque in hoc negocio EE. PP. definitionem expectans.

Petunt igitur Moniales indulgeri sibi facultatem retinendi in Choro interiori prædictas Sacras particulas: Exponunt se esse in possessione quinquaginta ferme annorum asservandi intra Clausuram Sacratissimum hoc depositum, ab ipsis diu, noctuque coli, & venerari, lampades, cereosque accensos retineri, quotannis solemne Festum celebrari, in reparationem injuriæ sacrilego furto illatæ Sanctissimo Corpori Christi, Sacratissimas Particulas ab anno 1734: usque ad præsens singulis fere annis ab Archiepiscopis pro tempore recognitas, non sine evidenti miraculo illæsas, incorruptasque repertas, quod humana ratione evenire non potuisse. Præsertim cum azimum faciliori dissolutioni obnoxium sit.

Subdunt vetitum quidem esse asservari, & retineri intra Clausuram Eucharistiæ Sacramentum, verum intelligendum de eo quod conficitur pro Sacra Synaxi, & ad ritualis præscriptum singulis saltem hebdomadis renovari debet,

bet; Hac sub lege minime comprehendi casum, in quo sacratissimæ Particulæ a sacrilega Latronis manu præservatæ quinquaginta ab hinc annis cum evidenti prodigio supra naturæ ordinem illæsæ, atque incorruptæ supersunt, & tales in posterum etiam futuras confidunt. Denique ex Archiepiscopi relatione in tot peractis visitationibus nihil evenisse, quod perturbationem attulerit. Summa sunt hæc rationum Capita, quibus Monialium petitio innititur.

Contra Promotor Fiscalis potissimum insistit dispositioni Sacri Concilii, de Clausura Monialium. Hanc autem nimium frequenter, & non sine perturbatione Monialium infringi contendit frequentibus recognitionibus. Addit irreverentiam suboriri in ipsa adoratione, quam sacris particulis exhibent Moniales; Cum enim eorum Chorus interior nimium angustus sit evenit, quod = *nel tempo stesso in cui le Monache adorano le Sagre Particole volgono le spalle, all'Altare maggiore, ne mai vi mancava qualche discorso, che si cagiona dallo stesso concorso di altra gente.*

Ex facti autem expositione ad Sacram Congregationem transmissa ab Archiepiscopo plura ad rerum elucidationem, quoniam ullus circumferetur libellus, expendenda sunt. Primum nempe, quod ab anno 1734., usque ad præsens singulis ferme, aut alternis annis peractæ fuerunt sacrarum Particularum recognitiones, ad quas Peritos Physicos, Virosque Ecclesiasticos evocari oportuit, & frequentiores in posterum esse debebunt; Alterum, quod tametsi in omnibus præcedentibus cognitionibus ab anno 1734., ad annum 1771., tam a prædecessoribus, quam ab hodierno Archiepiscopo peractis sacræ Particulæ incorruptæ repertæ fuerint; In postrema tamen anni 1773. habetur; *Che nelle Particole riconosciute, ve ne sono molte, specialmente quelle di maggior grandezza, che si conservano salde senza indizj di mutazione, corruzione, o risoluzione, che l'altre minori, ed anche minutissime, le quali pure stanno racchiuse nello stesso vaso hanno qualche mutazione, che si percepisce col tatto, nella facilità, con cui si stritolano, e perciò appunto davano grave motivo di dubbio per qualificarle incorrotte, & in questo parere convenne ancora il nostro Promotore Fiscale.* Tandem advertendum, Archiepiscopum de hisce Particulis nil aliud decrevisse quam quod transferri deberent = *dal Coro alto*, qui est intra Clausuram, *al Ciborio della Chiesa, e collocarsi insieme con l'altre Pissidi contenenti le Ostie quotidiane, ripetendo le recognizioni più frequentemente di quelle si era fatto sino allora.*

His igitur præmissis, cum Moniales instent, ut sibi Apostolicum concedatur Indultum retinendi intra Clausuram has Sacras Particulas, quas ut in præteritum coluerunt, ita etiam in posterum colent Latriæ cultu, & ipse etiam Archiepiscopus

pus suo decreto præsupposuerit easdem servandas, & eodem Latriæ cultu honorandas, venerandasque dum Pixidem, in qua ipsæ custodiuntur, reponi jussit in eodem Ciborio, in quo aliæ Pixides cum Eucharistia asservantur, abs re non erit, si nonnulla de diuturna Sacratissimæ Eucharistiæ asservatione ex constanti tam veteri, quam recenti Ecclesiæ more, & disciplina ad EE. PP. memoriam revocentur.

Compertum sane est antiquissimum fuisse morem haud diu Sacram servandi Eucharistiam, imo post Missæ celebrationem communionis reliquias in Ecclesia tam Orientali, quam Occidentali pueris jejunis ad id specialiter advocatis in Templo distributas fuisse. Eam praxim sæculo sexto apud Orientales obtinuisse probat insigne miraculum, quod tempore Imperatoris Justiniani, & Patriarchæ Mennæ evenit de Puero Judæo, qui triduo permansit illæsus in ardenti fornace, in quam a Patre fuerat projectus, quod cum pueris Christianis superstites communiones manducasset, uti refert *Evagr. hist. Eccles. lib.* 4. *cap.* 35., *& Nicephorus pariter hist. Eccles. lib.* 17. *cap.* 25., qui refert se, cum Puer admodum esset, sæpius cum aliis pueris communionis reliquias sumpsisse.

Eandem disciplinam in Occidente, & præsertim in Galliis ipso sæculo sexto servatam fuisse liquet ex *Canon.* 6. *Concil. Matisconensis habiti anno* 566. In hoc enim cavetur *quæcumque Sacrificiorum reliquiæ post peractam Missam in Sacrario superfuerint, quarta, vel sexta Feria Innocentes pueri ab illo, cujus interest, ad Ecclesiam adducantur, indicto eis jejunio easdem reliquias aspersas vino percipiant*, uti habetur apud *Juenin. de Sacram. dissert.* 4. *quæst.* 2. *art.* 2., *Sciardon. hist. Sacram. lib.* 3. *cap.* 6. Mos hic hodierna etiam disciplina firmatur. Etenim *in Cæremoniali Romano* novissime jussu san. mem. *Bened. XIV.* ædito *titulo* 4. *de Sac. Eucharistiæ vers* 7 Parochis præscribitur = *Sanctissimæ Eucharistiæ Particulas frequenter renovabit. Hostiæ vero, seu Particulæ consecrandæ, vel ubi eas consecraverit veteres primo distribuat, vel sumat*, quamobrem Theologi, & Liturgici in eo conveniunt, Eucharistiam singulis hebdomadis, vel ad summum infra quindecim dies renovari debere. *Antoen. de Sacram. Eucharistiæ in sua Theol. mor., Gavantus part.* 2. *tit.* 10. *Commentar. de Rubric. Missæ*.

Hacque potissimum de causa Apostolica Sedes constanter rejecit ritum Græcorum, qui in Feria quinta Majoris Hebdomadæ consecrabant panes, ut per integrum annum asservarentur ad reficiendos læthali morbo laborantes, qui Sacram Synaxim in Viaticum sibi deposcebant, & aliquando etiam eisdem panibus consecratis, exiguam partem vini pariter consecrati affundebant, quemadmodum describitur a *Leone Alat. in suo tractatu de Commun. Oriental.*

jub.

sub unica specie num.7. Ritum hunc Summus Pontifex *Innocentius IV.* in Epistola, quam dedit ad Episcopum Tusculanum interdixit hisce verbis = *Eucharistiam in die Cænæ Domini usque ad annum prætextu infirmorum, ut videlicet de illa ipsos communicent, non reservent*. Quod etiam confirmatum fuit a *san.mem. Clemen. VIII. in Constitut.* 107. *Bull. 9. tom.*8. *part.*2. in qua cavetur = *Sanctissimum. Eucharistiæ Sacramentum, quod pro infirmis asservatur, singulis octo diebus, aut saltem quindecim renovetur = Non asservetur idem Sacramentum toto anno; si tamen asservatum fuerit, saltem in fine anni sumatur* = Ipsismet verbis hoc etiam præscripsit *sa.me. Bened. XIV. in sua Constitut. Etsi Pastoralis §. 6. tom.*1. *Bullar.* Quod etiam successive confirmavit alia *Constitut.*47. *§.29. tom.*4.*Bullar.*

Cum vero res sit de Particulis non solum quinquaginta ab hinc annis asservatis, sed imo res sit de eisdem asservandis etiam in futurum, eisque prosequendis ipsomet cultu Latriæ. Ponderandum utrum huic rei officiat immutatio, quæ evenit in minoribus Particulis, quæque iis verbis in Archiepiscopi relatione describitur = *Vi è qualche mutazione, che si percepisce col tatto nella facilità, con cui si stritolano, e perciò appunto davano qualche motivo di dubbio, per qualificarle incorrotte* = Si enim earum immutatio talis esset, ut simplicem respiceret qualitatem tunc sub ipsis non desineret esse Corpus Christi, quod si earundem tangeret substantiam, tunc certe in his fragmentis desiisset esse Corpus Christi, secundum egregiam, perspicuamque distinctionem *Divi Thomæ* relatam in ejus *Summa par.*3. *quæstion.*77. *art.*4. *pag.*511. *tom.*21. *ædit.Venet. anni* 1757. = *Distinguendum est inter utramque modum prædictarum corruptionum; quia cum Corpus Christi, & Sanguis succedant in hoc Sacramento substantiæ panis, & vini, si fiat talis immutatio ex parte accidentium, quæ non sufficeisset ad corruptionem panis, & vini, propter talem immutationem non desinit Corpus, & Sanguis Christi esse sub hoc Sacramento. Sive fiat immutatio ex parte qualitatis, puta cum modicum immutatur color, aut sapor panis, vel vini, sive ex parte quantitatis, sicut cum dividitur panis, aut vinum in tales partes, quod adhuc in eis possit salvari natura panis, & vini. Si vero fiat tanta immutatio, quod fuisset corrupta substantia panis, aut vini, non remanent Corpus, & Sanguis Christi sub hoc Sacramento: Et hoc sive ex parte qualitatum, sicut cum ita immutatur color, & sapor, & aliæ qualitates panis, & vini, quod nullo modo possint compati naturam panis, aut vini, sive etiam ex parte quantitatis, puta si pulverizetur panis, vel vinum in tam minutas partes dividatur, ut jam non remaneant species panis, vel vini.*

Et prosequitur. *Ad primum ergo dicendum, quod ad corruptionem per se pertinet, quod auferat esse Rei: unde in quantum esse alicujus formæ est in materia, consequens est, quod per cor-*

ru-

ruptionem separetur forma a materia. Si vero hujusmodi esse non esset in materia, posset per corruptionem auferri, etiam materia non existente, sicut accidit in hoc Sacramento, ut ex dictis patet = Proindeque si quoad minora fragmenta corrupta esset substantia, desiisset utique sub iis esse Corpus Christi, atque ideo Latriæ cultu venerari non deberent. Itemque si ulterioris corruptionis esset periculum, quod etiam in majoribus Particulis, frequentioribus recognitionibus timeri posset in posterum, ne Sacramentum irreverentiæ, & fideles materiali Idololatriæ exponantur, hoc in casu easdem Particulas cum reverentia esse sumendas censuit *Sylvius in suis resolutionibus verbo Eucharist. 1. tom. 5.*

Certum tamen est ad triumphantis nostræ Fidei confirmationem in Sacratissimo Eucharistiæ Sacramento, ita Divina disponente Clementia ad Incredulorum confusionem, & dubiorum confirmationem plura evenisse miracula, & præcæteris habetur in Ecclesia Domus S. Crucis Ordinis Fratrum Prædicatorum de Observantia nuncupat. Javarinensis Diœcesis in Regno Hungariæ, conservari Hostiam sanguine prodigioso consperſam, cum in dies evidentissima miracula fierent, propter quæ Populi multitudo eo confluebat, Summus Pontifex *Alexander VI. in Constitut. 97. in Bullar. Fratrum Dominicanorum tom.* 4. indulgentiam largitus fuit. Præterea in Ecclesia S. Mariæ in Vado in Monasterio Canonicorum Congregationis Renanæ Sanctissimi Salvatoris *anno* 1351. contigisse dicitur, ut Parocho Missam celebrante, subitaque detentatione perturbato, atque hæsitante, quonam pacto fieri posset vera Christi Caro, dum secundum ritum Hostia elevaretur, quotquot aderant, qui permulti sanè erant, Infantulum aspexisse, atque etiam in Missæ progressu fracta Hostia tantum sanguinem emanasse, ut Capellæ, Cælum totum sanguineis stellis fuerit consperſum; hujus autem prodigii gratia Ecclesia fuit donis, & oblationibus, & spiritualibus indulgentiis locupletata, tum a Gerardo, & Joanne Archiepiscopis Ravennæ, tum a Summis Pontificibus *Eugenio III.*, *Eugenio IV*, *Paulo III.*, *Paulo IV.*, *Sancto Pio V.*, *Gregorio XIII.* *Clemens* autem *Papa Octavus* Ferraria in suam ditionem vindicata Sacratissimum Sanguinem sæpe adoravit, Missamque in Ecclesia præfata celebravit.

Aliud ex ipsa conservatione Sacrarum hostiarum habetur in Ecclesia, quæ quondam erat PP. Soc. Jesu Complutensis Civitatis; In ea enim conservantur viginti quatuor hostiæ sive formæ consecratæ, & ab Anno 1597. mirabiliter incorruptæ. Ferunt quippe impios nonnullos homines ex Maurorum gente eas surripuisse, ut Argenteam Pixidem venderent; Adolescentem vero ex Hispanis parentibus, & ab Avita origine Christianis hostias conservasse, & Patri

tri Joan. Svarez tradidiſſe, qui cum adhibito in Conſilium Patre Gabriele Vaſquez eas ob ſuſpicionem Veneni, in loco humido, ſed decenti repoſuiſſet, ut humore corruptas in Cineres redigeret, & ſancte conſumeret, ipſas poſt aliquot tempus non putrefactas, ſed Candidas, & integras invenit, atque in eodem ſtatu diu eas vidit; Licet ad ſumendum experimentum alias quaſdam hoſtias non conſecratas in eodem humido loco repoſuiſſet, quas reperit putrefactas; & Vermiculis ſcatentes; Verum tamen eſt, quod cum ſucceſſive ſupplicatum fuiſſet pro facultate ut ab omnibus, tum ſæcularibus, quam regularibus, qui complecti ad horas Canonicas tenentur, officium cum Miſſa propria recitari poſſet, cum petitionis examen remiſſum fuerit ad Sac. Congregationem Rituum a tunc temporis fidej Promothore difficultates, & quidem magni ponderis objectæ, conſtitutæque fuerunt in defectu probationis Conſecrationis Hoſtiarum, & identitatis earundem ut a Sac. Congregatione *die* 20. *Martii* 1683. inſtantiæ hujuſmodi reſcriptum fuerit = *non propoſita* = Quemadmodum hæc relata habentur *a S. mem. Bened. XIV. in ejus opera de Canonizat. Sanctorum tom* 4. *Cap. Ult. pag.* 884.

His de aſſervatione prædictarum particularum præmiſſis, quod attinet ad decretum Epiſcopi circa earum tranſlationem ad Eccleſiam exteriorem Monialium duo ſunt animadvertenda. Primum ne frequentibus recognitionibus violetur lex Clauſuræ quam innovando conſtitutionem ſa. mem. Bonifacii VIII. tantopere, tantaque ſollicitudine præſcripſit *Sacrum Concil. Trident. Seſſ.* 25. *Cap.* 5., de qua etiam celebres ſunt conſtitutiones *Sancti Pii V. incipien. Decori. ſan. mem. Gregorii XIII.* cujus initium *Deo Sacris*, & alterius quæ incipit *Ubi gratiæ*, quas omnes innovavit, ac confirmavit *ſa. mem. Benedict. XIV.* in ſua Conſtitut. 40. *incipien. ſalutar. Bullar. tom.* 1.

Alterum quod in eodem Sac. Concilio *Cap.* 10. *ſeſſ.* 25. *de regularibus, & Monialibus*, expreſſe cavetur quod Euchariſtia intra Septa Monaſteriorum non retineatur = *Quod vero Sanctiſſimum Chriſti Corpus intra chorum, vel ſeptum Monaſterj, & non in publica Eccleſia conſervetur prohibet S. Synodus non obſtante quocunque indulto, aut privilegio* =; Hoc ipſum definivit Sac. Congregatio Concil. *in Toletana An.* 1573. *lib.* 1. *decret. pag.* 192., & in alia *Toletana Anni* 1579. *lib.* 2. *decretorum pag.* 154., *& in Barchinonen. VV. SS. LL. die* 16. *Julii* 1651. *lib.* 23. *decr. pag.* 58., ſolummodo habetur in *Oliſiponen. Anni* 1582. datas fuiſſe litteras Archiepiſcopo Summum Pontificem benignè indulſiſſe præcibus Monialium Viſitationis ejuſdem Civitatis, ut poſſent in interiori parte Eccleſiæ in Choro intra Clauſtra habere SSmi Sacramenti Cuſtodiam dum tamen exterius pateat aditus Miniſtro nulloque alio exterioris Eccleſiæ loco Sacramen-

tum asservetur, *ut ex lib. 4. decretorum pag. 38.*

Quid igitur de asservatione prædictarum Sacrarum Particularum, quid de Monialium precibus, quid denique de decreto Episcopi definiendum, & censendum sit pro eximia qua pollent Sacri juris cognitione omnibus inspectis circumstantiis definire dignentur EE. PP., simulque responsum dare dubio quod proponitur.

An, & quomodo sit providendum in Casu &c.

Affirmative juxta decretum Archiepiscopi, & ad mentem.

Seff. 25. cap. 18. de Reformat.

TRIDENTINA. Litteras ad Sac. Congregationem dedit Episcopus Tridentinus quibus ut suæ dieceseos præsbyteros, qui ad parochiales concurrunt sumptus, incommodisque prospiciat atque etiam gravissima eximat se molestia, & sollicitudine, pro se suisque Successoribus facultatem postulat, ut si quando occasione vacationis alicujus parochialis prævio legitimo concursu rector alterius parochialis ad vacantem transferretur unico contextu, ex approbatis in ipso concursu, quin novus indicatur, possit etiam secundæ parochialis vacantis rectorem seligere. En verba Epistolæ = *Vt primum Concilii publicatio hac in Vrbe secuta est, constantissima in Tridentina Curia consuetudo invaluit conferendi per concursus vacantes Parrochiales Ecclesias ad normam præsertim a citato Concilio, & à fel. rec. Benedicto XIV. proponendo nimirum Candidatis aliquot Conscientię Casus, ex quorum discussione cujusdam Evangelij textus, ad Parochialis Orationis contextum ritè, apteque intra aliquot horarum spatium in scriptis elucubrandum tutius experimentum Candidatorum habilitatis circa animarum procurationem haberi possit.*

Ad hujusmodi Concursus ex universa, qua late patet diæcesi, atque adeo ex remotissimis pagis ad quadraginta semper, & quinquaginta Sacerdotes magno ubique sumptu confluunt, neque extat memoria, qua Sacerdos aliquis primo, alterove tentamine Voti compos factus: Potissimum namque præstantium Candidatorum meritum in majori concursuum numero nititur, quibus Episcopi Tridentini præsunt, ut facilius opportuniores dignoscant, Paræciisque vacantibus melius, & utilius provideatur.

Cum tamen interdum eveniat, ut deceat Tridentinum Episcopum ob gravissimas Ecclesiasticas, politicasque causas vacantem E. S. paræciam conferre Candidato alias de altera Ecclesia Parrochiali proviso, adeo ut per ejusdem promotionem provisi vacet Ecclesia, opusque foret convocatione novi concursus. Hinc maximopere a Vobis EE. PP. etiam, atque etiam peto, quæsoque facultatem, ut mihi, meisque Successoribus concedatis, ut uno, eo-

eodemque contextu tam prior, quam posterior Parochialis Ecclesia, quæ ob promotionem alicujus Candidati jam Parochi, ad novam, vacaret, provideri possit.

Postulationis suæ rationes has proponit = *Quia in hac mea Diœcesi uno eodemque tempore decem Parochiæ vacarent, omnes penitus Candidati, non particulariter ad parœciam determinatam A. vel B., sed ad omnes generaliter contendunt. Vigore hujus auctoritatis hæc Curia Episcopalis Tridentina, quotiescumque se dabit occasio, publicis in Monitoriis, quæ Ecclesiarum valvis propter indictionem Concursuum affigi solent specialem declarationem hanc inferet, quod indictus concursus adhibebitur, in Casu etiam pro Parochia vacatura, quando ad vacantem, ut supra dictum est translatio fieret actualis Parochi. Si res ex mea Sententia conficietur, & Candidatorum sumptui, incommodisque EE. PP. parcetis, meque ipsum molestia, & sollicitudine quam ex eadem re capio gravissimam omnino liberetis.*

Quid petitioni hujusmodi respondendum quæritur. Collationi parochialium JURE *Decretalium* simplex examen præmittebatur, *ut in Cap ad hæc versic.*, *& hoc idem in Collatio ibi s beneficior. de offic. Archidiac. in Cap. ad decorem de Instit.*, *& in Cap. Quoniam de Jurepatr.*, Concursum, ejusque habendi formam præscripsit *S. C. Cap.* 18. *Sess.* 24. *de refor.* Conciliarem hanc dispositionem confirmavit, & declaravit *S.Pius V.* in celeberrima ejus Constit. cujus initium *in conferendis*. Præstior Concursus habendi forma præscripta est literis Enciclicis S. C., atque a san. mem. Clemente XI. confirmatis, datis ad Episcopos *die* 10. *Januarii* 1721. Tandem omnia novissima *Constit. S. mem. Benedicti XIV.* Cujus initium = *Cum illud quæ est la* 68. *Bul. Tom.* 1. reassumpta, confirmataque fuerunt.

De casu autem quo uno eodemque tempore plures contingat vacare Parœcias., quoad omnes quidem indicendus est concursus prævia affixione distinctorum edictorum pro unaquaque Ecclesia,non tamen Episcopus teneatur separata peragere examina, sed concursus absolvi possit unico concurrentium examine, actum fuit a Sac. Rot. in Causa *Majoriam Parochialis de Menacor.*ut ex Decis. proditis *die* 12. *Julii* 1708. §. *Utroque*, *& seqq. coram bo. mem. Omanna*,*&* 22. *Februarii* 1709. §. *discursus coram bo. mem. Card. Aldrovando*, quæ reassumptæ, confirmatæque fuerunt *coram Molin. ut ex decis.* 1183. quia finis, & ratio, propter quam Concilium requirit examen, est, ut Ecclesia a dignis, & idoneis parochis gubernetur, quia nulla lege, nullaque Pontificia constitutione Episcopis vetitum legitur, ne unico examine duplicem concursum pro duabus Ecclesiis Parochialibus absolvere possit, & eodem examine oppositores pro pluribus parochialibus Ecclesiis examinare, & approbare.

Quoties enim Episcopus una cum examinatoribus Synodalibus plures examinant oppositores pro pluribus Ecclesiis parrochialibus vacantibus, tunc licet examen dici possit unum materialiter, est tamen duplex formaliter utpote expletum pro duplici Ecclesia parochiali uti habetur ex dicta *decis. coram Molin. decis.* 1163. *num.* 3., *&* 4.

Quin, ut prosequitur eadem Decisio *num.* 5., *&* 6. huic rei obstet sive dispositio S. *C. d. Cap.* 18. *Sess.* 24. *de reform.* Inibi enim solum decernitur, ut adveniente vacatione Parrochialis Ecclesiæ Episcopus cum tribus examinatoribus Synodalibus examen faciat, ut succedente alia Vacatione in novo certamine peragendo, aut eosdem, aut alios tres examinatores, quos maluerit, ex Synodalibus tamen, eligere possit; Nullo tamen modo mandat, ut in contemporanea plurium Ecclesiarum vacatione, plura etiam, & diversa examina fieri debeant. Sive Constit. Piana, siquidem in ea nec verbum quidem est de pluralitate examinis in contemporanea Vacatione plurium Parochialium, quemadmodum etiam de hoc nihil cavetur in novissima constit. *fa. mem. Bened. XIV. incipien. Cum illud*.

Non relevante, quod approbatus ad concursum ad unam Ecclesiam Parrochialem, dici non possit approbatus ad aliam, quia hoc procederet, (uti subdit eadem decisio) quoties concursus fuisset indictus pro una Ecclesia Parrochiali, & fuissent etiam approbati pro alia Ecclesia Parrochiali, quia tunc verificaretur, quod examinatus, & approbatus ad unam Ecclesiam Parrochialem, inde ab Episcopo prælectus ad Ecclesiam Parochialem, pro qua non fuit neque examinatus, neque approbatus, nulliter, & invalide prælectus fuisset; Secus tamen est, quando oppositores fuerunt examinati, & respective approbati pro utraque Ecclesia Parochiali licet unico examine.

Finis enim, & ratio propter quam Sac. Concilium, & Pontificiæ Constitutiones requirunt examen, est, ut, Ecclesia a dignis, & idoneis Parochis gubernetur. Cum autem Episcopus de majori, vel minori idoneitate, & habilitate Concurrentium ad omnes Parochiales eodem tempore vacantes, recte valeat, se cautiorem reddere, judiciumque efformare sine minima læsione conciliaris dispositionis mediante unico examine, hinc est, ut adimpleto primario fine per concilium volito, nihil de materialitate plurium examinum literaliter non requisitorum in simultanea plurium Ecclesiarum vacatione curandum sit uti probat *Fargn. de jurepatr. part.* 5. *Can.* 10. *Cap.* 1. *num.* 18., *& concludit superius adducta decis. coram Molin.* 22. 8., *&* 9.

Hæc vero, quæ locum habent in Casu, in quo pro duabus Parochialibus vacantibus fat est, si unicus indicatur concursus, unicumque habeatur examen, si modo nomina-

tim

tim pro utriusque provisione præmissa sunt edicta. Ponderandum, an ex identitate rationis locum vindicent etiam in casu, in quo una tantum vacat Parochialis, & alterius vacatio per promotionem, seu translationem Rectoris futura est omnino incerta, atque eventualis. An huic rei provisum sit Cautela suggesta ab Episcopo exprimendi scilicet in edictis quod = *Indictus Concursus adhibebitur etiam in casu pro Parochia vacatura* = Et quid censendum sit si forte plurium Rectorum translatio, & æque plurium Parochialium consectaria vacatio eveniet. Vel denique cum nihil contra cautum legatur, vel a Sac. Concil., vel a Constitut. Apostolic., urgentibus rationibus propositis ab Episcopo evitandi præsertim sumptus, atque incommoda Candidatorum, denique ingentis numeri eorundem, qui confluunt ad Concursus, justa sit Causa, ut aliquid relaxetur, de praxi reiterandi concursus, & examina, quod ad meram formalitatem pertinet *Pignattel. Consult. Eccles. Tom. 1. Consult. 2. num. 35.* Dummodo idem sequatur effectus excludendi a regimine animarum minus idoneos, quo nil est, quod magis officiat Ecclesiæ Dei ut *ex Innoc. III. in Cap. nihil est de elect.*, *Cap. cum sit ars artium de ætat, & qualitat.*, *& Alex. III. in Cap. cum re eod. tit.*, atque admittendi tantummodo idoneos, probatosque viros, qui *se totos ovibus pascendis exponant pastoris opere, & nomine gloriantes, nil sibi reputantes indignum, nisi quod saluti ovium obviare putarent, non quærentes, quæ sua sunt, sed impendentes*, uti ait *S. Bernard. lib. 4. Consid. Cap. 2.*

Dignentur itaque EE. PP. summa, qua pollent juris sacri scientia decernere; & responsum reddere Dubio =

An, & quomodo petitioni Episcopi sit annuendum in Casu?

CORNETANA. Pia Mulier *Cleopatra Tartaglia* Cornetana Anno 1720. solemni actu inter vivos Cappellaniam mere Laicalem, seù legatum pium instituit de jurepatronatus suæ Familiæ cum dote LL. 20. Montium, injuncto onere Cappellano pro tempore nominando celebrandi per se ipsum Missas sex hebdomadales in qualibet benevisa Ecclesia: Facultatem Patronis concessit semper, & quandocumque Cappellanos ad nutum amovendi, & demum eamdem Cappellaniam penitus exemit a qualibet ordinarii, vel alterius superioris Ecclesiastici jurisdictione. *Sess. 23. cap. 8. de Reformat.*

Ad

Ad hanc Cappellaniam nuper vacatam per obitum Francisci de Nobilibus nominationem a Patronis obtinuit Clericus Lactantius de Nobilibus Senen. ætatis annorum duodecim nepos Celiæ Tartagliæ neptis, & donataria universalis dictæ Fundatricis. Impar idem Clericus Franciscus ad sacra per se ipsum implenda preces dedit pro facultate eam assequendi, & retinendi nec non onera Missarum per alium sacerdotem implendi usque dum ad legitimam Præsbiteratus ætatem pervenerit. Propositis autem precibus in Congregatione diei 30. Julii 1774. prodiit rescriptum = *Iterum proponatur*. Nunc itaque easdem preces renovat.

Inquit rem esse de Cappellania Laicali ad nutum amovibili, ad quam assequendam, ac retinendam sat est ex juris communis censura ætas annorum septem. Licet autem ex præscripto Sacri Concilii *in Sess. 23. cap. 5. de Ref.* ætas annorum 14. requiratur, benigne tamen sibi ætatis dispensationem indulgendam esse, tum quia est Testatrici sanguine conjunctus, & de Familia Patronorum, tum quia omnes Patroni, ac interesse habentes consensum præstant, tum demum quia nullus alius ex Familia est capax, nullusque extraneus jus habet ad eam assequendam.

Episcopus Cornetanus post relatam Fundationis seriem concludit = *dignum eum putarem petita dispensatione super ætate, ac facultate celebrare faciendi per alium Sacerdotem præscriptas Missas donec ad Præsbiteratus ordinem valeat promoveri*.

Fundatrix simplicem Capellaniam Laicalem ad nutum amovibilem, seu merum legatum pium instituit, imo eamdem penitus ab omni Episcopi, vel alterius Superioris Ecclesiastici jurisdictione exemit. Inspecta itaque ipsius indole, ac natura præsto foret vulgata juris communis censura, ut eadem Cappellania recte assequi, & retineri valeat a Laicis, infantibus, ac etiam a mulieribus *Navar. cons. 5. num.* 1., *Card. de Luc. de benef. disc.* 80. *num.* 18., *Rot. cor. Mazanedo decis.* 334. *per tot*, *& in Erboretana Cappellaniæ* 17. *Jun.* 1726. §. *Maxime coram Ratto*, & Sac. Congregatio in *Romana Cappellaniæ* 12. *Julii* 1721., *& in Civitatis Castelli* 1. *Martii* 1766. in qua cum ageretur de puero sexenni proposito = *An Paulus Nicolaus Bonvisa sit capax consequendi Cappellanias, seu legata pia ordinata a Comite Monte marte*, responsum fuit *affirmative*. Nec contrarium statuit Synodus Tridentina *in Sess.* 13. *cap.* 6. *de Ref.*, cum unice loquatur de Beneficiis Ecclesiasticis.

Verum, & juris communis censura penitus conticescit, ac exceptionem patitur, dum, vel expressa, vel tacita fundatoris voluntas obstat *Card. de Luc. de Benef. disc.* 61. *num.* 4., *Rot coram de Graffis decis.* 114. *num.* 5., *& in Hydruntina Cappellaniæ* 9. *Maij* 1698. §. *Quamvis coram Pio*. Non ete-

etenim repugnat, ut Cappellania mere Laicalis, ac simplex legatum pium sit nulla Ordinarii auctoritate erectum, sed ex voluntate Testatoris personæ nominandæ debeant esse Ecclesiasticæ, & etiam Præsbiterales, ita ut Laici, infantes, & etiam Clerici conjugati incapaces sint.

Qua de re in una *Auximana Cappellaniarum* 16. *Decemb.* 1702. proposito = *An dictæ Cappellaniæ reputari debeant ad instar hæreditatis mere prophanæ, sintque ita laicales, ut ad illas nominari etiam possint Laici, mulieres, & pueri*, responsum est = *affirmative quoad primam partem, negative, quoad secundam, lib.* 52 *decret. pag.* 449.

In una *Firmana Cappellaniæ* 18. *April.* 1711., in qua res erat de Cappellania *mere laicali*, & nulla ordinarii auctoritate erecta, proposito = *An Clericus Joannes Baptista Rettinus in statu Clerici conjugati possit retinere Cappellaniam, de qua agitur*, rescripsit. *Negative lib.* 61. *decr. pag.* 176.

In una *Romana Cappellaniæ*, in qua agebatur de Cappellania erecta cum declaratione = *Qual Cappellania debba riputarsi ad esser mera pura laicale, e non benefizio Ecclesiastico*, proposito = *An Cappellania de qua agitur retineri possit in statu conjugali per Cappellanum a Testatore nominatum*, rescriptum est *die* 20. *Septemb.* 1727. *Negative*.

Et in una *Civitatis Castelli* 24. *Aprilis* 1751. proposito = *An Cappellania, de qua agitur sit mere Laicalis, ita ut retineri possit ab Oratore in statu Conjugali*, rescripsit *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam*.

Tota itaque disceptatio in interpretanda mente *Cleopatræ* Fundatricis versatur. Hæc expressam legem indixit, ut Cappellani pro tempore nominandi implerent Statuta Sacra *per se ipsos &c. cum vacatione unius mensis, & non ultra in casu Cappellani infirmitatis, ex qua ipse Cappellanus a se ipso celebrare non posset, transacto vero mense quando etiam non possit, teneatur celebrare facere*. Perpendendum hinc an Fundatrix qualitatem Sacerdotalem actu seu Præsbyteralem desideraverit in Cappellano nominando, ita ut ea Cappellania Laicalis tantum a Præsbytero assequi, & retineri valeat.

De dispensatione autem concedenda, ubi agitur de passive vocato, præsertim unico, facile concedi solet a Dataria Apostolica, ut testatur. *Corrad. in Prax. dispensat. lib.* 4. *Cap.* 2. *num.* 8., *Piton. disceptat. Eccles.* 13. *num.* 42. Nec solet etiam de beneficiis, a Sacra Congregatione denegari ubi vel res est de Compatrono, vel de conjuncto Fundatoris, & de hujus Familia, vel de passive vocato, præsertim concurrente paupertate, ac Patronorum omnium, nec non interesse habentium consensu, ut de puero bimo in *Asculana Cappellaniarum super dispensatione* 22. *August.* 1750., & *in Neritonem Abbatiæ* 22. *Novemb.* 1760. de Puero quadrienni *in Lucana Beneficii, seu Cappellaniæ* 17. *Maij* 1749.,

& de

& de Puero quinquenni in *Monasterien.*, *seù Osnebrugen. Canonicatuum* 1. *Julii* 1753. *Viden. Parmen. dispensationis* 7. *Junii* 1760. , *Calaguritana dispensationis* 8. *August.* 1761. *Tridentina Cappellaniæ* 29. *August.* 1761.

EE. Patrum judicium expectatur.

An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione in Casu &c.

Seff. 14. cap. 7. de Reformat.

MALACITANA. Violento convulsionum morbo adeo in læva corporis parte læsus fuit Simon Serranus in undecimo ætatis anno, ut paulisper claudicet, duosque manus sinistræ digitos medium, & anularem rigidos, inflexibilesque habeat. Clericali militiæ dein ab Episcopo adscriptus, ac etiam ad Cappellaniam Laicalem suæ Familiæ nominatus, petiit ab hac Sac. Congregatione saltem se dispensari, ut ad Sacros ordines, ac ad Præsbiteratum promoveri queat.

Adito Episcopo, pro hoc valetudinario retulit Vicarius Generalis = *Prædictum Simonem altero tantum pede captum levissime claudicare: Manus vero sinistræ digitos medium, & anularem rigidos esse, nec liberi usus tenaces, unde nec Missalis folia nisi dextera manu faciat, vel omnino comburi sat; atque corruget, vertere potest, nec vittas sericas, quibus facilius notantur, atque volvuntur chartæ, præ digitorum debilitate tractare, nec demum patenam ita elevare, ut ad imum labrum, extremamque menti partem accedat, sed supra pectus, vel prope collum consistat: Cæteras autem, præcipuasque cæremonias, quarum defectus scandalum in Populo generare posset, penitus apud illum esse in tuto, nec ullum divinis Ministeriis religiose, reverenterque conficiendis grave præter dicta impedimentum apponi. Quamobrem mea quidem sententia certum est, nisi dicta absint, Emis Patribus nihil insuper obfuturum quominus Oratoris ejusdem petitioni, si placitum erit, benignè respondeant, & acquiescant.*

Nunc ideo preces renovat pro dispensatione. Inquit non culpa, nec delicto, sed morbi vi duo sibi obesse, alterum quod claudicet, alterum quod digitos anularem, & medium manus Sinistræ rigidos, ac inflexibiles habeat, ex neutro irregularitatem induci. Quoad primum attinet, non claudicare cum gravi deformitate, vel scandalo, nec baculo, aut alio auxilio egere, sed tantum levissime in sinistro pede, ut nec deformitas exurgat, nihilque obsit Altaris Ministerio, ac Cæremoniarum omnium imple-

men-

mento. Ex hoc itaque defectu nullam irregularitatis notam induci *cap. 9. si quis in infirmitate dist. 55.*, *Barbos. de Off. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 2. num. 40.*

Minusque eam induci ex defectu digitorum. Non rem esse de digitis Indice, vel Pollice pro consecratione necessariis, sed de aliis medio, & annulari, quorum in consecratione nullus est usus. Nec obesse, quod post consecrationem folia volvere nequeat, nec patenam ad imum labri accedere. Folia quippe vel manu dextera, vel ipsorum compressione recte absque deformitate volvere posse: Patenam vero si non ad imum labri, vel menti, saltem supra pectus, & prope Collum accedere posse. Recte ideo omnia saltem per æquipollens absque ulla deformitate, & scandalo integre exerceri, agique insuper non de præcipuis, ac necessariis, sed de extrinsecis cæremoniis, in quibus nec rigide inquirendum est, nihilque vetat, quominus per æquipollens impleantur.

Hinc saltem postulat sibi dispensationem indulgeri. Dum enim nulla deformitas, nullumque scandalum est: dum nihil ex substantialibus, ac præcipuis cæremoniis deest; dumque omnia integre, recteque impleri valent, commiserandam esse irregularitatem ex morbi vi, & solo defectu provenientem, sibique benignè largiendam esse dispensationem, ut ad Sacros Ordines promoveri, & obtentæ Capellaniæ onera implere valeat.

Irregularitas alia ex delicto, alia ex defectu sive animi, sive corporis profluit. Irregulares sunt ex defectu corporis, qui ita sunt corpore vitiati, ut vel nequeant ordinis ministeria exercere, vel non nisi cum deformitate, & scandalo, *cap. Illiteratos dist. 36.*. *cap. Presbyterum*, *& cap. Tanos de Cleric. ægrot.* Sic irregularis est, qui fuit aliqua manu mutilatus *cap. Exposuisti 6 de corp. vitiat.*: Presbyter, cui medietas palmæ cum duobus digitis fuit abscissa *cap. Presbyterum de Cleric. ægrot.* defformiter Gibbosus, *cap. Hinc etenim vers. Gibbosus dist 49.* Claudus nequiens sine pede ligneo, vel sine baculo incedere *can. Nullus Episcopus de consecr. distinct. 1.*: oculo orbatus, sive cui oculus erutus est si absque notabili deformitate Canonem legere nequeat, *can. Si evangelica 13. distinct. 55.*, & omnes notabiliter impediti aliquo usu membrorum *d. cap. Si evangelica*, *& tot. tit. de corp. vitiat.*

Sin vero talis sit corporalis defectus, qui neque notabilem deformitatem contineat, nec scandalum in celebratione causet, neque exercitium celebrationis impediat, nulla irregularitas est. Hinc Alexander III. *in cap. 1. de Corp. vitiat.* inquit = *Respondemus, quod cum ipse non perdiderit tantum de digito, quod sine scandalo possit solemniter celebrare, satis potes permittere ipsum in suo ordine ministrare* = & de Clerico promovendo, cui super dexteræ pollice fortuito casu

avulsa fuerat ungula *in cap. 7. eodem = Mandamus quatenus si ad frangendam Eucharistiam sit in pollice ipso potens, & aliud Canonicum non obsistat propter deformitatem hujusmodi non dimittas, quin eum ad Ordinem promoveas Sacerdotis.*

Ponderandum ideo an defectus Simeonis vel exercitium ordinis impediant, vel deformitatem, ac scandalum generent. Claudus est, sed levissime, ut refert Vicarius Generalis. Digitos inflexibiles, ac rigidos habet, sed vel ope manus dexteræ, vel foliorum compressione potest Missalis folia vertere, & Patenam saltem supra pectus, & prope collum accedere. Verum hic non res est de Sacerdote jam promoto, sed de promovendo. Sacra Congregatio in una *Consentina* 13. *Julii* 1725. Sacerdoti jam promoto, qui casualem in brachio dextero passus fuerat læsionem, ut sacram Hostiam, & Sanguinem sumere non posset cum manu dextera, indulsit arbitrio Ordinarii dispensationem, ut Eucharistiam ope manus sinistræ sumeret.

Quid consulendum in casu sit decernant Eminentiss. PP. Proponitur

An sit consulendum SANCTISSIMO pro dispensatione, in casu &c.

Die Sabathi 17. Junii 1775. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

CUM in proxima præterita Congregatione nonnulla Causarum Dubia decisa minime fuerint, dignabuntur EE. VV. dictæ Cougregationis Folium reassumere, & sequentibus Dubiis pro summa, qua pollent, sapientia respondere.

ROMANA CAPPELLANIARUM. *Sess. 25. cap.4. Re apform.*

An, & quomodo sit locus reductioni Missarum, ita ut sit standum, vel recedendum a decisis sub diebus 2. Septembris 1758., & 11. Augusti 1759. in casu &c.

Dilata, & eligatur Peritus ju dicialis pro firmatione Status.

TRIDENTINA. *Sess.25. cap.18 de Reform.*

Au, & quomodo petitioni Episcopi sit annuendum in casu &c.

Scribatur Episcopo ad mentem.

CORNETANA. *Sess. 23. cap.8. de Reform.*

An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione in casu &c.

Affirmative usquednm ad legitimam pervenerit ætatem, adimpletis oneribus.

MALACITANA. *Sess. 14. cap.7. de Reform.*

An sit consulendum Sanctissimo pro dispeusatione in casu &c

Consulendum Sanctissimo pro dispensatione ad cauthelam.

Seff. 25. cap. 4. de Reform.

SPOLETANA. Capitulum, & Canonici Collegiatæ Ecclesiæ S. Gregorii Majoris Spoletanæ Civitatis, cujus Mensæ reperiuntur unitæ tresdecim Cappellaniæ, perpetuum habent onus annuas celebrandi Missas 705. præter alias 25. per Priorem *primam* ejusdem Capituli Dignitatem celebrandas, quæ in antiqua Sacrarii tabella simpliciter descriptæ sunt, & qnarum celebratio æqua distributione per Canonicos impletur. Nulla extat nominum memoria, qui nam fuerint earumdem Cappellaniarum Fundatores, quive pii Testatores antedictas Missas celebrari mandantes, & quæ nam sint Bona, quæ vel pro dote Cappellaniarum, vel pro implendo præfato Missarum onere relicta fuere. Tam gravia namque Massa communis dictæ Collegiatæ Ecclesiæ passa est infortunia, & decrementa in Bonis, domibus, ac redditibus, ut Canonici impares esse agnoverint nedum implemento dicti Missarum oneris, quæ adamussim usque ad recentiora tempora impleverunt, sed etiam Præbendis annexorum, & præsertim assiduo Chori servitio, quo Canonici premuntur.

Quamobrem tùm ob perpetuam Massæ communis inopiam, tùm ob ingentes ferendas expensas in collapsis ex causa terræmotus domibus sive reficiendis, sive restaurandis, tùm ex aliis plurimis hujus generis necessariis sumptibus peragendis, Canonici recursum habuerunt ad hanc Sacram Congregationem pro aliqua reportanda reductione supradictarum Missarum 706., votique compotes effecti fuerunt anno 1758. pro illarum medietate, & ad sexennium, quæ gratia perseverantibus adhuc infortuniis, & decremento Massæ communis benigniter prorogata fuit ad triennium semel de anno 1364.. secundo de anno 1767., tertio demum de anno 1770. Anno verò 1773. iisdem persistentibus causis, supplicantibusque Canonicis, ut *perpetua* fieret hujusmodi temporanea Missarum reductio, Sacra Congregatio sub die 17. Julii dicti anni 1773. per summaria precum rescripsit = *Pro purgatione ad annum, & interim firmetur Status Collegiatæ*.

Firmato Statu tum activo, tum passivo dictæ Massæ communis per integrum decennium a Ratiocinatore Spoletanæ Civitatis, ex eo constat, Statum activum superare passivum in scutis 1933. 14. 1. $\frac{1}{4}$. & sic in annuis scutis 193. 31. $\frac{1}{4}$, quibus distributis in quatuordecim portionibus, hoc est Priori pro duabus partibus, decem totidem Canonicis, & geminis duobus Cappellanis, patet, quemlibet Canonicum non alios anno quolibet habere redditus, nisi scutorum 13. 80. 4., ob idque Canonici ratione modicitatis reddituum, nec non restaurationis Canonicalium, & ruralium Ædium, aliarumque necessariarum expensarum, variata petitione, nunc instant pro perpetua Mis-

Missarum omnium reductione ex juribus ab ipsis circumferendis.

Animadvertendum in Facto est, Episcopum in suis prioribus Epistolis Sacræ Congregationi transmissis annuisse prorogationi reductionis onerum Missarum pro medietate. In postrema verò ejus Epistola, qua adnexum transmisit statum activum, & passivum dicti Capituli, nihil de prorogatione dixit, minusque de perpetua singularum Missarum reductione, pro qua instant Canonici, solumque retulit fructus Canonicatuum tenues esse, & proinde prorsus impares quotidiano ferendo Ecclesiæ servitio.

Rursus ex transmissa firmatione Status activi, & passivi pro certo habetur, e statu activo supputatas fuisse tres expensarum partitas jam per decennium consideratas, nimirum *per risarcimento della Canonica*, *& in parte risarcite le Case de Coloni sc.* 215. 03. 1. $\frac{1}{4}$ = item = *per spese di Liti sc.* 34.=, nec non = *per spese diverse sc.* 130. 49. 2. $\frac{1}{4}$

Ulterius non leviter *authumatur* ut ait Spoletanus Antistes, *quod jam ab antiquo tempore redditus pro Missarum celebratione relicti cum iis, qui ad Massam Capitularem spectabant, fuerint commisti, ac incorporati.*

Notandum præterea est, quod cum antedictum Missarum onus sit, ut refert Episcopus, inter Præbendas pro rata distributum, hinc illius facta reductione pro medietate, nimirum pro Sacris 152., istisque divisis in quatuor supra decem Præbendas, quas inter dividuntur redditus, quilibet Canonicus vi reportatæ reductionis onus habuit quotannis celebrandi Sacra vigintiquinque.

In jure verò ponderandum occurrit, quod aut agitur de onere Sacrorum jam agnito, & dudum impleto, & hoc casu si fructuum diminutio contingit, minuendum etiam est onus Sacrorum servata proportione eleemosynæ manualis, ut monet *Passarin. de Stat. Homin. quæst.* 187. *artic.* 4. *numero* 1042., & respondit Sacra Congregatio *in una Burgi Sancti Sepulchri reductionis Oneris Missarum* 30. *Martii* 1748. Aut verò res est de onere nondum agnito, nec impleto, & diminutio petatur ante agnitionem, & implementum, & hoc casu diminutis redditibus, diminutio Sacrorum facienda est pro rata eleemosynæ debitæ pro Missa perpetua juxta morem regionis, non verò ad instar manualis, ut constanter à Sacra Congregatione responsum est *in Nepesina reductionis Onerum* 27. *Julii* 1734, *& in Viterbien. Cappellaniæ* 11. *Januarii* 1744.

Et in genere quod diminutis redditibus diminutio quoque fiat celebrationis Sacrorum, Canonicorum instantiæ favere videntur rescripta Sacræ Congregationis *in Vigilien. Decanatus ad II. Dubium* 23. *Julii* 1729., *in Imolen. Reductionis Missarum*, *& Liberationis Oneris ad I. Dubium* 7. *Augusti* 1745., *& in Romana Reductionis* 7. *Februarii* 1756. d,

quo-

quodque peremptis in totum redditibus, in totum etiam cessat obligatio celebrandi Missas tradit cum Concordantibus *Passerin. de Stat. Homin. quæst. 187. artic. 4. num.* 1037.

His stantibus, Canonici postulant diminutionem oneris jam ab ipsis agniti, & adimpleti. E contra verò redditus sperari possunt ampliores ex conspicuis plantationibus, & melioramentis factis in Agris, de quibus meminit Episcopus Antecessor. Dignabuntur itaque EE. VV., his omnibus perpensis, summa, qua pollent, sapientia decernere.

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro Reductione Missarum in casu &c.

Pro prorogatione reductionis pro medietate ad Triennium.

Sess. 21. cap. 4. & cap. 5. de Reform.

RIPANA BENEFICII. In Ecclesia Matrici S. Joannis Castri Cryptarum ad Mare quatuor usque ab antiquo tempore erecta sunt simplicia Beneficia de Jurepatronatus Communitatis dicti Castri, quæ in qualibet occurrente vacatione publicis indictis comitiis per suffragiorum pluralitatem vacans Beneficium de novo Rectore providit.

Die 22. Septembris 1772. per obitum Sacerdotis Josephi Albini vacavit alterum ex dictis quatuor Beneficiis sub invocatione SS. Juliani, & Luciæ; Verum nonnulli Decuriones dictæ Communitatis supplicem porrexerunt libellum fa. mem. Clementis XIV., ut ex quatuor Beneficiis geminæ erigi deberent Cappellaniæ Concuratæ, seu Adjutrices, quarum Cappellani ab eadem Communitate nominandi adjutores essent Parocho incumbere non valenti Animarum curæ tum attenta Populi multitudine, tum spectata amplitudine Territorii, locorumque distantia, simul & difficullate Parochianorum accedendi ad Ecclesiam Parochialem pro recipiendis Sacramentis, audiendisque Divinis Officiis.

Communitas Patrona de hisce precibus inscia, ut vacans Beneficium de novo Rectore provideretur, publica indixit comitia pro die 12. sequentis Octobris, inibique Sacerdotes, & Clerici Loci, qui passivam habent nominationem, habita notitia de dicto recursu ad Sanctissimum, solemniter protestati sunt, vacans Beneficium esse, recursu non obstante, de Rectore providendum; quemadmodum sub die 20. ejusdem Octobris renovatis comitiis, nominatio cecidit in Personam Sacerdotis Vincentii Ottaviani, qui postridie sollicitus fuit suam exhibere nominationem Ordinario, ut de Beneficio instituetur,

retur, vi cujus idem Ordinarius per affixionem Edictorum omnes monitos esse voluit ad dicendum intra novendialem terminum causam quare, cur Octavianus nominatus non debeat institui, & de Beneficio provideri.

Interea præfatæ Decurionum preces ablegatæ fuerunt judicio Sacræ Congregationis, & dum acta in ea peragebantur, Præpositus Ermenegildus Tanurli, qui postquam uti delegatus ab Episcopo pro Informatione, & voto requisito, ei notam fecerat accurata sua relatione irrationabilitatem, & insubsistentiam petitionis Decurionum, Beneficium impetravit ea sub expressione, quod Communitas negligens fuisset in præsentando novum Rectorem, obtinuitque in ejus favorem obsignari Gratiam pro Devoluto.

Ne autem super impetrata Gratia fieret expeditio Litterarum Apostolicarum, dictus Sacerdos Octavianus à Communitate Patrona nominatus apponi curavit assuetum *nihil transeat* in Dataria Apostolica. Orta igitur controversia Tanurlium inter, & Octavianum super laceratione nihil transeat, ac super relaxatione supplicationis obsignatæ favore Tanurlii, Eminentissimus Pro Datarius illam pro definitione commisit Sacræ Congregationi, cui jam fuerat delegata altera principalior decidenda quæstio super erectione Beneficiorum in Cappellanias Concuratas.

Quidquid enim sit, utrum Beneficium possit nec ne uniri vel Seminario, vel Capitulo, vel Parœciæ tempore illius vacationis, quod expresse negat *Pax Jordan. elucubr. canonic. lib.* 10. *tit.* 32. *de union. Benef. num.* 36., *&* *seq.*, attamen certum esse videtur, simplicia Beneficia, sive sint de Jure patronatus Ecclesiastico, sive laicali, mutata Fundatorum lege, & voluntate, sine justa, & urgenti causa uniri, converti, ac erigi non posse in Cappellanias Concuratas, dissentiente Patrono, ac etiam dissentientibus omnibus Loci Præsbyteris, & Clericis passivum Patronatum habentibus, ex traditis per *Lambert. de Jurepatr. lib.* 3. *quæst.* 6. *num.* 2., *Barbos. ad Concil. Trident. sess.* 24. *de Reform. cap.* 15. *num.* 21., *Monet. de Commut. ult. volunt. cap.* 12. *num.* 226., & resolutum fuit a Sac. Congregatione *in Sabinen. Unionis* 18. *Septembris* 1745., quin imo etiamsì facta jam fuerit unio, sive erectio, eam tamen non sustineri firmat *Barbos. ad Concil. Trident. loc. cit. num.* 22., *&* *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.* 66. *num.* 9. *&* *seq.*

Non ambigitur, esse Parocho dandos Coadjutores in ministrandis Sacramentis, vel esse cogendum Parochum, ut sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungat, quot sufficiant ad exhibenda Sacramenta, divinumque cultum celebrandum, ut satis aperte colligitur *ex Concil. Trident. sess.* 21. *cap.* 4. *de Reform.*

At

At Conciliaris hæc dispositio sibi locum vindicare videtur, quando Populus ita numerosus est, ut unus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, cum petita erectio sicut, & unio remedium sit subsidiarium, quod non amplectitur, nisi quando non suppetat aliud remedium Parochianorum necessitatibus occurrendi juxta firmata *per Rot. decis 578. num. 5. 6. & 7. part. 19. rec., decis. 34. num. 11. inter Miscell. coram Falconer., decis. 321. num. 21. cor. Crispo, & decis. 856. num. 10. cor. Lancett.*

Aut enim Coadjutores Parocho petuntur ob multitudinem Populi, & Parochus non eis indiget, cum Vicecuratum Cappellanum jam habeat, atque retineat cum assignatis redditibus suppressi Conventus S. Augustini,

Aut petuntur propter distantiam, & difficultatem Parochianorum accedendi ad Matricem Ecclesiam, & eo casu deveniendum esset ad erectionem novæ Parochiæ, potius quam ad erectionem Beneficiorum in Cappellanias Concuratas juxta Constitutionem *Alexandri III. in cap. ad audientiam il primo de Eccles. Ædif.*, quam sequitur *Concil. Trident. allegato cap. 4 sess. 21. de Reform.*, ac ita sæpè resolutum fuit ab hac Sacra Congregatione, & præsertim *in Puteolana Erectionis Parochiæ proposita die* 18. *Junij* 1701., *& resoluta die 3. Septembris ejusdem anni lib. 51. decret., in Lunen. Sarzanen. Erectionis Parochialis proposita, & resoluta 16. Julij 1712. lib. 62. decr., & in Frequentina, seu Abedinen. Erectionis Parochialis proposita, & resoluta die 27. Maij 1713. lib. 63. decret.*

Rursus duplici ex capite contendit Octavianus, cessare debere Gratiam *pro Devoluto*, quam Præpositus Tanursius obtinuit à Dataria Apostolica sub expressione, quod Communitas Patrona negligens fuerat in præsentando novum Rectorem.

Primo, quia vacato Beneficio sub die 22. Septembris 1772., Communitas die 12. sequentis Octobris, & sic intra quatrimestre, publica indixit comitia ad effectum providendi Beneficium de novo Rectore, quem reapsè nominavit in publicis comitiis diei 20. ejusdem mensis Octobris, ejusque nominatio fuit Ordinario præsentata.

Et altero, quia cum lis usque ab initio vacationis Beneficii mota fuerit, & adhuc continuetur super erectione Beneficiorum in Cappellanias Concuratas, hinc lite pendente tempus ad præsentandum nec currere potuit Communitati, etiamsi non præsentasset ad tradita per *Piton controv. Patron, allegat. 54 num.* 10., *& Rot. coram Ludovis. decis. 94. num.* 10., nec locum factum esse dicitur juri devoluto ex firmatis *per Rot. in Bononien. Parochialis 26. Junii 1711. §. final. coram bo. mem. Caffarello.*

Hæc sunt jura Octaviani ab eo circumferenda cum impressa Ordinarii relatione petitæ erectioni contraria. Gemina sub-

subscripta sunt Dubia, quæ proponuntur. Super his tum à Postulantibus erectionem, tum à Præposito Tanursi pluries utcumque monito nihil habuimus. Superest modo, ut *ab EE. VV.* ea sapientissime de more decidantur.

I. *An sit locus erectioni Beneficiorum in Cappellanias Concuratas in Casu &c.*

II. *An sit relaxanda Supplicatio in Casu &c.*

Ad I., & II. Negative, & amplius.

ROMANA SUSPENSIONIS MISSARUM. Joannes Baptista Stacconio Veliternus in suo ultimo Testamento condito anno 1689. in omnibus suis Bonis hæredem instituit Ven. Ecclesiam B. Mariæ Consolationis de Urbe. Onus huic indixit erigendi quinque Cappellanias ad nutum merè amovibiles in totidem designatis Ecclesiis Urbis: Jus nominandi Cappellanos reliquit Custodibus pro tempore Ecclesiæ Consolationis hæredis: Cappellanis vero præscripsit onus celebrandi Missam quotidianam, eisque de suis redditibus assignavit annua scuta quadraginta pro quolibet; Hæc pia Defuncti voluntas impleta fuit. Cum autem anno 1711. hæreditarii redditus ob plurimas, quas passi fuerant imminutiones, redacti fuissent ad annua sc. 165., & obul. 75., hinc oraculo Sacræ Congregationis mandatum fuit, onus Missæ quotidianæ servari quoad unam tantum Cappellaniam, quoad reliquas vero dictum onus esse reducendum ad annuas Missas 141. pro qualibet, & quod superesset ex redditibus hæreditariis erogari debere in celebratione Missarum cum eleemosyna ad rationem manualis. *Sess. 21. cap. 7. de Reform.*

Anno 1772 necessaria fuit reparatio Domus hæreditariæ, quæ Velitris sita est, pro cujus restauratione Custodes erogarunt sumptus scutorum 154 92. $\frac{1}{2}$, quæ numerarunt de propriis Ecclesiæ Consolationis pecuniis, dum solutio fieri non poterat cum redditibus hæreditariis, qui ob alias justissimas passas imminutiones modo sunt annuorum scutorum 118 63., ex quibus, demptis Cappellaniarum oneribus à Sacra Congregatione desuper imminutis, supersunt annua tantum scuta 16. 81. ut supra eroganda in celebratione Missarum cum eleemosyna manuali: Propptereaque Custodes instant pro temporanea suspensione singularum Missarum nedum scilicet illarum, quæ celebrantur in præscriptis Ecclesiis, sed etiam illarum, quæ celebrari debent cum redditibus superextantibus, donec Archiospitale hæres fuerit de solutis sumptibus reintegratum.

Temporariam hanc Missarum suspensionem, ut restitutis solutis expensis, eadem Sacrorum celebratio restitui debeat, justam, & legitimam esse tuentur Custodes Archiospitalis. Eorum petitioni favere videtur rescriptum, quod est *in Leg.unica Cod.de expens. publicor.Ludor.lib.XI.* Respondent enim Imperatores *impensas, quæ in certaminis editione erogabantur, ad refectionem Murorum* transferri potuisse, *& quod salubriter derivatum est, non revocabitur, & solemne certaminis spectaculum POST RESTITUTAM MURORUM FABRICAM juxta veteris consuetudinis legem celebrabitur.* Quod autem Augustis illis Principibus justum, æquissimumque visum est ratione publicæ utilitatis, quæ in reparatione Mæniorum Civitatis versatur, potiori ratione locum habere debeat in reparandis bonis hæreditariis, conservandisque illorum redditibus, ex quibus Sacra celebranda sunt.

Fortius, quia non alius suppetat modus occurrendi postulatæ huic reintegrationi, nam hæreditas Stacconi, cujus hoc onus esset præcipuum, tot redditus non habet, unde valeat hæreditaria bona manutenere, factosque sumptus exsolvere: Archiospitale vero nihil emolumenti percepit, ac nihil erit in futurum percepturum ab hæreditate Stacconia, nisi nomen hæredis, & administrationis incommodum, quia cum omnes redditus sint in celebratione Missarum erogandi, nihil supersit, ex quo de solutis in utilitatem hæreditatis suam consequi possit reintegrationem. Cum igitur necessarium fuerit reparationis opus, cum justa fuerit reparandæ Domus causa, cum alius non suppetat modus reintegrandi Archiospitale de profusis reparationis expensis, sustinent illius Custodes, non esse ambigendum, quin commutari possit Defuncti voluntas, veluti docet doctissimus *Sarsinatensis Episcopus Joannes Baptista* ex prænobili Familia BRASCHIA *de libertat.Eccles. tom.3. cap.24. num.8*, 14., *&* 26., ac tenet *Amostaz.de caus. piis lib.1.cap.14.num.36.,& lib.2.cap.12.num.35.,&Guidopap., decis.556. per tot.*

Præsertim cum ea non evertatur, & funditus tollatur, sed suspendatur tantum ad certum tempus illius exequutio, quod fieri debeat è conspectu signanter præcepti Testatoris, qui jussit, & voluit, ut erigerentur Cappellaniæ, quatenus redditus hæreditarii sufficerent, sin minus = *si faccia quel numero di Cappellanie, che si potrà secondo l'asse della sua Eredità* = quos redditus utpote plurimum imminutos modò non sufficere Custodes ostendunt.

Judicium Eminentissimi Vicarii Urbis auditis Rectoribus præscriptarum Ecclesiarum, in quibus Sacra celebrantur, Custodum Archiospitalis petitioni respondet. Est enim in Voto, ea dumtaxat intermittendi Sacra, quæ ex redditibus superextantibus, qui, demptis oneribus Cappella-

nia-

niarum, sunt annuorum scutorum 16. 81. $\frac{1}{2}$; debent celebrari. Verba Voti Eminentissimi Vicarii sunt hæc = *Mihi quidem hoc saltem sine alicujus invidia fieri posse videretur, ut id ipsum, quod ex annuis redditibus Archiospitali superest adimpletis oneribus certis, tantisper eximeretur ab onere incerto aliarum, quas dixi, Missarum, donec ea ferretur indemnitas, seu factorum jam sumptuum redintegratio, quæ a pia Domo supplicante petitur.*

Et revera Sacra Congregatio laudabili suo more difficilis ad has concedendas Sacrorum intermissiones, ne Animæ piorum Fundatorum debitis fraudentur suffragiis, eas quandoque negavit; ut videre est in una *Mediolanen. Fundationis* 20. *Maji* 1752., ubi disceptato dubio = *An sit locus suspensioni, seu potius abolitioni oneris Missarum, de quibus agitur in casu &c.* = Sacra Congregatio respondit = *Negativè* =. Similiter in *Lisbonen.* 20. *Septembris* 1760., in qua proposito dubio = *An sit locus suspensioni onerum, itaut sit recedendum à Decisis in casu &c.* = responsum datum est = *in Decisis, & amplius* =, & quandoque illas indulsit juxta votum Eminentissimi Relatoris, teste *Romana Missarum* 31. *Julii* 1717., ubi Sacra Congregatio ad II. Dubium in hæc verba conceptum = *An, & quomodo sit locus suspensioni celebrationis Missarum, donec compensetur numerus Missarum excessive celebratarum in casu &c.* = respondit = *Affirmative juxta votum Emi Relatoris* = ut in *lib.67. Decret. fol.* 301.

Custodes Archiospitalis Oratores, cujus jura tantum circumferuntur EE. VV., justitiam simul, & æquitatem sub infrascripto dubio humiliter implorant.

An, & in qua quantitate sit locus suspensioni Missarum in casu &c.

Dilata, & firmetur Status.

CAMERINEN. CATHEDRATICI. Orta controversia inter Promothorem Fiscalem Curiæ Episcopalis Civitatis Camerini, & Aloysium Vivani, nec non Antonium Carducci Canonicos Ecclesiæ Cathedralis dictæ Civitatis super solutione Cathedratici pro Beneficiis unitis Canonicatibus Theologali, & Pœnitentiario a prælatis Canonicis respectivè possessis, disceptatum propterea fuit Dubium his verbis conceptum = *An, & a quo tempore, & in qua annua summa debeatur Cathedraticum pro Beneficiis unitis Præbendis Theologali, & Pœnitentiariæ Ecclesiæ Cathedralis in casu &c.* =, quod licet absque resolutione propositum fuisset in Congregatione diei 20. Augusti anni 1774., in subsequuta tamen Congregatione diei 18. nuper elapsi mensis Martii resolutum fuit favore Promothoris Fiscalis edito re- *Sess.24. cap.3. de Reform.*

sponso = *Affirmative a die adeptæ per Episcopum possessionis, & in summa præfinita a Concilio Romano.*

Hæc resolutio, quam enunciati Canonici impugnant, & adversus eam audiri obtinuerunt, ad trutinam hodie revocatur. Quare dignentur EE. VV. reassumpto folio dictæ Congregationis diei 20 Augusti anni 1774. sapientissime deliberare.

An sit standum, vel recedendum a Decisis diei 18. *Martii* 1775. *in casu &c.*

Sess. 21. cap. 4. de Reform.

RIPANA. In Oppido Montis Prandoni adest Collegiata Ecclesia sub invocatione S. Nicolai, quæ priscis temporibus componebatur a quatuor Canonicis una cum Præposito Curam Animarum habente, hodie vero præter Præpositum a decem Canonicis illustratur. Hæc auctio Capituli evenit anno 1637., quo Præpositus, quaternique Canonici insimul congregati considerantes, quod adeo exiguus Canonicorum numerus impar esset muneribus Sacris subeundis, quodque unus Præpositus incumbere nequiverat gravissimo oneri Curæ Animarum totius Populi Urbani, & Rustici dicti Oppidi, ejusque Territorii, consultissimè convenerunt in unum, quod alii sex essent adiiciendi Canonici, quorum inter geminos partiretur medietas reddituum Præpositturæ a Præposito libentissimè cessa, eis tamen adjecto onere = *di assistere al Coro, ed esercitare, e coadiuvare nella Cura dell' Anime tanto dentro la Terra, quanto suo Territorio, e Luoghi soggetti a detta Cura tanto di giorno, quanto di notte, o per hebdomadam, o in altro modo, che a Sua Signoria Illustrissima parerà* =, redditus vero Canonicorum essent etiam cum aliis quatuor superaddendis Canonicis æqua portione distribuendi.

Ad tramites hujus Capitularis resolutionis Episcopus erectionis litteras obsignavit, declaravitque, ut ii Canonici ad sublevamen Præpositi destinati perpetuo tenerentur = *Præpositum pro tempore existentem in exercitio Curæ Animarum Parochianorum, & administratione Sacramentorum ALTERNIS hebdomadis coadiuvare* =, quam quidem Canonicatuum fundationem mediante libello Capituli, ac litteris Episcopi supplicantium pro confirmatione, ratam habuit ex sententia hujus Sacræ Congregationis san. mem. Urbanus VIII. sub die 16. Decembris 1647., ut in *lib.* 18. *Decret. pag.* 434.

Defuncto Præposito, dicti bini Canonicatus auxiliarii in Animarum Cura attenta prætensione super illorum suppressione judicialiter facta a Successore in Præpositura, nemini collati fuerunt per lapsum circiter septuaginta annorum. Illos tamen Sacra Congregatio instante Capitulo redintegrandos esse definivit juxta confirmationis decretum

tum anni 1647. non obstante contraria tunc Ripani Episcopi relatione, ut videre est in *Ripana Præpositura* proposita *die* 22. *Septembris*, & 17. *Novembris* 1731., & resoluta *die* 24. *Januarii* 1733., ubi disceptato Dubio = *An*, & *quomodo sit providendum in casu &c.* = responsum datum est = *Servetur decretum anni* 1647., & *ex medietate fructuum certorum Præpositura reintegretur erectio duorum Canonicatuum cum onere coadjuvandi Præpositum in Cura Animarum prævio examine coram Episcopo*.

Modo è contra Canonici Coadjutores certant cum Præposito, contenduntque, ipsos non teneri ad præstandum auxilium in Cura Animarum, nisi alternative, nimirum qualibet hebdomada pro unoquoque Canonico, quibus adhærere videtur Episcopi relatio.

Ad rem, de qua agitur, ea præcæteris, quæ sequuntur, ob oculos habenda sunt.

In Congregatione Capitulari super erectione sex aliorum Canonicatuum adjectum fuit onus geminis Canonicis Canonicatuum erigendorum cum dismembratione medietatis reddituum Præpositure, coadjuvandi Præpositum in Cura Animarum diu, noctuque, vel per hebdomadam, vel alio modo Episcopo beneviso.

In fundationis, sive erectionis Canonicatuum litteris Episcopus hoc utens arbitrio declaravit, binos Canonicos pro tempore existentes *alternis hebdomadis* omnimodè teneri ad coadjuvandum Præpositum in exercitio Curæ Animarum Parochianorum, in administratione Sacramentorum, & in aliis supportandis oneribus, quibus gravatur Præpositus.

In decreto Confirmationis moxdictæ Canonicatuum erectionis edito *die* 16. *Decembris* 1647., nulla facta distinctione, sive segregatione temporis, vel alternativæ Canonicorum incumbentiæ, expressum unicè habetur, institutos esse geminos Canonicatus ex redditibus Præpositure cum onere coadjuvandi Præpositum in administratione Curæ.

In hac Sacra Congregatione resolutum fuit, servandum esse decretum *anni* 1647., & esse reintegrandam erectionem duorum Canonicatuum cum onere coadjuvandi Præpositum in Cura Animarum, veluti monstrat suprad. *Ripana Præpositura*, resoluta die 24. *Januarii* 1733.

De jure est, perpetuos Coadjutores, sive Vicarios perpetuos, quamvis propriè non sint Rectores Ecclesiarum, esse tamen propriè Rectores Animarum Curæ, eisque onus incumbere, Gregem sibi creditnm, sive unitim, sive separatim ex officio pascere, quoniam cum illi sint canonico titulo subrogati in Cura Animarum, tenentur ad ea omnia, ad quæ tenentur ipsi Rectores, ad *Text. in cap. Ex parte de Offic. Vicar., cap. Super eo de Præbend. in* 6., *ibique Gloss. in verb. Cura*, *Dec. in cap. Postulasti num. primo de Rescript.*,

script., *Fagnan. in dicto cap. Ex parte de Offic. Vicar. numer.* 4., *& 19.*, *& Argill. disceptat. Ecclesiast. lib.* 5. *discept.* 13. *num.* 28.

Et in casu, quo verba *alternis hebdomadis* in litteris erectionis expressa pro Canonicis Coadjutoribus essent interpretanda, tuetur Præpositus, Canonicum Coadjutorem, qui Hebdomadarius non sit, non ita debere exemptum iri ab exercitio Curæ Animarum, ut saltem accessoriè, & in subsidium Præpositi, & Canonici Hebdomadarii legitimè impediti non teneatur onera Curæ subire, ita mandante vigili, & onerosa custodia Animarum inhærente Canonico licet non Hebdomadario, ne Animæ pereant, sed salventur *Fagnan. in lib.* 5. *Decret. de Pænit.*, *& Remiss. Cap. Omnis num.* 56., *& Barbos. de offic.*, *& potest. Parochi part.* 1. *cap.* 3. *num.* 1., *& per tot.*, quadam posthabita Concordia, sive Concordiæ Capitulis adnotatis in Codicibus Præposituræ super omnimoda exemptione illius, qui non esset Hebdomadarius, tum quia eisdem Canonici Juris dispositio adversatur, tum quia non fuerunt a Præposito, & a Canonicis Coadjutoribus obsignati, & qui erant ab ipsis explicita conventione obsignandi, tum etiam quia hactenus illi nullum sortiti sunt effectum, ita ut hodie nullam promereantur executionem ad *Text. in cap. Veniens de Transact.*, *Rot. coram Peutinger. decis.* 319. *num.* 9., *in Recent. decis.* 340. *num.* 6. *part.* 1., *& in Policastren. Beneficii super Transactione* 27. *Novembris* 1758. §. 2. *&* 3. *coram R.mo P. D. Ratta*.

Cæterum in casu, qui nunc proponitur, perpendendum videtur, quidnam momenti plures in utramque partem habere possint circumstantiæ ex quamplurium juratorum Testium depositione deprompta. Prima nimirum, quod prædecessores Canonici fuerunt in exercitio Curæ Animarum vigiles, prompti, & diligentissimi, toto plaudente Parochianorum Populo. Secunda, quod hodierni Canonici Coadjutores utcumque vocati semper rejiciunt Parochianos, negantque totius Populi scandalo Sacramentorum ministrationem Infirmis necessario faciendam. Tertia, quod aliquis fuit ex Parochianis, qui propter renuentiam Canonicorum Coadjutorum ex hac luce migravit absque Sacramentorum ministratione, & alii decessissent sine Sacramentis, nisi Præpositi occurrisset vigilantia. Quarta demum, quod Præposituræ redditus sunt adeo tenues, ut ex illis dempta medietate partienda inter Canonicos Coadjutores, non supersint sufficientes pro manutentione Cappellani, qui Præposito præstet auxilium in exercitio Curæ Animarum.

Declarare itaque EE. VV. dignabuntur

An, quo tempore, & quomodo Canonici Coadjutores teneantur coadjuvare Præpositum in Cura Animarum in casu &c.

Die

Die Sabathi 8. Julii 1775. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

IN postrema Congregatione habita die 17.nuper elapsi mensis Junii non prodiit Resolutio quoad geminas inferius descriptas Causas,ideoque,resumpto dictæ Congregationis folio, dignabuntur EE.VV. sapienter de more decernere.

CAMERINEN. CATHEDRATICI. *Sess.24. cap.3. de Reform.*
An sit standum, vel recedendum a decisis diei 18. Martii 1775.

In decisis, & amplius.

RIPANA. *Sess.21. cap.4. de Reformat.*
An, quo tempore, & quomodo Canonici Coadjutores teneantur coadjuvare Præpositum in Cura Animarum in casu &c.

Teneri alternis hebdomadis ad formam Bullæ erectionis: Ita tamen ut unus teneatur principaliter,& alter in subsidium, & amplius.

PERUSINA CAPPELLANIÆ. Anno 1772.per obitum Sacerdotis Francisci Ughi Junioris vacavit Cappellania de Jurepatronatus laicali, quam Sacerdos Franciscus senior Ughi vivens fundaverat in Ecclesia, seu Cappella Divo Francisco de Assisio sacra ab ipsomet Fundatore ære proprio a fundamentis extructa: moriens autem condito suo Testamento hæredem scripserat eamdem Ecclesiam, seu Cappellam. *Sess.23. cap.6. de Reform.*

In

In hoc Testamento dictus Fundator in primum Cappellanum nominavit Sacerdotem Dominicum Ughi suum ex Camilla Fundatoris Amita Pronepotem, eoque defuncto Juspatronatus activum contulit *al maggior nato de' maschi de' Congiunti per sangue, attinenti, o affini del sudetto Signor Don Francesco Testatore, o del detto Signor Don Domenico Ughi suo Nipote*; subindeque *in mancanza di essi succedano li maschi discendenti dalle femmine congiunte per sangue come sopra, e la prelazione debba sempre averla il maggior nato maschio di dette femmine*.

Quo vero ad passivum Patronatum voluit idem Testator, qui Stephanum, & Simonem Patruos habebat, quod Cappellani futuris inde temporibus esse deberent omnes sanguine conjuncti sibi, vel Dominico primo Cappellano, *se vi saranno capaci*, hac tamen explicita declaratione, *che li Descendenti da Sante di Francesco, che fu figlio della predetta Donna Camilla, e così Padre del medesimo Signor Don Domenico, possano, e debbano anch' essi succedere nella detta Cappellania, e Juspatronato in concorrenza delli Descendenti da Simone, e Stefano fratelli carnali di detta quondam Camilla e così anch' essi Zij carnali del predettto Signor Don Francesco Testatore, e frà di essi debba reciprocamente trasferirsi detta Cappellania allor che sarà vacante, preferendo sempre il più idoneo, e capace a concorrere alla detta Cappellania, e non altrimenti &c.*

Hujusmodi Cappellaniæ vacatio causam præbuit disceptandi de illius assecutione inter Sacerdotem Jacobum Bacci filium Annæ Ughi ex linea Simonis Ughi Testatoris Patrui descendentis, & Clericum Paulum prodeuntem ex Camilla Ughi ejusdem Testatoris Amita, quæ caput, & stipes fuit illius Familiæ. Contendebat enim Jacobus, se præter passivam suam vocationem esse jam actu Præsbyterum tempore vacationis Cappellaniæ, magisque qualificatum juxta votum, & præceptum Testatoris: proindeque Cappellaniam sibi deberi penes acta solemniter protestatus fuit adversus Vincentium Ughi Pauli Propatruum tamquam unicum activum ejusdem Cappellaniæ Patronum.

Hac tamen a Vincentio Patrono despecta protestatione, nominavit ad vacantem Cappellaniam dictum Paulum Pronepotem suum ex judicio Testatoris minus idoneum, minusque capacem, utpote constitutum in ætate annorum decem, & clericali tantum Tonsura insignitum, quodque gravius est, eum nominavit, nulla adjecta conditione obtinendi super defectu ætatis ab Apostolica Sede dispensationem.

Contestata lite in Curia Episcopali Perusiæ, dum ea agebatur, Paulus in præjudicium sui Contradictoris, cui per litis contestationem fuerat ad assequendam Cappellaniam jus

jus quæsitum, preces porrexit in Dataria Apostolica pro obtinenda dispensatione super defectu ætatis, fuitque Decreto Eminentissimi Pro-Datarii illius petitionis cognitio ad hanc Sacram Congregationem remissa, ubi *sub die* 14. *Maii superioris anni* proposito Dubio = *An sit relaxanda Supplicatio, & respective concedenda dispensatio in casu &c.* = quamvis *ea die*, & sequentibus æquè *diebus* 11. *Junii*, & 9. *Julii* sine resolutione recessisset, in Congregatione tamen *die* 30. *ejusdem Mensis Julii* Sacerdos Jacobus Victor fuit, Clericus vero Paulus succubuit edito responso = *Negative*.

Novæ audientiæ beneficio Paulus in hodierna Congregatione suorum jurium iteratum subit experimentum, supplexque postulat recessum à decisis. Sustinet enim hic agi non de Beneficio Ecclesiastico, sed de simplici laicali Cappellania, pro qua obtinenda ætas 14. annorum, quæ necessaria est in Ecclesiastico Beneficio, non requiratur juxta firmata per *Gonzalez. in Regul.* 8. *Cancellar. Gloss.* 5. *sub num.*27.

Haud quaquam vero putat officere, quod Testator prætulerit = *sempre il più idoneo, e capace a concorrere alla detta Cappellania*, quoniam hæc verba voluntatem Defuncti significantia non ita intelligenda sint, ut idoneitas, & habilitas requiratur tempore vacationis Cappellaniæ, sed satis sit quod illa supervenerit intra terminum quadrimestris Patronis datum ad præsentandum ex traditis per *Piton. discept.*13. *num.*1., & *Rot. in Imolen. Beneficii* 22. *Aprilis* 1774. §. 4. *coram R.P.D. Origo*.

Hisce adstipulari tuetur sententiam latam anno 1731. in Curia Episcopali Perusiæ, in qua, orta Controversia super assecutione tunc vacantis Cappellaniæ inter Clericum Franciscum Ughi dicti Pauli Patruum, & Sacerdotem Franciscum Negrini similiter Patruum antedicti Jacobi, definitum fuit, Cappellaniam esse adjudicandam Clerico Ughi, post habito Sacerdote Negrino.

Ex facto tamen habetur, & ex actis illius Curiæ constat per confessionem ipsiusmet Clerici Francisci, quod Sacerdos Negrinus tunc erat irregularis, & à Divinis suspensus, & sic incapax, & inabilis in concursu cum præfato Clerico Francisco, *ita ut se detto Sacerdote Don Francesco sospeso vorrà essere preferito come più idoneo, nel termine degli Editti dovrà comparire, e giustificare la sua maggiore idoneità, tanto più, che si dovrà citare anche personalmente, come jus certum habens*.

Hæc, & alia sunt, quæ a Clerico Paulo in hodierna colluctatione circumferuntur. Quibus maturè perpensis, resumptoque folio *supradictæ diei* 14.*Maii* 1774., ubi jura Jacobi expressa sunt, dignabuntur EE.VV. sapientissime deliberare.

An sit standum, vel recedendum a decisis diei 30. *Julii* 1774. *in casu &c.*

Prævio recessu a Decisis relaxandam esse Supplicationem.

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

SYRACUSANA REDUCTIONIS MISSARUM. In Collegiata Ecclesia Sanctissimæ Annunciationis Oppidi *del Comiso* nuncupati Syracusanæ Diœcesis extat Capitulum] compositum quatuor Dignitatibus, & octo Canonicis, qui Præbendæ titulo, plurimis demptis Missarum oneribus, plurimisque gravaminibus, quæ bonis stabilibus inhærent, non aliud habent, nisi miserrimam summam annuorum scutorum quatuor, & obul. 51. pro unoquoque Canonico,

Inter onera, quæ Dignitates, & Canonici subire debent, Sacra sunt ab ipsis in annuo conspicuo numero 2896. distributivè celebranda pro implemento nonnullarum Cappellaniarum, quæ a piis Benefactoribus in eadem Ecclesia fundatæ reperiuntur.

Preces hinc porrexerunt Sacræ Congregationi, ut mox dictus Sacrorum numerus reduceretur ad unum tantum Sacrum ab eisdem Dignitatibus, & Canonicis mense quolibet celebrandum pro qualibet reducenda Cappellania, utque superextantes fructus earumdem Cappellaniarum in Præbendarum augumentum erogarentur.

Audito Syracusano Episcopo, hic Dignitatum, & Canonicorum precibus annuendum esse censuit. Quare in Congregatione diei 4. Aprilis anni 1772. proposita Causa sub dubio = *An, & quomodo sit locus reductioni Missarum* = visa fuit differenda decisio, ut instructa reddi posset Sacra Congregatio, *primo*, quibus nam ex fundis massa illorum Canonicorum usque ab initio fuerit constituta; *secundo*, unde nam ex summa untiarum 212. 23. 5. post erectionem liquidatam excreverit reddituum augumentum ad untias 255. 16. 2., quæ nec ad Missarum, nec ad alia subeunda onera sufficiunt; *tertio*, *quarto*, & *quinto*, quæ nam ratio de oneribus, atque emolumento pro servitio Chori in erectione habita fuerit; *sexto* demum, qui nam sit Cappellaniarum numerus, quæ nam peculiaris uniuscujusque Testatoris dispositio, & an fundi taxativè, vel demonstrativè relicti, ac assignati fuerint, quæ eleemosynæ quantitas pro unaquaque Missa fuerit constituta. & quantum ex bonis, & fundis eorum retrahatur.

Ad *primum* itaque rescripsit Episcopus, ex antiquis fundationis monumentis constare, quod etsi Massa Capitularis absque

que ulla taxatione fuerit ab initio erectionis Collegii conflata ex fructibus omnium bonorum, quæ sine eorum individuali præscriptione fuerunt assignata a Confratribus ejusdem Ecclesiæ Sanctissimæ Annunciationis: Subditque = *Fructus vero Bonorum prædictorum a fundationis, & erectionis die laudati Collegii ex Codice exigentiæ illius temporis ad untias septuaginta quatuor, tarenos quindecim, & granos quatuordecim Siculæ monetæ, ac salmas duas Tritici, quæ anno quolibet summam untiarum quatuor conflare solent, quæ simul collectæ untias 78. tarenos 15., & granos 14. anno quolibet ex veteribus monumentis componere novimus: attamen eodem temporis spatio, & ab origine ejusdem Collegii, perspecta Præbendæ tenuitate super untiis 78. 15. 14. Canonicis distribuenda, demptis untiis decem pro expensis ad Divinum Cultum necessariis erogandis, quod ex fide Detemptoris dignoscitur, fuerunt nonnullæ dotationes per primos illos descriptos in fundatione Canonicos in summa untiarum 53. 9. 11. 3. in supplementum adjunctæ, quæ omnia ex actis penes Notarium Petrum Cusato die 5. Septembris 14. Indict. 1645 celebratis, sunt omnibus comperta; Quapropter Præbenda, sive Distributio in fundatione constituta tum ex fundis per Confratres assignatis, tum ex dotatione per Canonicos descripta summam Siculæ monetæ untiarum 121. 25. 5. componebant Canonicis æqualiter dividendam, quæ pro unoquoque ad summam untiarum decem circiter responderet.*

Hujusmodi dividendarum untiarum quantitas, quæ, ut prosequitur Episcopus, in primordiis Collegii congruas constituebat Præbendas, seu distributiones, subinde juxta temporum vicissitudines longe fuit imminuta, quoniam plurimi parvi census ad Massam Capitularem pertinentes, & super domibus impositi ex earum ruina fuerunt extincti, atque deperditi, alii vero propter annuam reductionem ex decem ad quinque pro centenario fuerunt imminuti: Et quamvis nonnullæ supervenissent accessiones ex pia Fundatorum largitate, nihilo tamen minus nunquam melior evasit Canonicorum conditio, quia pariformiter eis aucta fuerunt onera, & expensæ, quemadmodum patere retulit ex decreto prædecessoris Antistitis lato de anno 1679, quo tempore ducto calculo status activi, & passivi universi patrimonii Collegii, compertum fuit, Præbendam, sive Massam Capitularem fuisse redactam ad superstitem summam annuarum untiar. 7. 3. 17. inter Canonicos distribuendam, itaut quælibet Canonicorum portio tunc non excederit annuam, & tenuem summam untiæ tantùm 1. 26 8. 3.

Ad *secundum* vero respondit Episcopus, quod = *Novum illud reddituum augumentum obvenit Capitulo tum ex novis Missarum legatis ab anno 1679. relati calculi tempore usque modo Collegiatæ relictis, tum ex bonorum locatione meliorata, quorum seriem, tempus, scripturam, atque incrementa ex intercluso folio EE. VV.*

subjiciuntur. Nihilominus augumenta ista ad onera, sumptusque compensandos vix sufficiunt, cum nonnulli census præsertim supra domus imminuti, onera adaucta, & vectigalia; quæ omnia nobis constant, ac ex Detemptoris schedula EE. VV. submissa possit observari.

Item ad *tertium*, quod exquirebatur super relatione onerum, & emolumentorum impositorum in erectione pro servitio Chori, refert Episcopus = *Primo, ut qualibet hebdomada alternatim ex eorum numero ad duodecim taxato, sex Choro, & horis canonicis interessent, attamen singulis feriis quintis, omnibus anni festivis diebus, & Adventus, ac Quadragesimæ tempore simul omnes convenirent, ut ex Capitulo fundationis tertio.*

Secundo, ut quotidie omnes per se, vel per alios in Ecclesia prædicta celebrarent, & quavis feria quinta Missam coram Sacramento Eucharistiæ publicæ adorationi exposito canerent, ac supplicationi consuetæ convenirent, ita ex capite quarto.

Tertio, ut qualibet prima mensis Dominica unus ex ipsis verbum Domini Populo annunciaret, & alter bis in hebdomada casus conscientiæ legeret, ita ex capite quarto.

Quarto, ut cuicumque Confratri exequias gratis persolverent, ac Sacrificium Missæ cum cantu pro illius Anima celebrarent, ita ex capite nono.

Prosequiturque = *His accesserunt tractu temporis, & alia onera à Canonicis obeunda: Obstringuntur videlicet ex consuetudine qualibet feria quarta Missam canere cum Sacramenti expositione, curamque habere Sodalitii Sanctissimi Rosarii in eademmet Ecclesia fundati, ac Venerabili Archiconfraternitati S. Mariæ de Minerva aggregati.*

Item qualibet feria secunda Missam pro Defunctis in Altari Animarum Purgantium Ven. Archiconfraternitati Mortis ipsius Almæ Urbis aggregato canere.

Insuper à feria quinta Dominicæ Sexagesimæ usque ad feriam tertiam Quinquagesimæ omnes pro expositione Quadraginta Horarum Choro assistere, ac prædicare tenentur.

Tandem iidem servitium præstant in Octava Corporis Christi, in Octava Commemorationis omnium Defunctorum, per novem dies Expectationis Partus Beatæ Virginis præcedentes solemne festum Natalis D.N. Jesu Christi, & per quindecim dies ante festum solemnitatis SSmi Rosarii Beatæ Virginis; Recensitas hasce functiones fideliter adimplere satagunt, cum quotannis ab hac Episcopali Cancellaria facultatem expectent, ut ex registris est omnibus compertum.

Atque hinc testatur idem Episcopus, quod = *Pro laudatis oneribus qua antiquis, qua novis nec ulla in fundatione habita est ratio, nec aliud superventum est Canonicis emolumentum præter ea, quæ ex præcedenti mea relatione accepistis EE.VV.. Quæ hactenus recensui pro responsione ad quartum, & quintum punctum sufficere mihi videntur.*

Ac

Ac demum ad *sextum* respiciens Cappellaniarum numerum, Testatorum dispositionem, qualitatem bonorum, annuos eorum redditus, & quantitatem eleemosynæ Missarum, ait Episcopus = *Quæsitis hisce ut adamussim satisfaciam, examine diligenter pro rei gravitate à me peracto, distinctam in alio folio notulam ex authenticis documentis excerptam de numero, fundatione dotis, qualitate, & quantitate, & annuo fructu ad mentem injunctæ Censoris Informationis EE. VV. mentibus reverenter exhibeo* = . Ex hoc autem folio relatum habetur fundatas esse in eadem Ecclesia vigintiquinque Cappellanias, & ex eis quinque sunt liberæ collationis, nec ullius Patronatui obnoxiæ inibi fundatæ a Decano Matthæo Palma, quarum reductio postulatur.

Concludit Episcopus, ejusque votum, quod aperuit in ejus prima Informatione, modo repetit = *Quod nempe ex quinque quotidianis Cappellaniis a Decano Matthæo Palma fundatis, & Canonicis ipsis, quos hæredes universales etiam Testamento scripsit, addictis, sint quinque Missæ singulis diebus Dominicis, & festivis tantum pro ipsius anima quotannis celebrandæ, pro annuo prædicto Missarum stipendio untiæ vigintiquinque sufficiunt quare ex untiis nonaginta tribus remanerent untiæ 68. distributionis titulo Oratoribus Canonicis assignandæ. Item remanentibus in suo antiquo statu pro singulis festivis, & dominicis diebus, irrefragabiliter percelebrandis tribus aliis Missis, nempe Missa Auroræ pro Populi commoditate, Missa post Novam, & Missa Hebdomadæ nuncupata, in quibus consumuntur pro consuetis stipendiis untiæ 16., & tareni 15., reliquæ numerales Missæ 800. reduci possunt ad duodecim Missas solemnes unoquoque mense, ultra Conventualem a Canonicis persolvendas; Stipendium vero earum, quod summam untiarum 42. 16. 10. non excedit, Canonicis ipsis distribuatur; Quæ cum ita sint, coalescere potest tota Capitularis Massa tum ex enunciatis untiis 68. remanentibus ab hæreditate memorati Decani Palmæ, tum ex relatis untiis 42. 16. 10. ad summam integram untiarum 110. 16. 10., quæ annuatim titulo distributionis Oratoribus Canonicis dividenda foret, ex qua unicuique summa untiarum 9. 12. tempori, loco, oneribus non incongrua obtingeret.*

Hæc sunt, quæ in nuperis literis significavit Episcopus Syracusanus. Patet enim, prædictam summam untiarum 9., & tarenos 12. Siculæ monetæ correspondere scut. 22. 50. circiter monetæ Romanæ pro unoquoque Canonico.

Præterea notandum est, omnia documenta, quibus innititur Episcopi relatio, informia esse, eaque Episcopum habuisse ab ipsismet Canonicis, a quibus Cappellaniarum petitur reductio.

Ponderandum pariter est, quod licet praxis sit Sacræ Congregationis, alia esse potius onera minuenda, quam reducendum Missarum numerum *Fagnan. in Cap. Ex parte 24. de Con-*

Constit., & *San. Mem. Benedicti XIV. de Synod. Diœcef. lib.* 13. *cap. ult. num.* 23., præsertim ubi, prout in casu, quo pro adimplendis Missarum oneribus tot assignata fuerunt bona, quæ alicui imminutioni subjecta fuisse minime demonstrantur; onera vero, de quibus Canonici conqueruntur, & de quibus retulit Episcopus, non ab erectione, sive a fundatione Collegii proficiscuntur, sed eorumdem Canonicorum voluntaria sunt, vel ex consuetudine ab ipsis implenda.

Videtur tamen, rem non agi de aliis minuendis oneribus, quorum reductio, si demandaretur, nequaquam augeret Canonicorum Præbendam, quæ cum in annua untia una, tarenis 26. granis 8. consistat, impar est subeundo cuiquam etiam levissimo Chori servitio.

Placeat itaque EE. VV. originarium definire Dubium, quod est:

An, & quomodo sit locus reductioni Missarum, in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem.

Sess. 21. *cap.* 7. *de Reform.*

ALATRINA REÆDIFICATIONIS CAPPELLÆ. In Cappella sub invocatione S. Nicolai de Bario, & S. Antonii Abbatis, quæ sita est in Ecclesia Collegiata S. Mariæ Majoris Alatrinæ Civitatis, geminæ jamdiu fuerunt erectæ Cappellaniæ, quæ una cum Cappella sunt de Jurepatronatus Laicorum, nimirum Ducis Poli, qui anno 1730. ad earum unam præsentaverat Canonicum Bernardum Mariam Capobassi Verulanum, nec non Petri Moiella, & Philippi Natarnicola Successorum in juribus Magdalenæ Tutii, & Floræ de Victoriis, quæ anno 1751. ad alteram ex dictis Cappellaniis nominaverat Clericum Angelum Tagliaferri Alatrinum.

Cum autem fatisceret Cappella, hinc Alatrinus Antistes in pastoralibus suis Visitationibus decrevit, in eadem esse intermittendam Sacrorum celebrationem à Cappellanis faciendam, quæ ab eis inposterum in adimplementum eorum respectivi oneris fieri deberet in majori Altari ejusdem Ecclesiæ, mandavitque, ut Cappella propriis Cappellanorum sumptibus restauraretur, sive reædificaretur, apposito sequestro super redditibus Cappellaniarum.

Ab hoc decreto Cappellani recursum habuerunt ad hanc Sacram Congregationem authumantes, Cappellam indigere reædificatione, non autem reparatione, eaque propter esse valde dubitandum, an ad ipsos, seu potius ad Compatronos pertineat onus necessariæ reædificationis.

Su-

Super hoc semel, & iterum audito Episcopo, is denique Peritorum accersito consilio, retulit = *Cappellam esse fere destructam, & omnino jacere ad divina officia inservibilem* =, fuitque in sensu, tempus esse = *ut Collitigantium procrastinationes tandem desinant, & Cappellam accurata REÆDIFICATIONE ad suum decorosum statum credere in Domino reducendam, in qua, & Missæ celebrari, & alia divina officia expleri valeant*.

At vulgata est in jure distinctio inter simplicem restaurationem, & totalem reædificationem Ecclesiæ, seù Cappellæ. Aut enim res est de restauranda Ecclesia, & eo casu *ex Concilio Moguntino* præscriptum habetur *in Cap.* 1. *de Eccles. ædific.* Beneficiatum *adjuvare* debere ad Ecclesiam restaurandam, vel emendandam, nam, ut ait *Glossa*, ubi est emolumentum, ibi debet esse onus: Id etiam Doctores admittunt ex redditibus Beneficii, dummodo tamen quota pro Beneficiato supersit sufficiens ad sui congruam, & honestam substentationem, ut videre est penes *Barbos. ad Concil. Trident. Sess.* 21. *cap.*7. *de Reform. num.* 6., *Beliett. disquis. Cleric. part.* 1. *de Clerico debitore* §. 15. *num.* 1., & *Sperell. decis. For. Eccles.* 67. *num.*4.

Aut quæstio vertitur super reædificatione Ecclesiæ, seu Cappellæ, & in hoc altero casu, si deficiunt redditus destinati pro Fabrica reædifiationis, onus pertinet ad Patronum, qui percipit a Jurepatronatus emolumentum in honorantiis, & in præsentatione consistens *Barbos. loc. cit. num.* 8., eoque reædificare recusante intra terminum ei ab Ordinario præfinitum, Juspatronatus amittit, quod acquirit alter, qui reædificavit, etiamsi Patronus dedisset Beneficiato conspicuam dotem, quia hæc intelligitur data non pro reædificatione Ecclesiæ, seu Cappellæ, sed quidem pro sustentatione Beneficiati, ferendisque oneribus spiritualibus, & temporalibus, quæ simplicium reparationum limites non egrediuntur, juxta distinctionem relatam à *Piton. de controv. Patron. tom.* 2. *allegat.* 100. *num.* 179. *vers. Ego in hoc, & Lambertin. de Jurepat. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 6. *art.* 3. *num.* 14 *per tot*.

Quo posito probant Cappellani, tenues esse redditus Dotis assignatæ utrique Cappellaniæ, quoniam earum altera sub invocatione S. Nicolai de Bario non alios habet redditus, nisi annuorum scutorum 17., & quidem incertorum, utpote qui ex Prædiorum fructibus colligendi sunt cum onere celebrandi quotannis Sacra 84., solvendique obulos 10. pro manutentione Triremium Pontificiarum.

Altera vero Cappellania sub invocatione S. Antonii Abbatis miserrima potitur dote annui similiter incerti redditus scutorum 10., adjecto onere celebrationis annuarum 40. Missarum.

Qua-

Quamobrem cum hujusmodi redditus, demptis oneribus, satis non sint pro honesta Cappellanorum sustentatione, tuentur iidem, esse revocanda sequestra super redditibus apposita pro reædificanda Cappella, pro qua necessarii sunt sumptus scutorum 140., ad quos Cappellani non teneri contendunt.

His præhabitis, ac præsertim perpensa solemni renunciatione liti facta a Petro Molella altero ex Compatronis, declarante simul, ipsum promptum esse contribuere pro sua rata necessariis reædificationis expensis, dignabuntur EE. VV. decernere.

I. *An, & ad quos spectet reædificatio Cappellæ sub invocatione SS. Nicolai de Bario, & Antonii Abbatis in casu &c.*

II. *An, & qua pæna Contravenientes sint puniendi in casu &c.*

III. *An sequestrum super fructibus Cappellaniarum appositum substineatur in casu &c.*

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

REGIEN. REDUCTIONIS SERVITII CHORI, ET MISSARUM. Anno 1602. Dux Alexander Pico geminos in Collegiata Ecclesia Mirandulæ fundavit Canonicatus, quibus loco Præbendæ assignavit annua scuta sexaginta cum onere quatuor in singulis hebdomadis celebrandi Sacra vel per se, vel per alios præter aliam Missam in præscripto Altari quolibet die festo celebrandam, necnon omnibus iisdem diebus festis, ac etiam feriis toto tempore Adventus, & Quadragesimæ interessendi Choro, Concionibus, ac Processionibus, adjecta pæna Canonicis non intervenientibus amissionis redditus illius diei, quo eorum aliquis non interfuisset., ad effectum eum erogandi in utilitatem Ecclesiæ, vel ipsius Sacristiæ.

Successivis temporibus adeo eorum respectiva Præbenda decrevit, ut illa modo non excedat annuam summam scutorum 30., & obul. 66. pro unoquoque Canonico.

Alterum ex dictis Canonicatibus possidet Sacerdos Georgeus Fidelis Menghini, alterumque Clericus Jacobus Natali. Uterque satis agnoscens, ejus Præbendam imparem esse tot, tantisque ferendis oneribus, & Missarum, & Chori, preces idcirco porrexit Sacræ Congregationi pro aliqua obtinenda illorum reductione.

Auditus de more fuit Episcopus, qui testatur, Canonicatuum fundationes una cum authenticis Instrumentis, aliisque

que scripturis ex olim sequuto publici Archivii incendio consumptas fuisse.

Prosequiturque, Serenissimam Estensem Familiam Ducatus Mirandulæ modo Dominam jure nominandi Canonicos ad dictos Canonicatus potiri, onusque habere annuatim persolvere dictis geminis Canonicis liras pro quolibet 438. monetæ Mutinensis, quæ summam à juliis decem efficiunt annua scuta 30., & obul. *66.*, quæ potius nuncupari possunt quotidianæ distributiones, quam fructus Canonicatum.

Quinimo = *ex prædictis insuper redditibus annuis scutorum monetæ Romanæ num. 30. 66. pro unoquoque Canonicatu detrahenda sunt scuta similia 21. 84. pro congrua eleemosina Missarum celebrandarum, & scuta pariter 11. 55. in casu absentiæ ipsorum à Choro diebus à Fundatore præscriptis, unde patet, quod ex eorum Præbenda non solum quidquam non superest, sed quatenus diebus à Testatore præscriptis Choro non interessent, onera Canonicatibus adnexa redditum aliqua ex parte excedunt* = idcirco concludit, esse petitioni Canonicorum annuendum.

Animadvertendum est, quod à Canonicis nulla petitur commutatio voluntatis Defuncti, sed unicè petitur reductio, & diminutio onerum ob imminutionem redditcuum, quæ evenit absque ullo eorum facto, vel culpa. Susceperunt enim Canonici obligationem ea omnia implendi onera, quæ ex consuetudine dicuntur Canonicatibus infixa, sed hæc obligatio cognatam habet conditionem, si redditus, quibus obligatio respondet, in eodem statu sint, & in eadem exigantur quantitate. Sane devium à jure est, ut, imminutis redditibus, eadem semper obligatio permaneat.

Sacra Congregatio hisce perpensis circumstantiis, firmo manente Missarum onere, servitium Chori persæpe reduxit, ut præ cœtris videre est *in una Romana Reductionis Servitii Chori, & Missarum* proposita *sub die* 28. *Martii* 1722., & resoluta *die* 18. *sequentis mensis Aprilis*, ubi disceptato Dubio = *An, & quomodo sit facienda reductio in casu &c.* = responsum fuit = *Firmo remanente onere Missarum, pro majori reductione servitii Chori arbitrio Eminentissimi Archiepiscopi, audito Capitulo.*

Itemque pro utriusque oneris reductione habetur *Vigilien. Decanatus* proposita *sub die* 2. *Julii* 1729., & resoluta *die* 23. *ejusdem mensis*, ubi quoad *secundum* Dubium = *An sit locus pro eodem Decano reductioni oneris assistentiæ quotidianæ in Choro, ac Missæ itidem quotidianæ ex Instrumento fundationis injuncti? Et quatenus affirmative; quænam ratio habenda sit pro utriusque oneris reductione* = resolutio prodiit = = *Ad secundum pro reductione arbitrio Episcopi, & constituto coram eodem de diminutione redditcuum.*

Dignentur itaque EE. VV. definire Dubium, quod sequitur.

An, & quomodo sit facienda reductio in casu &c.

Seff. 21. cap. 7. de Reform., & Jeff. 25. Decret. de Invoc.Vener., & Reliq. Sanct., & Sacr. Imag.

RAVENNATEN. Intra fines Paræciæ S. Crucis Ravennatensis Civitatis Sacellum adest à Civitate distans, ubi ligneum Christi colitur simulacrum, quod a Ravennatensibus pio cultu honoratur, ac ubi sunt Missarum onera ascendentia ad annua Sacra 280. præter alia tria, ac etiam aliquando quatuor Sacra singulis diebus Veneris ex piorum Testatorum dispositione celebranda.

Prope Sacellum extat adnexa parva Domus immunitate gaudens, in qua commoratur ejusdem Sacelli Custos. Experientia compertum est, hanc domunculam esse receptaculum perditorum Hominum, & ad usus illicitos, ac inhonestos conversam. Hactenus ad hujusmodi avertenda scandala in irritum laboravit Episcopus, qui demum in eam venit sententiam vetandi Paroco S. Crucis, ad quem pertinet Sacellum, ne imposterum auderet eam cuiquam locare.

Ex hoc prohibitivo decreto non leve incommodum obvenit Paroco (ut ait Episcopus) *in consulendo custodiæ, atque securitati dicti Sacelli, in parandis iis, quæ pro Missarum celebratione requiruntur, nec non in gerenda Lampadis cura, quæ perenniter, ut dixi, ardere debet, eo quod ab ejus Parochiali residentia non parum distet, & iter ad illud in aliqua anni tempestate difficile sit.*

Propterea que Parochus nuperrime preces obtulit Sacræ Congregationi, ut dignaretur eidem impertiri facultatem memoratam Crucifixi Imaginem una cum Missarum oneribus ad ejus Parochialem Ecclesiam transferendi, in qua ob commodiorem Populi accessum, majorem etiam cultum, ac venerationem ipsi conciliaret, dictumque Sacellum solo æquandi, & quidquid ex eo retractum fuerit, in translatione Sacræ Imaginis, & in construendo Sacrario, quo eadem Ecclesia Parochialis indiget, expendendi, & si quid defecerit, promptum sese exhibet de proprio supplendi.

Episcopus, qui super porrectis precibus fuit auditus, est petitioni Parochi proclivis.

Quamvis enim ex Concilio Tridentino *sess. 21. cap. 7. de Reform.* valde curandum sit, *ne ea, quæ Sacris ministeriis dicata sunt, temporum injuria obsolescant, & ex hominum memoria excidant*, attamen post demandatam Episcopis Ecclesiarum restaurationem, si ea expleri non possit, man-

mandat, ut profanato non tamen ad sordidos usus loco, in Matrices, aut alias Ecclesias locorum eorumdem, seu viciniorum arbitrio suo, atque in iisdem Ecclesiis erigant Altaria, vel Cappellas sub iisdem Invocationibus, vel in jam erecta Altaria, vel Cappellas transferant cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus Ecclesiis impositis.

Siquidem idem est, quod profanetur Ecclesia propter impossibilem ejus reparationem, & quod illa demoliatur, quando concurrant justæ, legitimæque causæ, quæ ex relatione Episcopi supra numerantur, & quando Sacræ Imaginis veneratio, Divinusque cultus ob illicitos usus, ad quos abutuntur improbi Homines in contermina ædicula, prægrande recipiat detrimentum.

Et revera si etiam aliæ demolitionis urgent circumstantiæ, non raro à Sacris Congregationibus Immunitatis, & Episcoporum mandatum est, Ecclesias esse demoliendas, quamvis benè, decenterque constructæ sint, nec ulla indigeant refectione, veluti testatur *Card. de Luc. disc. 17. ad sess. 21. cap. 7. Concilii Tridentini*.

Sacras autem Imagines, etiamsi collocatæ reperirentur in Ecclesia Jurispatronatus, ex justa causa decentioris cultus esse transferendas una cum Missarum oneribus ex mente Sacri Concilii Tridentini *Sess. 25. Decret. de Invoc.*, *& venerat.*, *& Sacr. Imag.* tradit *Panimoll. decis.* 11. *num.* 17., *& Rota in Romana translationis Imaginis* 25. *Junii* 1742. §. *6. coram clar. mem. Card. Calcagnino*. Nullum enim detrimentum est obventurum Animæ Testatorum ex hac Missarum translatione; nam eisdem æque proderit Sacrificium ab ipsis in honorem Sacræ Imaginis relictum, tam si illud celebretur in rurali Sacello, quam in Ara Urbanæ Ecclesiæ, in qua erit Sacra Imago collocanda.

Ad rem sunt geminæ resolutiones hujus Sacræ Congregationis, prima scilicet *in una Leopolien.* proposita *die* 30. *Julii* 1763., ubi quoad primum Dubium = *An liceat Archiepiscopo supprimere Cappellam Cæmeterii nuncupatam Domagalicianam, & transferre Imaginem Deiparæ Virginis ab eadem Cappella ad unum ex Altaribus Ecclesiæ Cathedralis Leopolien.* = responsum *Affirmativum* datum fuit *sub die* 27. *Augusti ejusdem anni*.

Et altera *in una Terracinen. proposita die* 14. *Aprilis* 1764. sub geminis Dubiis I. *An sit locus profanationi Ecclesiæ ruralis S. Nicolai de Bario a Monialibus Cistercienſibus in Territorio Oppidi Somneni possessæ in casu &c.* = & quatenus affirmative II. *An Sacræ Imagines, supellectilia, & onera quæcumque in eadem Ecclesia existentia transferri, & respective adimpleri valeant in Ecclesia propria dictarum Monialium in casu &c.* = quæ *sub die* 2. *sequentis mensis Junii ejusdem anni* resoluta fuerunt edito responso ad I. *Affirmative juxta votum*

tam Episcopi, & ad II. *Affirmative*, *& quoad onera scribatur Episcopo juxta instructionem*.

Quibus positis, dignabuntur EE. VV. sapientissime decernere.

I. *An sit locus demolitioni Sacelli ruralis intra fines Paraeciæ S. Crucis Civitatis Ravennæ in casu &c.*

Et quatenus affirmative

II. *An Sacra Imago Sanctissimi Crucifixi, supellectilia, & onera quæcumque in eodem Sacello existentia transferri, & respective adimpleri valeant in dicta Ecclesia Parochiali Sanctæ Crucis in casu &c.*

Sess. 22. decret. de obser. & evit. in celebr. Miss.

INTERAMNEN. In Ecclesia Beatæ Mariæ Virginis nuncupatæ *del Cassaro* Civitatis Interamnæ extat Cappella pertinens ad Familiam Spada. Huic Cappellæ Clementina Spada in suo, quod sub die 29. Martii 1726. condidit, testamento, reliquit scuta 150. investienda vel in Censibus, vel in Bonis Stabilibus arbitrio suorum Hæredum, hac tamen explicita adjecta lege, ut Cappellanus à suis Hæredibus eligendus, & ad eorum nutus amovibilis singulis annis Sacra centum, si pecuniæ in Censibus investitæ fuissent, si vero in Bonis Stabilibus, Sacra septuaginta tantum celebrare teneretur.

Exemplo Clementinæ excitata Hortentia Spada, & ipsa quoque in ejus ultimis testamentariis tabulis conditis anno 1633. eidem Cappellæ reliquit scuta centum in Censu investienda, cui adjecit alterum Censum in sorte scutorum 50., voluitque, ut illorum fructus assignari deberent Cappellano similiter ad nutum Hæredum amovibili cum onere geminas celebrandi Missas in singulis hebdomadis.

Missarum onus in utroque legato præscriptum ad rationem annuarum Missarum 174. hactenus impletum fuit à Comite Alexandro Spada Cappellæ Patrono, dictarumque Clementinæ, & Hortentiæ Testatricium hærede.

Verum cum nullibi constet, ignoretque Comes Alexander, sequutum fuisse pecuniarum investimentum à præfatis piis Fæminis demandatum, hinc idem ad exonerandam conscientiam suam, suorumque Prædecessorum promptum se exhibet pro fundo utriusque legati, quod est in sorte scutorum 300., proprium assignare Prædium in vocabulo *Saletto* valoris scutorum 380., & obul. 10., annuique redditus scutorum 15., qui cum impositis annuarum 174. Missarum oneribus minime respondeat, duplicem idcirco promovet instantiam, alteram pro facienda supradicti Prædii

sub

subrogatione, alteramque, ut annuum Missarum onus juxta subrogandi Prædii redditus reducatur.

Patet enim, Cappellanias, facto pecuniarum investimento, in oblato Prædio *Saletto* securitatem, reddituumque perpetuitatem magis acquirere, quam in Censibus; Hinc Sacra Congregatio *in decretis generalibus* anni 1725. statuit, atque præscripsit, ut ex pecuniis pro Celebratione Missarum relictis Census non acquirerentur, dum iidem non sunt pro hujusmodi effectu inter Bona Stabilia recensendi *Card. de Luc. ad Concil. Trident. disc.* 21. *num.* 9., & habetur *in una Policastren.* proposita, & resoluta *sub die* 17. *Augusti* 1726.

Qua de re remissionem, seu reductionem oneris Missarum necessariam esse tuetur Comes Alexander, cum Prædii redditus non excedant annua scuta 15. prorsus impari Celebrationi annuarum Missarum 174. Hanc autem reductionem videtur fieri debere ad rationem Eleemosinæ *perpetuæ*, cum agatur de Cappellaniarum fundo nunc primum constituendo, quoties non fuit hactenus constitutum. Si vero placeret eam fieri ad rationem *manualis*, detrahedam esse impensam pro utensilibus.

Ordinarius retulit, quod cum *dicta scuta quindecim minime sustinere possint onus Missarum* 174. *à Testatricibus relictum, ultra alias expensas pro Sacris Utensilibus faciendas, essem in sensu, si id EE. VV. approbare dignentur, deveniri posse per Oratorem ad assignationem prædicti Fundi, & respective præfatas Missas ad Eleemosynæ manualis taxam consueta benignitate reduci, adjecta conditione, ut quatenus augeatur fructus, augeatur etiam numerus ipse Missarum*.

Ad præsentem quæstionem, ut plurimum facit *Firmana Onerum Missarum* in Sacra Congregatione proposita *sub die* 2. *Junii* 1754. in qua tria disceptata fuere Dubia I. *An, & quomodo Fundus Cappellaniæ quotidianæ sit constituendus in Bonis Stabilibus valoris scut.* 500., *sive in Censibus in casu &c.* II. *An sit locus reductioni Missarum*, & quatenus affirmative III. *An reductio fieri debeat ad rationem perpetuæ, seu potius manualis, deductis tamen deducendis in casu &c.* = quibus *sub die* 23. *ejusdem Mensis Junii* responsum fuit = *Ad* I. *Affirmative, & constituendum esse certum Fundum Cappellaniæ in Bonis stabilibus* = *Ad* II. *Affirmative* = *Ad* III. *Ad rationem manualis*.

Superest modo, ut dignentur EE: VV. declarare.

I. *An sit locus subrogationi Prædii Saletto in casu &c.*

II. *An, & quomodo sit locus reductioni Missarum in casu &c.*

Seff. 25. cap. 5. de Reform.
Seff. 23. cap. 6. de Reform.
Seff. 22. cap. 11. de Ref.

BALNEOREGIEN. Julius Galli Viturclanenfis moriens fuum ultimum condidit Teftamentum, quo juffit, ut ex fructibus fuæ hæreditatis erogarentur fcuta 300. in conftruenda Cappella S. Rofæ dicata in Parochiali Ecclefia Sanctiffimæ Trinitatis Terræ Viturclani, inibique geminas erigi juffit Cappellanias mere Laicales. Onus Cappellanis injunxit alternis hebdomadis celebrandi, feu celebrare faciendi quotidianum Sacrum in eadem Cappella, quam hæredem univerfalem inftituit, & pro ea d. Cappellanos, quibus omnes redditus fuę hæreditatis æquis portionibus ipfos inter dividendos affignavit.

Jus autem Cappellanos nominandi reliquit Jufto Barbacci Terræ Tufcanellæ, necnon Alphunfo Cherofini, & Sebaftiano Giuftini Viturclanenfibus, eorumque refpective Defcendentibus per lineam Mafculinam in infinitum, & cafu quo aliqua ex d. Defcendentiis extingueretur, alteram fuperftitem voluit fubftitutam. Ad paffivum vero Patronatum invitavit omnes Ecclefiafticos ipfarummet Defcendentiarum Barbacci, Cherofini, & Giuftini, hoc tamen ordine fervato, quod fi adeffent Ecclefiaftici in Familiis Barbacci, & Cherofini, ifti præferrentur illis Familiæ Giuftini, hi autem extraneis.

Anno 1773. vacavit altera ex d. Cappellaniis. Unicus hodie eft illarum Patronus Sanctes Giuftini fupradicti Sebaftiani Nepos, quoniam defecerunt omnes ex præfatis Lineis, feu defcendentiis Barbacci, & Cherofini. In defcendentia Giuftini duo funt Clerici mox d. Sanctis Patroni nepotes, utpote qui Filii funt illius Germanorum Sororum, alter eft Francifcus Sdinami, & alter Auguftinus Onefti, quorum primus nempe Francifcus omnia jura fua ceffit Auguftino ejus Confobrino.

Cogitans autem Sanctes Patronus de retinenda licet conjugatus Cappellania, quam putat effe fimpliciter Laicalem, ut, impletis Miffarum oneribus ab eligendo Sacerdote, lucri facere poffet refiduales Cappellaniæ fructus, eofque convertere in fui, fuæque Familiæ alimoniam, fupplex proinde petiit a *Sanctiffimo D. Noftro* feliciter Regnante, ut etiam in hoc ftatu liceat ei frui Cappellania, fueruntque illius preces ad hanc Sacram Congregationem remiffæ.

Inftitit contra Clericus Auguftinus tamquam unicus paffive vocatus, ut, renuente Patrono eum nominare, de jure fibi adjudicaretur Cappellania,

Super utriufque precibus auditus de more fuit Epifcopus, qui irrationabilem dixit Patroni petitionem; Illam vero Clerici Auguftini juftam vocavit, *quoniam cum fupradictus Adolefcens Onefti in hoc meo Seminario commoretur, ut fe habilem reddat ad Sacerdotium affequendum, & Parentes pro illius manutentione alium modum non habeant alimenta præftandi Seminario, quam cum redditibus iftius Cappellaniæ: Viciffim ve-*

vero hic Juvenis tamquam ab Institutore vocatus clarum jus habeat ad dictam Cappellaniam, & eo fortius, quia in ejus favorem suo juri cedit Franciscus Slinami pariter vocatus, potior propterea ratio huic pauperi Clerico assistere mihi videtur, quàm Sancti Justini nominationem deneganti, qui unice de lucro captando causam agit.

Ad rem quod attinet, negat Clericus Augustinus, & probationibus excludit inopiam Patroni, quæ nisi gravissima concurrat, atque probetur ad terminos *Gloss. in Canon. contra 26. caus. 16. quæst. 7.*, nedùm Patrono denegatur retentio Cappellaniæ laicalis, sed etiam ipse nullum jus haberet assequendi alimenta super Cappellania ad *Text. in cap. Nobis ibique Glossa de Jurepatr.*, *Surd. de Aliment. tit. 7. quæst. 32. num. 29.*, *& Panimoll. decis. 15. annot. 1. num. 37.*

Præterea dubitandum quam maximè est, num agatur de Cappellania laicali ad instar Legati pii cum onere Missarum, cujus proinde capaces sint etiam Laici, Fæminæ, & Infantes juxta firmata per *Piton. de Controv. Patron. allegat. 33. num. 1., & 2.*, seu de Cappellania Ecclesiastica naturam Ecclesiasticæ qualitatis habente; Hanc autem ambiguitatem dissolvit Sacra Congregatio *in una Maceraten.* proposita *die 7. Septembris* 1726.. & resoluta *die* 28. *ejusdem mensis*, ubi iisdem met concurrentibus Fundatoris verbis, quæ in præsenti casu concurrunt, propositoque Dubio = *An Cappellania, de qua agitur, sit Legatum pium, cujus sint capaces etiam Fæminæ, & Infantes, seu potius sit Cappellania Ecclesiastica* = respondit = *Ad primam dubii partem negative, ad secundam affirmative, sed non esse collativam, & amplius.*

Quodque licet ageretur de Cappellania laicali, eam adhuc esse incompatibilem cum statu conjugali pluries firmavit Sacra Congregatio, & præsertim *in Reatina Cappellaniæ* 22. *Septembris* 1714., *& 9. Februarii* 1715., ut in *lib.64. Decret. pag.* 387.; Itidemque *in Romana*, ubi res erat de Cappellania fundata cum hac explicita declaratione= *Qual Cappellania debba riputarsi, & essere mero, e puro Legato laicale, e non Beneficio Ecclesiastico* = cum propositum fuisset Dubium = *An Cappellania, de qua agitur, retineri possit in statu conjugali per Cappellanum à Testatore nominatum*= die 20. Septembris 1727. decisum fuit = *Negative, & amplius.*

Quoties igitur nulla Patrono competat Cappellaniæ retentio, consectarie descendere videtur, eam esse adjudicandam Clerico Augustino Onesti nulla indigenti Patroni nominatione, tum quia is est ab ipso Fundatore passivè vocatus *Piton. de Controv. Patronor. alleg. 17. num. 12.*, *& allegat. 84. num. 48.*, *Rocc. disput. jur. 193. num. 22.*, *& Rot. coram Pamphil. decis. 99. num. 3.*, tùm etiam quia Patronus à jure nominandi cecidit post lapsum quadrimestre *Paul. de Cittadin. de Jurepatron. part. 6. art. 3. num. 35.*

Item-

Itemque Cappellania petitur una cum ejus fructibus, quos ab initio illius vacationis Augustinus contendit esse sibi restituendos à Patrono, qui eos percepit sine jure, mala fide, & cum certa scientia eorum pertinentiæ ad Cappellanum *cap. cum vos de Offic. Ordinar.* A Patrono nihil habuimus.

Dignabuntur itaque EE. VV. sequentia Dubia ea, qua pollent, sapientia definire.

I. *An, & quomodo precibus Justini sit annuendum in casu &c.*
Et quatenus negative

II. *An Cappellania, seu Legatum pium, de quo agitur, adjudicandum sit Augustino Onesti, seu potius sit locus nominationi favore ejusdem in casu &c.*

III. *An, & à quo tempore debeantur fructus in casu &c.*

Die

Die Sabbathi 29. Julii 1775. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

REassumere dignabuntur EE. VV. folium præteritæ Congregationis, & infrascriptis dubiis tunc propositis, & non resolutis, sapientissime de more respondere:

ALATRINA REÆDIFICATIONIS CAPPELLÆ. *Seff. 21. cap. 5. de Reform.*

I. *An, & ad quos spectet reædificatio Cappellæ sub invocatione SS. Nicolai de Bario, & Antonii Abbatis in casu &c.*

II. *An, & qua pœna Contravenientes sint puniendi in casu &c.*

III. *An Sequestrum super fructibus Cappellaniarum appositum sustineatur in casu &c.*

Ad I. Reædificationem spectare ad Patronos.

Ad II. Episcopus præfigat terminum Patronis, quo elapso, procedat prout de jure.

Ad III. Negativè, & amplius.

REGJEN. REDUCTIONIS SERVITII CHORI, ET MISSARUM. *Seff. 25. cap. 4. de Reform.*

An, & quomodo sit facienda reductio in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo juxta mentem.

RAVENNATEN. *Seff. 21. cap. 7. de Refor., & seff. 25. Decret. de Invoc., Vener. & Reliq. Sanct., & Sacr. Imag.*

I. *An sit locus demolitioni Sacelli ruralis intra fines Paræciæ S. Crucis Civitatis Ravennæ in casu &c.* = & quatenus affirmative.

II. *An Sacra Imago Sanctissimi Crucifixi, suppellectilia, & onera quæcumque in eodem Sacello existentia transferri, & respe-*

respective adimpleri valeant in dicta Ecclesia Parochiali S. Crucis in casu &c.

Ad I. Negativè.
Ad II. Provisum in Primo.

Sess. 22. decret. de observat., & evit. in celebrat. Miss.

INTERAMNEN.

I. *An sit locus subrogationi prædii Saletto in casu &c.*
II. *An, & quomodo sit locus reductioni Missarum in casu &c.*

Negativè ad utrumque.

Sess. 25, cap. 5. de Reform., Sess. 23. cap. 6. de Refor., Sess. 22. cap. 11. de Reform.

BALNEOREGIEN.

I. *An, & quomodo precibus Justini sit annuendum in casu &c.* = Et quatenus negative.
II. *An Cappellania, seu Legatum pium, de quo agitur, adjudicandum sit Augustino Onesti, seu potius sit locus nominationi favore ejusdem in casu &c.*
III. *An, & a quo tempore debeantur fructus in casu &c.*

Ad I Negativè, & amplius.
Ad II. Negativè ad primam partem, Affirmative ad secundam.
Ad III. Deberi fructus Augustino Onesti à die vacationis demptis oneribus.

Sess. 24. cap. 18. de Reform.

HORTANA STIPENDII, ET LIBERATIONIS A MOLESTIIS. Amplum Latifundium diruti Castri Balneoli ad Monasterium S. Silvestri in Capite pertinens, idem Monasterium anno 1674., Apostolico accedente consensu, pluribus sub pactis, legibus, & conditionibus, numerandoque pretio scutorum 12500. vendidit, seu perpetuo locavit Laurentio Rosci Seniori, qui præter restauratas Domos inibi existentes, aliasque propriis expensis de novo constructas, Ecclesiam pariter B. M. Virgini de Laureto dicatam a fundamentis extruxit.

Quia verò plures aderant in dicto Latifundio Villici cum eorum Familiis, pluresque Cultores ad conservationem culturamque Prædiorum destinati, & grave illis erat incommodum, ac perdifficile presertim hyemali tempore pro recipiendis Sacramentis accedendi ad Parochialem Ecclesiam SS. Josephi, & Marci Evangelistæ a Latifundio di

distantem per duo milliaria, hinc Roscius consulens saluti Animarum suorum Cultorum, curavit, ut ejus Ecclesia ab Hortano Episcopo in Paræciam erigeretur, sibique reservavit jus nominandi Cappellanum Curatum, cui pro suis congruis alimentis assignare promisit unum petium terræ vineatum existens in dicto Latifundio annui redditus salmarum tresdecim Musti, nec non Domum Ecclesiæ proximam, itemque annua rubra quatuor cum dimidio frumenti a Colonis consignanda, tandemque redditus scutorum 400. in Bonis Stabilibus, vel in Censibus investiendorum.

Deficiente Roscio in solutione tùm dictorum scutor. 12500., tum eorum fructuum, utile Latifundii dominium cum directo consolidatum est favore Monasterii, quod subinde Emphyteusis titulo d. Latifundium sub certis conventionibus concessit primo Mariæ Pasottæ, & secundo eidemmet Roscio: Ortaque controversia super prælatione in hac Sacra Congregatione Roscium inter, & Pasottam, potiora visa fuerunt jura Roscii, veluti docet Causa, cui titulus *Romana Emphyteusis proposita die* 17. *Novembris* 1731., *& resoluta fuit die* 9 *Augusti* 1732.

Anno 1763. cum antedicta Parochialis Ecclesia in deterius abiisset, & Augustissimum Sacramentum ea, qua par erat, veneratione minime servaretur, consultissime proinde censuit Hortanus Episcopus in pastorali sua Visitatione decernere, Cultores Latifundii inposterum subjectos esse *Parocho Ecclesiæ ruralis SS. Josephi, & Marci Evangelistæ vicinioris usque ad novam provisionem*, qui cum nullum hactenùs emolumentum habuerit, nunc, ut illud sibi solvatur, urget contra Monasterium effectum usque ab anno 1765. Dominum etiam utilis Dominii Latifundii virtute devolutionis acceptatæ antecedenti anno 1764. propter contraventionem pactorum Investituræ a Roscio patratam una cum morositate in solvendis Canonibus.

Episcopus, qui de more fuit auditus, commendat curam, vigilantiam, & sollicitudinem Parochi in ministrandis Sacramentis Cultoribus Latifundii Balneoli, eidemque taxavit emolumentum in annuis scutis triginta.

Hæc sunt quæ ad factum pertinent. Quantum vero spectat ad juris Canonici dispositionem, sustinet Parochus, hìc agi de miserrimis Cultoribus glebæ addictis, nihilque in Latifundio possidentibus, idcircò onus suppeditandi Parocho necessaria vitæ devolvi ad Monasterium, cui in temporalibus subest Latifundium, uti scite firmat *Fagnan. in Cap. Ad audientiam* 13. *de Eccles. ædific. num.* 6., *Pyring. in Cap. Extirpandæ num.* 11. *de Præbend.*, *& Reinfest. in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 48. *num.* 16.

Maximopere quia res est de Decimis Prædialibus, quæ tam quam ex fructibus Prædiorum debitæ *Fagnan. in d. cap.*

Quoniam 13. *de Decimis num.*1. *& seq.*, *& in cap. Cum contingat* 14. *eodem tit. num.*21., rependendæ Parocho sunt ab illorum Domino, quamvis extra Parochiam degente, qui fructus percipit, sive eos percipiat jure locationis, sive Coloniæ, vel alio quocumque titulo, quia Conductor, & Colonus pro Domino possident, & in his terminis plures prodierunt Resolutiones Sacræ Congregationis, ut videre est in una *Hortana Decimarum* 25. *Septembris* 1694. ut in *lib.*24. *Decret. pag.*477. confirmata *sub die* 13. *Septembris* 1738., in una *Leopolien. Decimarum* 7. *Aprilis* 1742. confirmata *die* 24. *Novembris ejusdem anni*, & in una *Tudertin. Decimarum quoad secundum Dubium* proposita *die* 2. *Augusti* 1749., & resoluta *sub die* 23. *ejusdem mensis*.

Excipit Monasterium, Parochum nullam contra ipsum actionem habere, quia idem obstringitur ratione proprii muneris Sacramenta ministrare Colonis Latifundii Balneoli, quod antiquitus erat subjectum ejus Parochiæ, ut est de præsenti virtute decreti ab Ordinario emissi in Sacra Visitatione, quo, revocata erectione novæ Parochiæ olim, instante Roscio, demandata, Latifundium restitutum fuit ejus antiquæ Paræciæ, cujus Rector est Sacerdos Antonius Raganoni Actor: & in omnem casum Monasterium ab hisce molestiis esse liberandum ab hodiernis Comitibus de Roscis, qui molestias emendare spoponderunt in casu, quo Monasterium condemnaretur *in riflesso soltanto della detta erezzione della Parochiale, e della dotazione fatta dal suetto Lorenzo Rosci seniore*, = secus vero si ex juris Canonici dispositione.

Ad has præcidendas quæstiones tria præcipuè sunt consideranda: Primum, quod Monasterium agnovit, & approbavit onus manutentionis Ecclesiæ Parochialis, & Parochi, dùm in geminis emphyteuticis concessionibus de dicto Latifundio stipulatis ab eodem Monasterio nimirùm altera anno 1728. cum Maria Pasotta, alteraque sub die 4. Maii 1731. cum ipsomet Comite Laurentio Rosci, ejusque filiis masculis, hoc onere gravavit utrumque Emphyteutam, ut legere est in Folio supradictæ Causæ *Romana Emphyteusis proposita in Sacra Congregatione sub die* 17. *Novembris* 1731. Et quamvis Monasterium in utroque Concessionis Instrumento fuerit protestatum, quod non intelligatur approbata erectio Parochiæ, attamen cum oneris adjectio Emphyteutis facta præseferat illius agnitionem, & implicitam approbationem, sine qua onus in Emphyteutas transferre non poterat, videtur, attendendam non esse hanc protestationem tamquam facto contrariam, ex firmatis per *Rot. in Forosempronien. Manutentionis* 25. *Junii* 1759. §.5. *coram Illustrissimo Herreros*.

Secundum, quod Parochus non agit pro fructibus Bonorum

ces-

cessorum in erectione, & dotatione Parochialis Ecclesiæ existentis in Latifundio, sed agit quidem pro stipendio sibi debito juxta taxam ab Episcopo factam, nimirum ab anno 1763., quo idem Episcopus Cultores Latifundii suæ Parochiæ subjecit, suæque curæ commisit, & quatenus fructus persequeretur, cum illos percipiat Monasterium, non autem Roscii, qui omnibus Latifundii prædiis etiam dotalibus Ecclesiæ spoliati fuerunt, contra illud jure agit Parochus.

Ac Tertium, quod is, qui urget pro suis emolumentis, sive pro suo stipendio, non est Parochus a Rosciis nominatus, sed est Parochus antiquæ Parochiæ, sub qua Latifundium erat, qui de mandato Episcopi Sacramenta ministravit. Roscii enim sese voluerunt obstrictos ad conservandum indemne Monasterium a molestiis Parochi, si urgeret vi dotationis in erectione Parochiæ stipulatæ, non autem polliciti sunt, se Monasterium a molestiis liberum reddere, si quando Parochus primitivus Parochiæ SS. Josephi, & Marci congruum postulasset stipendium, ut nunc evenit.

Jura Comitum de Roscis non sunt adhuc deducta. Grave igitur non erit EE. VV. Sapientissimum eorum Oraculum super infrascriptis Dubiis proferre.

I. *An, & a quo tempore, & in qua summa debeatur stipendium in casu &c.*

II. *An sit locus liberationi a molestiis in casu &c.*

SABINEN. Joannes quondam Pancratii de Pancratiis Terræ Stimiliani cupiens perpetuam decem Missarum celebrationem, tradidit Societati Sanctissimi Suffragii dictæ Terræ scuta 25. in Censu investienda, ut ex ejus fructibus Missæ celebrarentur. Anno 1657. præsente, consentiente, & approbante Pancratio, pecuniæ investitæ fuerunt in Censu super Cella Vinaria imposito a Nicolao Menichelli ejusdem Terræ, cujus pretium solvit idem met Pancratius solvere declarans = *de propriis pecuniis ab eodem dictæ Ven. Societati pro eleemosina relictis, traditis, & consignatis cum pacto expresso, quod dicta Societas cum dicto annuo Censu teneatur in suffragium ipsius Joannis Animæ Antecessorum, & Descendentium celebrare facere Missas decem quolibet anno in perpetuum.* *Sess. 25. cap. 4. de Reformat.*

Sub initium currentis Sæculi, evicto Fundo censito pro parte Confraternitatis S. Josephi supradictæ Terræ tamquam creditricis anterioris Menichelli, Societas Sanctissimi Suffragii fructus sui Census exigere amplius non valuit, non ideo tamen ab implendo Missarum onere cessavit sub

spe

ſpe fortaſſe emendationis evictionis reportandæ vel ſuper Bonis Menichelli debitoris, vel ab ejus hæredibus, quatenus reperiri potuiſſent. Præconcepta tamen ſpes cum hactenus ceſſiſſet in irritum, hinc Societas Suffragii poſtulat abſolutionem ab ulteriori præfati Miſſarum oneris implemento.

Petitioni adhæret Eminentiſſimus Epiſcopus, ſuamque inſtructionem Sacræ Congregationi tranſmiſſam ſolidiſſimis rationibus firmavit: Illius verba ſunt, quæ ſequuntur.

Cum ex parte Ven. Confraternitatis S. Joſeph. creditricis anterioris evictus fuerit fundus cenſitus, & neque Bona, neque Heredes reperiantur dicti quondam Nicolai Impoſitoris, videtur eximendam fore Confraternitatem ſupradictam ab onere earumdem Miſſarum, eo magis quia ipſemet Pancratius elegit, & acceptavit in creatione enunciati Cenſus, & fundum, qui fuit evictus, & debitorem Menichelli decoctum; Nec culpæ Confraternitatis, & ejus Officialium adſcribi poteſt negligentia, ſi qua fuit in acceptando Debitore, & fundo non ſatis tuto. Cum idem Pancratius perſolverit propriis manibus pecuniam, illamque tradiderit Nicolao Menichelli Cenſus impoſitori; Nam in iſto caſu nequit Confraternitas per ſequutam acceptationem oneris adſtringi ad illius adimplementum de proprio, quod certe eveniret in caſu, quo eadem confraternitas recepiſſet enunciatam ſummam cum expreſſo onere Miſſarum, & abſque præſentia, & conſenſu Pancratii ad Cenſum ad libitum Debitori non ſolvibili conceſſiſſet.

His *additur*, ut ſubdit laudatus Emus Epiſcopus, *tenuitas redditVum ſupradictæ Confraternitatis, quos comperii non ſufficere ad neceſſarias expenſas.*

Ex folio introitus, & exitus Confraternitatis patet, introitum eſſe annuorum ſcutorum 17., & obul. 25., exitum vero aſcendere ad annua ſcuta 19., & obul. 20., & ſic exitum introitum ſuperare in annuo ſcuto uno, & obul. 95.

Ponderandum tamen eſt, nondum effluxum eſſe Centenariæ tempus, quo requiritur, ut quęlibet extincta ſit actio Confraternitatis Suffragii petendi emendationem evictionis ſuper Bonis Debitoris, quæ hodiè ab occulto Poſſeſſore ſecreto detinentur, cras vero detegi poſſunt, & à Confraternitate vindicari, & iis vindicatis, deberet onus Miſſarum reviviſcere, cujus reviviſcentiæ non amplius erit locus, ſi per lapſum centum annorum perempta fuiſſet actio agendi pro evictionis emendatione.

Dignabuntur itaque EE. VV. ad infraſcriptum dubium benignè reſpondere.

An ſit locus ſuſpenſioni, ſeu potius abolitioni oneris Miſſarum, de quibus agitur in caſu &c.

FIR-

FIRMANA EMPHYTEUSIS. Antonius Cosimi gemina possidet Beneficia, alterum nuncupatum *S. Luciæ* in Ripana Diæcesi, alterumque sub Invocatione S: Mariæ situm prope *Menochiæ* Flumen intra fines Ecclesiæ Firmanæ. Plurimo ære alieno gravatus est Cosimus, contra quem cònvocatus extitit Creditorum Concursus in Curia Innocentiana. Bona utriusque Beneficii Creditores, aucta illorum pensione, locarunt Bernardino Voltatorni pro annuis scutis 310. relativè ad Bona Beneficii S. Luciæ, & pro annuis scutis 32. relative ad Bona alterius Beneficii S. Mariæ *della Menocchia*. *Seff.25. Cap.11. de Reform.*

Ast cum Bona plurimis indigerent necessariis meliorationibus, promptum sese obtulit Voltaturnus conductor illas de proprio conficere, dummodo eidem concederentur Bona in Emphyteusim duraturam usque ad tertiam ejus generationem pluribus adjectis conditionibus, & promissionibus Patrimonio Cosimi debitoris utilissimis. Hæc oblatio plausum promeruit apud Creditores, quoties assensus Sacræ Congregationis accessisset, pro quo assequendo Voltaturnus preces porrexit huic Sacræ Congregationi, quæ sub die 30. Julii superioris anni per Summaria precum rescripsit, = *Dilata, affigantur Edicta, & ad mentem* = quæ fuit, ut etiam à Ripano Episcopo, in cujus Diæcesi Beneficium S. Luciæ situm est, eadem affigi deberent Edicta.

Affixis Edictis, Oblatores inventi sunt; Alter eorum fuit Joannes Guidi, qui oblationem Voltaturni superavit, illamque mox dicti Guidi peræquavit Voltaturnus. Orta igitur est inter hos Oblatores quæstio, quis nam ex eis sit in Emphyteusi præferendus.

Oblationes pares sunt, & in paritate potior esse videtur conditio Voltaturni, qui jure Conductionis jam actu detinet Bona in Emphyteusim concedenda, qui divitiis abundat, qui est in re agraria peritissimus, qui sollicitus est in solvendis pensionibus, ut Creditores experti sunt, & cujus instantiæ adhærent Creditores personam Rectoris Beneficiorum, & hodierni Bonorum Possessoris repræsentantes, ut in his terminis decrevit Rotalis Decisio *Romana Affictus* 14. *Maii* 1770. *per tot. cor. bo. mem. Riccio*.

Archiepiscopus Firmanus optat, ut Emphyteusis indulgeatur potius Voltaturno diviti, quàm Joanni Guidi nil aliud, nisi domunculam possidenti.

Episcopus Ripanus refert, alios adesse Oblatores, *qui huic Sacræ Congregationi instabunt, ad hoc ut alias majores oblationes admittere dignetur*.

Sacra Congregatio, geminis concurrentibus emphyteuticis concessionibus, Beneplacitum Apostolicum esse indulgendum Emphyteutæ ditiori definivit in una *Romana Emphyteusis proposita die* 17. *Novembris* 1731., *& resoluta sub die* 9. *Augusti* 1732.

Di-

Dignabuntur itaquè EE. VV. decernere.

An, cui, & pro qua summa Emphyteusis sit concedenda in casu &c.

Sess.21. cap. 6. de Reform.

SEDUNEN. In finibus Sabaudiæ locus adest nuncupatus Camperiacus in extrema parte Vallis Illiacæ Diœcesis Sedunensis, in quo est Ecclesia S. Theodulo dicata, cujus Rector erat Joannes Rodulphus Gaillard jam ætate gravis annorum septuaginta, qui dictam Ecclesiam rexerat a viginti octo retro annis. Cum autem Sedunensis Antistes in eum locum pervenisset occasione pastoralis suæ Visitationis, illius Populum cujusvis ætatis, & præsertim Juvenes muniendos Sacramento Confirmationis rudes ac imperitos in doctrina Fidei comperiit ex culpa indocti, & ignorantis Rectoris Gailliard, cujus insufficientia patuit Episcopo in actu ipsius Visitationis.

Tenues Camperiacensis Ecclesiæ redditus vetarunt Episcopo, ne Ecclesiam, & Populum provideret de idoneo Coadjutore, quia eidem partem aliquam reddituum assignare non poterat pro sufficienti illius manutentione: Aliter tamen providit electione Sacerdotis ejusdem loci, qui gratis ad pascendas Oves Gregis Christi, & ad reparandos Rectoris defectus diligentem operam, & curam impenderet, interdixitque Rectori Gaillard, ne amplius publicas, solemnesque Conciones perageret, eique solum permisit, ut Cathechismum unicè Diœcesanum, quin tamen de suo aliquid adderet, aliumve probati Authoris pium librum Populo perlegeret.

Mandatis Episcopi non obtemperavit Gaillard, cui ad se subinde vocato Episcopus suadere curavit, ut libere resignaret dictum Beneficium curatum, & sicuti ex illius proventibus, attenta eorum tenuitate, nihil pro congrua suæ vitæ sustentatione assignare potuerat, hinc præscripsit, ut Rector Gaillard pro congruis recipiendis alimentis se conferret ad Seminarium Clericorum, ibique donec vixerit, permaneret, & aleretur.

Verum cum antedictus Gaillardus de die in diem effectus esset contemptor Episcopi sui, suæque providentiæ, hinc idem Episcopus ei præcepit, ut ad examen coram Examinatoribus Synodalibus accederet, & examini se subjiceret. At persistente Gaillardo in ejus contumacia, Sedunensis Antistes proinde eidem ademit potestatem administrandi Comperiaci Sacramenta, exercendique cæteras functiones Ecclesiasticas, præter Sacrosanctum Missæ Sacrificium, tandem illum declaravit à Divinis suspensum, & Beneficio privavit.

Hanc

Hanc autem remotionem tamquam injuftam non fuftineri Gaillardus conclamat, contenditque, fe effe ad Ecclefiam fuam redintegrandum.

Audito Epifcopo Sedunenfi, hic in fuis tranfmiffis litteris confirmavit ea omnia, quæ fupra narrata funt.

Quidquid enim fit de Gaillardi remoti moribus, de pietate, deque ipfius zelo in conciliandis Parochianorum animis, & componendis inimicitiis, de quibus plurimi loquuntur Teftes per ipfum exhibiti: Animadvertendum tamen eft, quod hujufmodi Teftes nullam fidem promereri videntur, quoniam *injurati* funt, nec ullibi de ejus peritia, doctrina, & litteratura præcisè deponunt, uno tantum excepto, nimirum Parocho Maffongiaci, cui femel de fcientia verbum excidit, dum inquit, fine tamen juramento, eum *nec ufquam quidquam de ipfo audiviffe, quod ejus moribus, & fcientiæ poffit effe contrarium*.

In jure vero certiffimum eft, Parochum imperitum effe removendum ab exercitio Curæ Animarum, prout *Honorius III.* Epifcopum Calinenfem ob ejus illiteraturam amovit à Pontificalis Officii executione, & ab adminiftratione Calinenfis Ecclefiæ, ut habetur *ex cap. final. de ætat.*, *& qualit.*

Videtur igitur, Sedunenfem Epifcopum jure præcepiffe Gaillard, ut propter gravem fufpicionem fuæ imperitiæ novo fefe fubiiceret examini, utcumque femel ab Anteceffore, five ab alio Epifcopo examinatus fuiffet, & ad exercitium Curæ Animarum approbatus, ea ratione, quia fcientia, quæ ab initio collationis Beneficii Curati nota fuerit in Gaillardum, potuerit decurfu temporis, ejufque ingravefcente ætate, minui ex traditis per *Barbof. ad Concil. Trident. feff.* 21. *cap.* 6. *num.* 4., & latiffime *Pafcucc. ad Confult. Canon.*, *Pignattell. part.*2. *tit. de Parocho*, *& Parochia fub dubio An*, *& quatenus Epifcopus poffit Parochos &c. per tot*, ubi præfertim *fub num.* 3. *verf. Sacra &c.* teftatur, Sacram Congregationem in una *Lucerina* 13. *Januarii* 1594., & in una *Interamnen.* 1. *Octobris* 1602. decreviffe, Epifcopum poffe ad iteratum examen vocare Parochum fub pæna privationis Parochialis Beneficii.

Quod autem Epifcopus hanc habeat poteftatem nedum in actu Vifitationis, fed etiam extra illam refolutum fuit à Sacra Congregatione in una *Pampilonen.* 15. *Januarii* 1667. *quoad primum*, *& fecundum Dubium*, *ut in lib.* 25. *Decret. fol.* 298., quodque pro hujufmodi effectu non requiratur præcedens judicialis imperitiæ probatio, definivit Sacra Congregatio in mox dicta *Pampilonen. quoad tertium Dubium* his verbis = *Congregatio cenfuit ad hujufmodi examen faciendum haud neceffe effe*, *ut judiciales probationes imperitiæ præcedant* = *ut ex dicto lib. Decret.* 25 *fol.* 299.

Ad rem fimilem facit *Afculana* propofita *die* 22. *Januarii*

rii 1763., & resoluta *die* 26. *Februarii ejusdem anni quoad primum dubium* = *An sit locus remotioni Cappellani, ita ut devenienduum sit ad electionem novi Cappellani Curati* = cui Sacra Congregatio respondit = *Arbitrio, & Conscientia Episcopi, & in casu denegatæ reintegrationis Pomponii, Episcopus præfigat terminum Parocho ad eligendum alium Cappellanum ab eodem Episcopo approbandum, & ad mentem, & amplius.*

Utrum vero Gaillardus, postquam adeo pertinaciter contempserit Episcopi mandata, ejusque providentiam, & postquam novo examini sese subjcere recusaverit, dicendus sit honestæ vitæ, bonisque moribus imbutus, ut in casu probatæ suæ scientiæ sit reintegrandus ad exercitium Curæ Animarum, sive in casu illius imperitiæ frui possit pro suis alimentis aliqua parte reddituum Ecclesiæ, vel illis imparibus, sit admittendus ad Convictum Seminarii semel, & bis eidem oblatum ab Episcopo, vel in casu aeris insalubritatis providendus sit aliquo simplici Beneficio, seu alio modo Episcopo benevisso, poterunt EE.VV. ex iis, quæ à Gaillard afferuntur, & ex aliis, quę erunt à Promothore Fiscali Curiæ Sedunensis afferenda, judicare, ac una simul sapienter edicere.

An remotio Rectoris Curati Comperiacensis sit substinenda, seu potius idem Rector sit redintegrandus ad suam Ecclesiam in casu &c.

Die

Die Sabathi 19. Augusti 1775. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

CUM quatuor, quæ subiicientur Causæ, propositæ non fuerint in Congregatione habita die 29. Julii proxime præteriti, in cujus Folio fuerant descriptæ, placeat Eminentiis Vestris, eas hodie discutere, ac definire.

HORTANA STIPENDII, ET LIBERATIONIS A MOLESTIIS. *Sess. 24. cap. 12. de Reform.*

I. *An, & a quo tempore, & in qua summa debeatur stipendium in casu &c.*

II. *An sit locus liberationi a molestiis in casu &c.*

Dilata, & ad mentem, & mens est, ut doceatur, si quid, & in qua summa receptum fuerit a Porocho Raganoni, & utrum applicaverit Missam pro Populo Parœciæ S. Mariæ Lauretanæ Balneoli.

SABINEN. *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

An sit locus suspensioni, seu potius abolitioni oneris Missarum, de quibus agitur in casu &c.

Esse locum suspensioni Missarum, & ad mentem, & mens est, ut Eminentissimus Episcopus instet apud Confratres, ut adhibeant ulteriores diligentias ad effectum recuperandi census a Fundatore pro Cappellania assignatos.

Sess. 25. cap. 11. de Reformat.

FIRMANA EMPHYTEUSIS.

An, cui, & pro qua summa Emphyteusis sit concedenda in casu &c.

Dilata, & ad mentem, & mens est, ut Eminentissimus Archiepiscopus nova mandet proponi Edicta in Civitate Firmi, nec non & nova proponantur in Civitate Ripanæ, & Franciscus Sciarra declaret personam, pro qua obtulit die 12 currentis Augusti, nec non & personam Fidejussoris dictæ personæ nominandæ.

Sess. 21. cap. 6. de Reform.

SEDUNEN.

An remotio Rectoris Curati Camperiacensis sit sustinenda, seu potius idem Rector sit redintegrandus ad suam Ecclesiam in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 25. cap. 9. de Reform.

URBANIEN. Terram *Durantis* in Ducatu Urbini sitam, ac pluribus illustratam laicalibus Confraternitatibus post illius Ditionis devolutionem ad Sanctam Sedem sa. mem. Urbanus VIII. in Civitatem, ejusque principaliorem Ecclesiam in Cathedralem erexit utramque suo nomine donatam, unde Urbania Civitas, & Cathedralis Urbaniæ modò dictæ sunt. Pro constituendis Canonicatibus, & Dignitatibus erigendæ Cathedralis Anno 1634. tum plures Cives novæ Civitatis, tum illius Sodalitates dotem de proprio contulerunt. Has inter fuit Confraternitas S. Joannis Evangelistæ, quæ plura Bona stabilia cessit pro dote unius erigendi Canonicatus proprio Confraternitatis nomine nuncupandi, sibique reservavit jus nominandi Canonicum, prout eum libere per secreta suffragia nominavit in omnibus vacationibus postea secutis.

Mense Novembris anni 1773 per obitum Canonici Julii Cæsaris Lutii vacavit antedictus Canonicatus: Quare Confraternitas Patrona pro novo eligendo, præsentandoque Canonico publica indixit comitia pro die 22. ejusdem mensis Novembris, cumque ea die Suffragia non convenissent in unum ex Candidatis oportuit idcirco nominationem differre ad aliam diem, quæ hactenus præfiniri non potuit propter impedimenta Confraternitati data, ac

ac propter juridicas inhibitiones eidem objectas, ne nominaret.

Ne autem laberet quadrimestre tempus ad præsentandum Patronis laicis indultum, plures obtinuit à Sacra Congregatione prorogationes, primam scilicet sub die 12. Martii 1774. *ad alios duos menses*, secundam sub die 23. Aprilis ejusdem Anni *ad sex menses si tamdiu &c.*, ac tertiam sub die 17. sequentis mensis Septembris *ad quatuor menses*, quibus adhuc perdurantibus prorogationibus, Episcopus sub die 8. subsequentis mensis Octobris de vacante Canonicatu tamquam *de jure devoluto* providit Sacerdotem Antonium Ghighi, qui etiam possessionem Canonicatus appræhendit, spreta inhibitione à Confraternitate coram Emo Cardinali Præfecto hujus Sacræ Congregationis legitimè, ac ante Possessionis appræhensionem executa nedum adversus Promothorem fiscalem Curiæ Episcopalis Urbaniæ, sed etiam adversus præfatum Antonium Ghighi.

Hujusmodi collationem ægre tulit Confraternitas, modoque sustinet, sibi competere jus nominandi, & præsentandi Canonicum ad vacantem Canonicatum tamquam illius unicæ, veræ, ac legitimæ Patronæ tàm de jure, quia Bonis suis Canonicatum congruè dotavit ad *Text. in cap. quoniam, ibique Gloss. in verbo Fundatores de Jurepatr.*, *& in cap. Constitutus de Religios. Dom.* quàm de facto, quia ipsa in actu dotationis explicitè sibi reservavit Juspatronatus in perpetuum, ideoque contendit se præsentare debere, & ita uti frui hoc præsentationis jure tamquam fructu, & quidem præcipuo juris patronatus argumento *cap. Consultationibus de Jurepatron.*, dixitque *Rota coram Molines decis.* 1045. *num.* 2.

Urgetque prætereà Confraternitas, ipsam in omnibus vacationibus præsentasse Canonicum, eumque fuisse ab Ordinario institutum, ut probatur ex ultimo, & antecedenti statu: Et in hac vacatione, de qua agitur, ideo non præsentasse intra quadrimestre, ac intra tempus prorogationum obtentarum à Sacra Congregatione, in quantum impedita fuerit ad præsentandum tùm à Benedicto Pacifici instante penes hanc Sacram Congregationem pro habilitatione concurrendi ad vacantem Canonicatum, tum ab Antonio Ghighi, tùm etiam à Promothore fiscali Ecclesiasticæ Curiæ Urbaniensis judicialiter inhibentibus Confraternitati, ne præsentaret, quibus concurrentibus impedimentis, nullum tempus ad præsentandum currere de jure potuit adversus Confraternitatem *Piton. de Controv. Patron. alleg.* 54. *num.* 10., *& Rot. coram Ludovis. decis.* 94. *num.* 10., multoque minus locum factum esse *juri devoluto*, vi cujus Ordinarius de Canonicatu providere potuerit Antonium Ghighi ad tradita per *Rot. in Bononien. Parochialis* 26. *Junii* 1711. *§. final. coram bo. mem. Caffarello*.

Mar-

Maxime quia Litteras *jure devoluto* obtentas ab Antonio Ghirghi *sub die* 8. *mensis Octobris* 1774. gravi vitio laborare ab extrinseco deprehendi contendit Confraternitas. Quandoquidem vitiosa fuisse videtur expressio, quod ad Episcopum esset devoluta nominatio tamquam non facta a Patronis *in tempore ad præsentandum a Jure præfinito*, *neque in tempore eis prorogato a Sacra Congregatione vi ejusdem Epistolarum, quarum prima sub datum Romæ* 22. *mensis Januarii*, *altera vero* 12. *mensis Martii currentis anni* 1774., quippe quia præter hæc prorogationum Rescripta, aliæ aderant subsequentes, quæ tempore mox dictæ collationis perdurabant adhuc, quæque impedimento erant devolutioni [, prout præcipue, cæteris omissis], illa est prorogatio *ad sex menses* obtenta sub die 23. Aprilis 1774., & finem habitura die 22. mensis Octobris ejusdem anni, & sic diebus quatuordecim post supradictam provisionem ab Episcopo factam, quæ nulla est, nec umquam convalescere potest, etiamsi devolutio supervenisset absolutis prorogationibus *Rota coram Molin. decis.* 813. *num.* 22., & 23.

Hinc, posita nullitate provisionis, tuetur Confraternitas, revocandam esse possessionem Canonicatus adeptam à Ghighio, prorsus contempta præcedenti inhibitione adversus illum exequuta coram Emo Præfecto hujus Sacræ Congregationis, & quidem eo damnato ad refectionem omnium, & singularum expensarum tam judicialium, quam extrajudicialium, quas omnes, concurrente inhibitione præcedenti, & spreta subsequenti, reficiendas esse firmavit *Constant. vot. decis.* 203., *num.* 2., & 3. *Rota coram Ansaldo decis.* 391. *num.* 9., & *coram Crispo decis.* 285. *num.* 5.

Audito Episcopo super precibus olim porrectis à supradicto Benedicto Pacifici, is nil aliud retulit, nisi quod Confraternitas sit Ecclesiastica, non autem Laicalis.

Verumtamen contra qualitatem Ecclesiasticam Confraternitatis *primo* firma manet juris dispositio, qua præsumitur, illam esse laicalem, donec diversimodè demonstretur *Pignatell. tom.* 4. *consult.* 21. *num.* 2., & *seq.*, & *Vrceol. de Transat. quæst.* 24. *num.* 64., & *Rot. coram. Ansald. decis.* 9. *num.* 21.

Secundo illius subjectio Statuto Laicali, & solutio onerum Communitativorum.

Tertio confessiones Ordinariorum, qui in eorum respective Litteris, & Indultis Institutionum concessis favore eorum, qui fuerant præsentati à Confraternitate, illam dixerunt qualitatis Laicalis.

Quarto declaratio à sa. mem. Urbano VIII. facta in ejus Bulla erectionis Ecclesiæ Cathedralis, ubi singulæ Urbanienses Confraternitates Laicales nuncupantur.

Quinto demum qualitatem laicalem Confraternitatis evincit solemnissima Res Judicata super ea exorta coram A. C., lata Sententia de anno 1761. contra Episcopum, ejusque Promotorem fiscalem. Hæc,

Hæc, & alia sunt a Confraternitate S. Joannis Evangelistæ circumferenda. A Promothore fiscali, a Ghighio, & a Pacifico nihil habuimus.

Dignabuntur itaque EE. VV. sequentibus Dubiis sapientissimè de more respondere.

I. *An sit locus nominationi, & præsentationi faciendæ a Confraternitate S. Joannis Evangelistæ ad Canonicatum, de quo agitur, vacatum per obitum Canonici Julii Cæsaris Lutii in casu &c.* = & quatenus negative.

II. *An sustineatur provisio de dicto Canonicatu facta ab Episcopo favore R. D. Antonii Ghighi in casu &c.*

III. *An constet de attentatis, & quomodo sint purganda in casu &c.*

TAURINEN. A remotissimis temporibus laudabili in usu fuit celebratio quotidianæ Missæ facienda summo Auroræ mane in Ecclesia Societatis Suffragii *di Courgni* Diæcesis Taurinensis. Pro manutentione hujus in Aurora celebrandæ Missæ quinque accesserunt piorum Testatorum largitiones eidem Societati relictæ.

Seff. 22. decret. de observ., & evit. in celebrat. Missæ.

Pios inter Testatores prima fuit Maria Jocata, quæ sub die 12. Septembris 1672. singula Bona sua certis præscriptis oneribus donavit inter vivos antedictæ Societati Suffragii, & præsertim = *acciò possa continuare a far celebrare quotidianamente, e pregare per le Anime purganti nelle Messe descritte in detta Compagnia.*

Secunda fuit Dominica Losa, quæ, publico stipulato Instrumento sub die 18. Aprilis 1680., donavit eidem Societati singula jura sua, declaravitque = *E questo ha fatto, e fa di sua pura, mera, libera, e spontanea volontà, ed a considerazione, che detta Venerabil Compagnia possa mantenere la Messa quotidiana, che detta Compagnia fa quotidianamente celebrare.*

Tertia fuit Antonia Vidua Zerboglio, quæ, & ipsa quoque sub die 24. Martii 1696. donavit Societati Bona sua Dotalia, & extradotalia eroganda in præscriptorum onerum satisfactionem, subditque = *ed il residuo, che s'impieghi a beneficio di detta Compagnia, acciò possa mantenere la celebrazione della Messa, che si celebra in Aurora in cadaun giorno in suffragio delle Anime Purganti, ed altre opere pie, che da detta compagnia si fanno fare.*

Quarto loco fuerunt Frater, & Soror Boniotto, nec non Vidua Bertogliatti, qui sub die 9. Septembris 1692. donarunt Societati Sortem Census = *acciocchè li proventi del medesimo fondo capitale, censi decorsi, e decorrendi vadano per aumento della celebrazione della Messa quotidiana, che detta Venerabil Compagnia fa celebrare per suffragio delle Anime Purganti, e si accresca maggior divozione alla medesima, e con-*

e continuare in avvenire = ac rursus = *e ciò detti Donanti hanno cadauno di essi fatto, e fanno a contemplazione, che s'aumenti la Messa quotidiana, che essa Venerabil Compagnia del Suffragio fa quotidianamente celebrare in suffragio delle povere Anime Purganti, acciò anche detti Donanti, e loro Discendenti gioiscano anche del suffragio.*

Quintus denique fuit Comes Cortina Præpositus Parochialis Collegiatæ Ecclesiæ *di Courgni*, qui Legati titulo Societati reliquit summam librarum 900. = *senza veruna obligazione, ma solo in ajuto alla spesa della Messa quotidiana in Aurora, che si celebra all'Altare del Suffragio.*

Usque ad hodierna tempora putavit Societas, Sacrosanctum Missæ Sacrificium in Aurora celebrandum liberum esse, nullique obligationi subjectum, prædictis non obstantibus piis largitionibus, & Largitorum voluntatibus. Verum cum Administratores Societatis ut plurimum exoptent parte ex una exemptam reddere Societatem ab onere, si non adesset, hujus quotidianæ celebrationis, & parte ex altera proprium implere munus manutenendi supradictam Missæ celebrationem in Aurora, quatenus aliqua adesset obligatio proficiscens vel ex usu, vel ex voluntate piorum Defunctorum, hinc duo examinanda, decidendaque proponuntur.

Primum, utrum celebratio Missæ in Aurora ex simplici pietate, & religione introducta nunc effecta fuerit obligatio realis Societatem gravans virtute dictarum largitionum nequaquam intermittenda, licet urgeret necessitas illius sumptus in alia pia opera erogandi.

Secundum, utrum in casu persistentis obligationis Sacrificium Missæ sit applicandum pro Testatoribus, seu potius illius applicatio libera sit Celebrantis, seu verius Societatis, quæ hujus Missæ celebratione uti possit in satisfactionem aliorum Legatorum, aliarumque Personarum.

Ad primam enim quæstionem quod attinet, videtur, quamlibet ademptam Societati fuisse libertatem, si quæ ab initio adfuisset, celebrandi, vel intermittendi Missæ Sacrificium in Aurora simul atque superaccesserint piorum Defunctorum largitiones Societati traditæ, & ab ea receptæ pro perpetua hujus Missæ manutentione. Siquidem a Societate semel acceptato largitionum lucro, dicendum est, ipsam in se assumpsisse etiam onus manutenendæ celebrationis lucro adnexum, & correspectivum, à quo Societas resilire modo non potest ex traditis per *Rotam in Firmana Eleemosynæ Conventualis* 12. *Februarii* 1751. *§.* 6. *coram bo. mem. Amadeo.*

Quod vero pertinet ad alteram propositam quæstionem, vulgata regula juris est, non celebrationem solùm, sed etiam Sacrificii applicationem pro Anima Testatoris censeri injunctam, tametsì de sola Missæ celebratione, non autem

tem de applicatione mentio facta fuerit juxta plurimas Resolutiones Sacræ Congregationis editas *in Tinnen. Applicationis Sacrificii* 18. *Augusti* 1668. *lib.* 26. *Decret. fol.* 61. *in Collen. Applicationis Sacrificii* 17. *Septembris* 1679. *lib.* 40. *Decr. fol.* 4., *in Spoletana Applicationis, & Reductionis Missarum* 11. *Januarii* 1710. *lib.* 60. *Decr. fol.* 4., *in Romana Reductionis, & Applicationis Missarum* 15. *Decembris* 1712. *lib.* 64. *Decr. fol.* 485., *in Ferrarien. Applicationis Missarum* 26. *Martii* 1718. *lib.* 68. *Decr. fol.* 113., *in Cornetana* 13. *Junii* 1725. *lib.* 75. *Decr. fol.* 313., *& in Florentina Applicationis Missæ Quotidianæ* 24. *Julii* 1734.

Notandum tamen est, hujusmodi Resolutiones locum habere ubi res esset de fundatione Beneficiorum, & Cappellaniarum cum onere celebrandi Missas nullo adjecto onere illas applicandi pro Fundatore, secus autem antedictam juris regulam una cum relatis Resolutionibus hujus Sacræ Congregationis procedere posse videtur in subjecta Facti specie, ubi Missæ Sacrificium jam erat fundatum, vel demandatum a Confratribus, Testatores vero ex post, & ex intervallo largitiones Societati reliquerant unicè pro manutentione Missæ quotidianæ, quæ jam in Aurora celebrabatur.

Accedente præsertim contraria Testatorum voluntate, quæ plurimum attenditur pro supradictæ juris regulæ limitatione: Nam illi explicitam dixerunt causam manutentionis Missæ, nimirum = *pregare per le Anime Purganti* = itemque = *in suffragio delle Anime Purganti* = ac rursus = *per suffragio delle Anime Purganti* =, cujus participes fieri intelligebant Frater, & Soror Boniotto, & Vidua Bertogliatti, nulla tamen superaddita mentione pro suffragio quoque eorum Animarum, quod una cum celebratione expresse mandassent quatenus voluissent *Pignattell. consult.* 139. *num.* 3. *tom.* 1., *& Suarez tom.* 2. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 7.

Et in his terminis sæpius pro *negativa applicatione* respondit Sacra Congregatio, & in specie *in Novarien.* 22. *Novembris* 1727., ubi agebatur de celebranda Missa in Aurora, disputatoque Dubio = *An Cappellanus teneatur applicare pro suffragio Animæ Fundatoris Missam celebrandam in Oratorio S. Antonii Abbatis loci Artò in casu &c.* = resolutio prodiit = *Negativè, & orent Cappellani pro Fundatore* = *in Mantuana applicationis Sacrificii* 19. *Novembris* 1728., *in Fulginaten. applicationis Missæ proposita* 17. *Augusti*, *& resoluta* 7. *Septemb.* 1737., *& in Reatina* 20. *Decembris* 1766.

His stantibus onus erit EE. VV. sapientissime declarare

I. *An Societas Suffragii di Courgni teneatur implere onus celebrationis Missæ quotidianæ in aurora in casu &c.*

II. *An locus sit applicationi Missæ quotidianæ, de qua agitur, pro suffragio Animarum piorum Testatorum, seu potius libe-*

rum sit Societati Suffragii applicandi dictam Missam in satisfactionem oneris sibi benevisi in casu &c.

Sess. 22. cap. 6 de Reform.

MAZZARIEN. Domus Puellarum Orphanarum Civitatis Alcami Diœcesis Mazzariensis plurima quolibet anno subire debet onera, & in specie distribuendi inter Puellas Orphanas inibi degentes nonnullas Dotes, quæ eisdem Orphanis ex piis Testatoribus nimirum a Francisco Terranova de anno 1651., a Sorore Scholastica Vincisfora de anno 1697., a Mariano Balli de anno 1708., nec non a Didaco Adragna de anno 1752. relictæ fuerunt.

Deficientibus redditibus pro necessaria manutentione Puellarum, aliarumque Monialium ad illas educandas, dirigendasque in pietate, & moribus sexui convenientibus destinatarum, oportuit prætermittere collationem dictarum Dotium, istarumque pecunias in alimoniam Puellarum Orphanarum, Monialiumque convertere.

Hæc prætermissio collationis Subsidiorum dotalium, efformato calculo per totum annum 1772., ascendit ad conspicuam summam unciarum sicularum 958. 28., quæ summa correspondet scutis Romanis 2300. circiter.

Cum autem pia Domus Puellarum Orphanarum impar esset hujus prætermissi oneris implemento: Cumque illius redditus, omnibus demptis oneribus, satis non sint pro debita Puellarum, & Monialium manutentione, hinc ejusdem piæ Domus Officialis una cum Conservatorii Præposita preces porrexit san. mem. Clementi XIV., ut dignaretur piam Domum absolvere a debito collationis Subsidiorum dotalium hactenus inadimpleto, nec non permittere, ut, commutata Defunctorum voluntate, ex omnibus relictis Dotium subsidiis unum tantum unciarum duodecim quotannis Puellis Orphanis conferatur, servata in collatione forma a Testatoribus præscripta; reliqua vero erogentur in ipsarum Puellarum manutentione, precibusque ablegatis huic Sacræ Congregationi, pia Domus nunc instat, ut sibi, quæ petiit, indulgeatur.

Ratio hujusce instantiæ consistere videtur in extrema piæ Domus paupertate, dum ea, demptis oneribus, non alios habet redditus, nisi annuarum Unciarum 69. 9. 1., quæ neque attingunt annua scuta 200. monetæ Romanæ prorsus imparia sustentationi nedum Puellarum Orphanarum, & Monialium in ea Domo existentium, quæ sunt in una supra viginti, nec non manutentioni Ecclesiæ, ejusque Sacristiæ, tandemque conservationi, & reparationi piæ Domus, & aliarum Ædium ad eam pertinentium.

Qua posita modicitate reddituum, sustinet pia Domus innixa dispositioni *Legis Impossibilium* 145. *de regul. jur.*, esse penitùs impossibile, quod ipsa implere modo possit Subsidio-

diorum dotalium collationem, quam hactenùs prætermisit ex secuta pecuniarum versione in alimenta earumdem met Puellarum Orphanarum, quibus erant Dotes conferendæ.

Urgetque præterea quod ipsam met impossibilitatem dotandi Puellas, quam in præterito tempore passa fuit pia Domus, in futurum quoque patietur, hinc postulat, ut justis, & urgentibus causis, quæ in casu concurrunt, commutata Defunctorum voluntate, subsidia dotalia, uno tantum excepto, erogentur in alimoniam Puellarum Orphanarum, quæ si detrimentum sentiunt ex dicta commutatione, emolumentum tamen per ipsarum educationem, & alimoniam loco Subsidiorum dotalium recipiunt.

Episcopus pro sua Informatione, suoque voto requisitus petitioni piæ Domus adhæret, subditque, quod aliter pia Domus, & Puellæ subsistere non possent, quodque = *andarebbe a perire un' opera di somma gloria del Signore, e di gran bene, e sollievo delle povere Zitelle, quali perderebbero la buona educazione, ed ammaestramento, che attualmente ricevono in detto Conservatorio*. Est tamen in voto, quod subsidia dotalia relicta a Mariano Balli, a Francisco Terranova, & a Didaco Adragna redigantur ad unum tantum Unciarum duodecim uni ex Puellis quotannis conferendum, illud nempe, quod relictum, & a Scholastica Vincisora = *giudicarei, doversi assegnare in beneficio della Chiesa del Conservatorio, che ne hà tutto il bisogno*.

Sacra Congregatio facilius hasce Commutationes admisit in ingressu executionis voluntatis Defuncti, ut videre est *in Romana Commutationis Voluntatis* 27. *Februarii* 1734., *in Camerinen.*, *& Fabrianen. Commutationis Voluntatis proposita die* 10. *Septembris* 1735., *& resoluta sub die* 24. *ejusdem mensis*, *in Interamnen. Commutationis Voluntatis* 8. *Maji* 1756., & quandoque Commutationem indulsit etiam post acceptatum onus, prævia tamen firmatione Status Patrimonii, teste *Nullius Terræ Pontiani Commutationis Voluntatis* 30. *Januarii* 1745.

Pertinet igitur ad EE. VV. decidere.

I. *An sit locus absolutioni ab implemento oneris subsidiorum dotalium hactenus inadimpleti in casu &c.*

II. *An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro Commutatione Voluntatis Francisci Terranova, Scholasticæ Vincisora, Mariani Balli, & Didaci Adragna in casu &c.*

EUGUBINA JUBILATIONIS. Ubaldus Beni Præpositus Cathedralis Ecclesiæ Civitatis Eugubinæ post quadragenarium laudabile servitium supplicavit pro perpetua vacatione Chori. *Sess.* 24. *cap.* 12. *de Reform.*

Interrogatus Episcopus, qui referret, audito Capitulo, respondit = *Quumque sexaginta duorum annorum ætatem Orator attigerit, & quadragenarii servitii curriculum jam confecerit (dummodo ii computentur anni, quibus studiorum, & valetudinis causa abfuit a Choro) addita aliqua corporis infirmitate Physicorum testimonio comprobata, dignus propterea videtur gratia, quam supplex implorat, & cui Canonici, quos requisivi minimè adversantur. Verum ante EE. VV. purgatissimos oculos ponere mihi non est omittendum, ex Senioribus octo Canonicis, qui alternis hebdomadis seorsim a Junioribus divinas concinunt laudes in Choro, duo jam Jubilationis Indulto gaudere; Tertium, attentis corporis, & capitis incommodis, Sacræ illi Congregationi preces jam obtulisse pro obtinenda a Choro exemptione ad sex menses, quibus elapsis, quadragenarium servitium Ecclesiæ jam explevit; Quartum senescenti constitutum ætati, gravi aurium surditate laborare; Quintum vero Pænitentiarii Præbenda gaudentem non semper Choro adesse ad excipiendas Confessiones vocatum: Quapropter si Oratori petitum concederetur Indultum, duo tantummodo, aut ad summum tres Canonici remanerent, quibus in hebdomada Seniorum Divinum psallendum esset Officium, cæteræque Ecclesiasticæ Functiones peragendæ.*

Capitulum concorditer etiam in scriptis suum dedit assensum his verbis = *Tutti li Signori Canonici di Massa vecchia, e gli altri di Masse aggiunte furono di unanime parere, e sentimento, che si dovesse ammettere al detto Signor Prevosto, attesi li motivi, e ragioni, e particolarmente delle sue gravi indisposizioni esposte in detta sua Supplica, la richiesta Giubilazione.*

Ratio dubitandi consistere videtur in animadversionibus expressis ab Episcopo in sua Relatione, quoniam pro Præposito Beni concurrunt ea omnia, quæ ad obtinendam Jubilationem de facto, & de Jure necessaria sunt.

Ad relatas namque rationes respondit Præpositus, probatque, ipsum obtinuisse præposituram mense Octobris 1730. ejusque possessionem appræhendisse sub die 15. Januarii 1731., ita ut ab hac die usque ad diem 8. Aprilis proxime præteriti, qua petita fuit Jubilatio, quadraginta quatuor completi numerentur anni, ex quibus, demptis primis tribus annis, quibus Studiorum causa Bononiæ degebat, nequaquam in computatione annorum numerandis, adhuc unus superest supra annos quadraginta, quot una cum continuo, & laudabili servitio requiruntur ad obtinendum Jubilationis Indultum.

Rursus sustinet, in annorum computatione numerandos esse postremos tres annos, quibus Choro vacavit, quoties vacatio fuit causa Infirmitatis, reportato Indulto abessendi ab hac Sacra Congregatione, quæ in his terminis, & illos computandos esse definivit inter *Dubia Jubilationum propo-*

posita sub die 17. *Decembris* 1718., ubi quoad primum Dubium in hæc verba conceptum = *An indulgenda sit Jubilatio Canonicis, & Beneficiatis, qui spatio* 40. *annorum Ecclesiæ inservierunt, licet dicto temporis spatio cum debitis licentiis, & indultis absuerint ab Ecclesiis, vel in causa infirmitatis, vel &c.* = respondit = *Ad primum Affirmative quoad absentes ex causa infirmitatis cum debitis licentiis, & indultis, vel &c.*

Probat insuper Præpositus testimonio Vicarii Capituli dictæ Cathedralis Ecclesiæ, suam jubilationem nullius esse detrimenti Canonicis, Eccclesiasticisque functionibus peragendis, quoniam testatur Canonicus Vicarius = *Canonicos pro Divini Officii recitatione in duas classes disjunctos esse, veterem primam, ac recentiorem alteram nuncupatam: Quod si pro aliqua justa causa, puta Jubilationis, classis numerus minuatur, moris est, ut alterius classis Canonici in illam transeant, atque ita Ecclesiæ servitio, & Chorali muneri optime consulitur.*

Hæc, & alia ponderanda sunt in Informatione a Præposito circumferenda, quibus perpensis, grave non erit EE. VV. decernere.

An Indultum Jubilationis sit concedendum in casu &c.

PAMPILONEN. Præter funera, aliasque solemnes functiones, quæ dietim occurrunt in Collegiata, & Parochiali Ecclesia S. Nicolai Civitatis Pampilonensis adnumerantur etiam mille, & biscentum Anniversaria sive ex Fundatione, sive ex piis Legatis annuatim celebranda à Canonicis, & Capitulo ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ, & quidem singula solemniori pompa, nimirum cum Missa Parata, adsistentia Diaconi, & Subdiaconi, cantuque Chorali. *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

Ut esset huic gravissimo oneri satisfactum, usu receptum est apud Canonicos, ut quatuor in singulos dies feriatos Anniversaria celebrentur. Cum autem Capitulum ex quatuordecim tantum componatur Canonicis, hinc persæpe accidit, ut, demptis illorum tribus pro solemni Missa destinatis, altero pro subsequenti canenda Missa, Parocho Animarum curæ incumbente, Collectore redditum Capituli, alioque absente vel causa Infirmitatis, vel titulo Jubilationis, vel ad audiendas Confessiones detento, duo, vel unus tantùm ex Canonicis adsistat in Choro, quod scandalum potius adstanti Populo præbet, quam excitet illius pietatem, illiusque religionem.

Hujusmodi incommodo occurrere satagentes Canonici preces obtulerunt Sanctissimo Domino Nostro, postulantes, ut, prævia commutatione oneris, & voluntatis Defunctorum, qui reliquerant Anniversaria, indulgeatur facultas Capitulo totidem celebrandi Missas lectas in locum Anni-

niversariorum, sub hac tamen lege, ut singulis diebus unum tantùm solemne Anniversarium cum cantu, & cum eadem pompa celebretur.

Precibus ad hanc Sacram Congregationem remissis, auditus de more fuit Episcopus, qui retulit, Parochianos, aliosque interesse habentes vocatos per Edicta, omnes uno ore, unanimi consensu, & nemine penitus discrepante, ratam, acceptamque habuisse Capituli petitionem.

De Anniversariorum numero, eorumque redditibus, hæc testatus fuit Episcopus = *Anniversaria sunt numero mille biscentum fundata quatuor ab hinc retro Sæculis à privatis Personis, quarum pleræque amplius non existunt, eorum redditus etiam pinguiores, deductis expensis debitis vix ad decem Regales, & octo Teruntios singuli accedant, sicque unicuique Capitularium pro unoquoque eorum viginti octo, aut* 32. *maravedisi, vel Teruntii contingunt*.

Concluditque demum, quod = *cum ob concurrentium Funeralium, & aliarum Solemnitatum, quæ in prædicta Ecclesia quotannis celebrantur, & quarum numerus ut minimum ascendit ad biscentum, difficillime supradicta Anniversaria cantari possint, vel nonnisi ita indecenter, præpropere, & accelerate, ut eorum cantus risum potius in Fidelibus, quam devotionem excitet*, proindeque est in voto = *preces Oratorum justas esse, defectumque cantus Anniversariorum aliunde compensari tum per duodecim Missas supererogationis, & præter dictas mille biscentum quotannis celebrandas, tum per strictam obligationem, quam contrahere volunt, & debent Oratores, scilicet cantandi Missam omnibus illis diebus feriatis, in quibus antea canebantur Anniversaria, & non sit Missa ex alio capite canenda . . . . ., dummodo a præfato recitandarum Missarum cumulo excludantur Anniversaria moderniori hoc præsenti Sæculo fundata, quæ sunt numero plus, minusve septuaginta*.

Ad rem quod attinet, ponderandum est, commutationes voluntatis, vel oneris nunquam denegari, quoties justa intercedat commutationis causa, & permutandum onus facilius adimpleri possit juxta sanctionem Sacri Concilii Tridentini *Sess.* 25. *cap.* 4. *de Reform.*, cui cæteroquin adhæsit hæc Sacra Congregatio ante acceptationem oneris, vel ante illius executionem, ut *in Romana Commutationis Voluntatis* 27. *Februarii* 1734., *& in Interamnen. Commutationis Voluntatis* 8. *Maii* 1756., non autem post acceptatum, & executum onus nisi reddituum statu præventive firmato, ut *in Nullius Terræ Pontiani Commutationis Voluntatis* 30. *Januarii* 1745.

Dignabuntur itaque EE. VV. declarare

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione Voluntatis, in casu &c.

Die Sabbati 9. Septembris 1775. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

SEX, quæ sequuntur, Causæ in ultima Congregatione habita die 19. transacti mensis Augusti dilationem obtinuerunt ad hanc Congregationem: Eas itaque hìc damus, ut EE. PP., repetita lectione Folii ultimæ Congregationis, illas, uti juris esse censuerint, expediant.

SEDUNEN.

An remotio Rectoris Curati Camperiacensis sit substinenda, seu potius idem Rector sit redintegrandus ad suam Ecclesiam in casu &c. *Sess. 21. cap. 6. de Reform.*

Episcopus se gerat ad formam Concilii Trident. sess. 21. cap. 6. de Reformat., eique scribatur juxta instructionem.

URBANIEN.

I. *An sit locus nominationi, & præsentationi faciendæ a Confraternitate S. Joannis Evangelistæ ad Canonicatum, de quo agitur, vacatum per obitum Canonici Julii Cæsaris Lutii in casu &c.* = & quatenus negative. *Sess. 25. cap. 9. de Reform.*

II. *An substineatur provisio de dicto Canonicatu facta ab Episcopo favore R. D. Antonii Ghighi in casu &c.*

III. *An constet de attentatis, & quomodo sint purganda in casu &c.*

Ad I. Affirmative, & amplius.

Ad II. Negative, & amplius.

Ad III. Affirmative, & attentata esse purganda per viam nullitatis.

TAU-

Seff. 22. decret. de observ., & evit. in celebrat. Missa.

TAURINEN.

I. *An Societas Suffragii di Courgni teneatur implere onus celebrationis Missæ quotidianæ in Aurora in casu &c.*

II. *An locus sit applicationi Missæ quotidianæ, de qua agitur, pro suffragio Animarum piorum Testatorum, seu potius liberum sit Societati Suffragii applicandi dictam Missam in satisfactionem oneris sibi benevisi in casu &c.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative ad utramque partem Dubii, sed applicandas esse Missas pro suffragio Animarum Purgantium juxta etiam disposita in Testamentis.

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

MAZZARIEN.

I. *An sit locus absolutioni ab implemento oneris subsidiorum dotalium hactenus inadimpleti in casu &c.*

II. *An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro Commutatione Voluntatis Francisci Terranova, Scholasticæ Vincissora, Mariani Bulli, & Didaci Adragna in casu &c.*

Dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem.

Sess 24. cap. 12. de Reform.

EUGUBINA JUBILATIONIS.

An Indultum Jubilationis sit concedendum in casu &c.

Affirmative.

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

PAMPILONEN.

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione Voluntatis in casu &c.

Non proposita, cum reliquis.

LEO-

LEOPOLIEN. NULLITATIS PROFESSIONIS. Hæc Causa pertinet ad Edictum Prætoris, *quod metus causa gestum, ratum non habeo*, & ad regulam Pontificii Juris, quæ est *in cap. 2. de his, quæ vi, metusque causa fiunt*, quoniam Stephanus Denisko, qui sub die 25. Julii 1764. vestem religiosam susceperat in Conventu Cremenecensi Ordinis S. Francisci Minorum Conventualium, assumpto nomine *Florentini*, inibique sub die 9. Augusti sequentis anni 1765. solemnem emiserat Professionem, nondum elapso quinquennio, nimirum die 14. Aprilis 1769. rescissoriam actionem proposuit coram Ordinario, & Superiore Religionis contra Professionem suam asserens, se illam emisisse coactum ab Antonio Denisko Patre vi, metuque gravi, qui constantis, fortisque animi virum concutere potuerit. *Sess. 25. de Regular., & Monial. cap. 19.*

Fuerunt hinc examinati Testes tum inducti a Stephano DenisKo, tum à Religione exhibiti: Duplex tandem publicata fuit Sententia, altera scilicet Ordinarii decernens nullitatem Professionis, alteraque Superioris Religionis declarans ejusdem Professionis validitatem. Hac autem stante Sententiarum contradictione, virtute saluberrimæ Constitutionis san. mem. Benedicti XIV. incipientis *Si datam hominibus fidem* Causa devoluta est ad Sacram Congregationem, in qua disceptandum hodie proponitur Dubium nullitatem Professionis respiciens.

Testes *formiter* repetiti numerantur quindecim, quorum primi *quatuor* à Stephano fuerunt inducti, alii *octo* à Religione, reliqui vero *tres* post didicita illorum testificata fuerunt ab ipso met Stephano exhibiti, & à Judicibus admissi, quibus præsertim innititur Ordinarii Leopoliensis Sententia. Ex dicto primorum quatuor, & octo Testium formali subjectorum examini patet, Stephani Patrem humanum fuisse, non inclementem erga liberos suos, eosque correctione dignos rigore commixto cum amore paterno correxisse.

Patetque rursus, eumdem Stephanum, perspectis antecedentibus, concomitantibus, & professionem suam subsequentibus, nullam vim, nullumque metum gravem passum fuisse ab Antonio Denisko Patre, unde coactus fuerit religiosum habitum assumere, & professionem emittere. Testes enim, quos inter duo sunt Stephani germani fratres Michael, & Joachimus Denisko, sub juris jurandi religione deposuerunt, Stephanum fuisse, qui precibus, & lacrymis coegerat reluctantem Patrem ad consentiendum voluntati suæ, ut sibi liceret nomen dare Franciscanæ Religioni, non autem e contra Patrem fuisse, qui verberibus, & minis coegerit reluctantem filium, ut Religiosus fieret, quinimo eumdem Patrem monuisse filium sequentibus verbis relatis à Michaele Denisko sub pri-

primo Interrogatorio = *Non necesse Deum eludere ; necesse est bene te probes si perseverabis : Discede ergo ad Franciscanos, quando talem habes voluntatem : Ad praesens attende consuetudines Conventus, & reflecte te, an poteris perseverare* = idemque sub secundo Interrogatorio testatur alter Stephani frater Joachimus Denisko,

Constat itidem, sæpedictum Stephanum in actu, quo Sacras vestes assumpsit, emisitque Professionem, nullum suæ coactionis dedisse signum, vel indicium, quoniam is utrumque Religionis actum explevit libenti, lætoque animo, vocavitque Patrem, Fratres, Consanguineos, Amicos, & Condiscipulos, ut ejus assumptioni Sacrarum Vestium, & Professioni interessent absque eo quod ullam vel minimam paternæ coactionis querelam interposuisset, vel penes Religiosos, vel penes probos Viros, vel penes Amicos. Post autem emissam Professionem fuit de sua Religione, deque suo statu summopere contentus, & sæpissime protestatus fuit se velle Religiosum esse, & in Religione perseverare.

Hæc dixerunt Testes à Stephano, & à Religione inducti. Nunc referenda sunt ea, quæ post illorum publicationem, & dedicita testificata retulerunt super metu Stephani alii tres Testes ab eodem inducti, qui fuerunt Simon Olsanski, Felix Ostrovvski Stephani Levir, & Helena Denisko dicti Stephani Soror, & Felicis Uxor. Hi enim *de auditu* tantum deposuerunt. At respectu metus testati sunt, Stephanum non alia causa ingredi voluisse in Religionem, nisi ductum formidine pœnæ, quam animo, menteque conceperat, à Patre infligendæ *pro insolentia in Scholis Cremenecensibus facta*, de qua Magister epistola sua Stephani Patrem participem fecerat.

Quantum vero pertinet ad Juris quæstionem, an scilicet metus juste vel ab alio incussus, vel per se conceptus officiat validitati Professionis, gravia sunt in utramque partem rationum momenta, Doctorumque Sententiæ. Siquidem Professionis nullitatem suadere videtur, quod Professio debet esse libera, & voluntaria, quodque voluntatis libertatem vitiat, inficitque timor, seu metus cadens in constantem Virum, quamvis causa metus, sive timoris, quæ tamen vera, justaque sit à proprio facto, & à propria culpa processerit. Huic autem opinioni favet *Textus in cap. veniens 15. de Sponsal.*, ubi *Gloss. in verb. ut Uxori* ait = *Et est hic argumentum, quod licet culpa mea inciderim in metum, nihilominus excusor propter metum* = Idemque in specie Matrimonii, quod irritat metus idem, ex quo irritatur Professio, tradunt *Antonius à Butrio in eodem cap. num. 4.*, *Abb. in cap. 2. num. 7.*, *& seqq. de his, quæ vi, metusque caus.*, *Rot. coram Buratt. decis. 213. num. 4. & 5.*, *& coram Ludovis. decis. 326. num. 17.*

Ve-

Verum urget pro contraria Sententia, quod ubi formido versatur circa pœnam sive a lege indictam, sive a publica justitia infligendam ob patratum crimen, eo in casu talis metus *ab intrinseco* potius, quam *ab extrinseco* proficisci reputatur juxta censuram *Textus in L. Si Mulier* 21. *in princ. ff. de eo, quod metus causa* ibi = *Si Mulier contra Patronum suum ingrata facta, sciens se ingratam, cum de suo statu periclitabatur, cessat edictum, quia hunc metum sibi ipsa infert.*

Quamobrem si quis, urgente *intrinseco* metu supplicii, puta, mortis, infamiæ, gravissimæ jacturæ Bonorum, & similium, ob commissum crimen sibi debiti, Religionem ex suo judicio, suaque voluntate profitetur ad evitandum malum pænæ sibi juste imminentis, valide dicitur professus etiamsi alioquin professurus non fuisset, ut in communibus terminis tum Matrimonii, tum Professionis tuetur *Gonzal. in cap.* 1. *Sicut nobis n.* 7. *de regular.*, *Fagnan. ibidem n.*29., *& in cap. Si Quis n.* 81., *& seqq. eodem tit.*, *Reiffenst. in lib.*4. *Decret. tit.* 1. *de Sponsal*, *& Matrim. §.* 9. *n.*326. *Covarr. in lib.*4. *Decret. part.* 2. *cap.* 3. §. 4. *num.* 16., *&* 17., *Sanchez. de Matrim. lib.* 4. *disput* 13. *num.* 3., ac ita fuisse ab hac Sacra Congregatione resolutum testatur idem *Fagnan. in lib.* 3. *Decretal. d. cap. Si quis num.* 82. *de Regular.* in hæc verba = *Unde si quis, ut evadat ultimum supplicium ob conscientiam scelerum commissorum, aut mortem sibi timens ab inimicis, Religionem profiteatur, nisi aliud obstiterit, est valide professus, licet alias professurus non fuisset, ut olim, articulo diligenter discusso, declaravit Sacra Congregatio Concilii.*

Et ratio est, quia tunc homo non impellitur ab homine, sed a se ipso, qui, nemine urgente, seu cogente, Regulare Institutum amplectitur, & Religionem profitetur ad evadendum periculum corporis, fortunæ, vel famæ, ex perpensis per *Reiffenst. loc. cit. d. num.* 326. *in fin.*, *& Sanchez de Matrim. lib.* 4. *disput.* 12. *num* 3.

Quod si Professus in Religione propter *intrinsecum* metum à se met ipso illatum ad effugiendam gravissimam pænam patrati criminis inutiliter agit pro ejus irritanda Professione, quanto potiori jure videtur id ipsum dicendum in subjecto casu, ubi causa metus fuit audacia, qua Stephanus factiosis, & minacibus Condiscipulis se sociaverat, & protegebat, tuebaturque illos, postquam percusserant Judæum, quæ tamen culpa nec pænam mortis, nec infamiæ, nec Bonorum amissionis promereri posse videbatur, ac ubi Stephanus non erat ab ullo coactus ad profitendum in Religione; quinimo Pater illum prudentissimis admonitionibus hortabatur, ne statum Religiosum amplecteretur, ut præter testata à suis Fratribus, quæ supra dicta sunt, retulit etiam Helena Soror ab ipso inducta sub septimo interrogatorio.

Sacra Congregatio in præcisis terminis voluntariæ Professio-

nis, impellente metu pænæ patrati criminis pro illius *validitate*, respondit in una *Corduben* proposita *die* 4. *Augusti* 1725., & resoluta *sub die* 1. *Decembris ejusdem anni*.

A Stephano Denisko contra Professionem suam agente nihil hactenus habuimus. Cætera ex libello a Religione, & a Defensore Professionis circumferendo cognoscere plenius poterunt Amplissimi Patres, ut ea, qua solent, justitia, religione, & jurisprudentia definiant.

An constet de nullitate Professionis in casu &c.

Sess. 24. cap. 12. de Reform.

LAURETANA JUBILATIONIS. Nicolaus Bartolini Præpositus, & Rector Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ S. Stephani Oppidi Castri Fidardi Lauretanæ Diœcesis, cum ob continuum, & laudabile servitium ab ipso præstitum Ecclesiæ suæ spatio annorum quadraginta petierit a Sacra Congregatione Jubilationis Indultum, in contradictorem invenit Capitulum dictæ Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ præsidio depositionum plurium extrajudicialium Testium, quorum aliqui deponebant, Præpositum non solum in suo munere fuisse negligentem, sed etiam in servitio Chori fraudolentum, & sæcularibus detentus curis; Alii vero testati fuerant, eumdem Præpositum incubuisse Fidelium excipiendis Confessionibus tempore tantum divinorum Officiorum, deindeque recessisse, licèt plures adessent, qui confiteri vellent, nec amplius ad Ecclesiam, & ad Confessionalem Sedem rediisse, nisi quando Sacræ functiones essent a Capitulo resumendæ.

Reliqui denique Testes asseruerant, nullam quoad Curam Animarum diligentiam adhibuisse Præpositum, & in eum negligentiæ gradum devenisse, ut nonnullos Parochianos sine Sacramentis, & quandoque etiam sine Sacerdote mori permiserit. Id autem evenisse conclusum voluit Capitulum, quia Præpositus negotia Sæcularium, & præsertim Campestria gesserat, & huc illuc vel recreationis causa vagaverat, vel ad alia peragenda munia è loco discesserat.

Sacra Congregatio decisionem hujus controversiæ, quæ discussa fuit *die* 11. *Julii superioris anni*, suspendit usque ad accuratiorem factorum elucidationem, proindeque commisit Episcopo, ut super his omnibus a Capitulo contra Præpositum deductis diligentius inquireret, illorumque aut cognovisset subsistentiam, aut fallaciam detegisset; & quoniam idem Episcopus in sua transmissa Informatione dixerat, *Præpositum cumulate probare quadragenarium servitium assidue, & laudabiliter Choro præstitum*, ideoque referret, undenam hujusmodi probationem desumpsisset, & qua ratione id ei fuisset plenissimè compertum, & si quæ alia aut

de

de Præpositi instantia, aut de Capituli contradictione animadversione digna putasset, hæc una cum animi sui sententia exponere, & distinctius referre non prætermitteret.

His omnibus in utilitatem Præpositi mirificè satisfecit Episcopus epistola sua nuperrimè Sacræ Congregationi transmissa, ubi præsertim contra Testes, Canonicorumque machinationes idem Episcopus in hæc verba prorumpit = *Liceat mihi confidenter, & ingenue asserere, graviter me fuisse commotum propter illaudabiles artes, putidasque seductiones adhibitas ad subvertendum intellectum Testium majori ex parte Ruricularum, aliorumque minus integræ famæ expiscatorum ad parandam invidiam adversus Præpositum, qui in ejus defensionibus noviter faciendis omnia, quæ in ejus perniciem, & veritatis occultationem peracta sunt, in patulum proferet.*

Hactenus tamen nulla nomine Capituli jura allata fuere. Præpositus verò jus suum uberrime vindicat ope plurium documentorum, quæ una cum postremis Episcopi litteris Eminentiarum Vestrarum oculis subjicientur, ut, resumpto Folio dictæ diei 11. Julii superioris anni 1774., decerni possit

I. *An sit concedenda Jubilatio in casu &c.*, & quatenus Affirmativè

II. *An Præpositus Bartolini vigore Indulti Jubilationis, si Choro non intersit, participare debeat de punctaturis, seu fallentiis in casu &c.*

III. *An expensæ litis, de qua agitur, fieri debeant a Capitulo ex pecuniis Massæ Capitularis in casu &c.*

ARIMINEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS.

Sess. 22. cap. 6. de Reformat.

Per Agrum Ariminensem plures antiquitus extabant huc illuc dispersæ Cellæ, seu Ædiculæ obstructæ muro ex una tantum parte, ubi depicta erat Imago Beatæ Mariæ Virginis; ante ipsum murum elevabantur duæ lapideæ Columnæ ad fulciendum tectum, & ex tribus lateribus tamquam apertis liber ad Cellas cuique patebat ingressus. Ex illis una sita reperiebatur nuncupata *di Gambettola* in Villa Massæ prope Domum habitationis Alexandri Muccioli, qui anno 1619. condito Testamento hæredem usufructuariam sibi scripsit Catharinam Grillazzi Uxorem suam, proprietarios autem instituit Patres Minores Conventuales, & Ecclesiam S. Francisci Terræ Longiani Diœcesis Ariminensis, quibus onus indixit manutenendi, & conservandi dictam Cellam, inibique Ecclesiam ædificandi cum celebratione quotidianæ Missæ pro suffragio ejus Animæ, quatenus Populus ad Cellam accederet propter

pter Miracula, & Gratias à Sacra Imagine Fidelibus suis impertiendas, & interea quotidianum Sacrum celebrari deberet in Altari per ipsum Testatorem erecto in dicta Ecclesia S. Francisci.

Patribusque hæredibus deficientibus, in onerum implemento substituit Communitatem dictæ Terræ Longiani cum onere in loco Cellæ parvam ædificandi Ecclesiam de Jurepatronatus ejusdem Communitatis tam casu, quo Sacra Imago miracula fecisset, quam si non fecisset.

Alexandri voluntatem, & dispositionem sequuta est Catharina Grillazzi ejus Uxor Testamento suo condito anno 1615., quo post obitum Alexandri Viri, quem hæredem usufructuarium reliquerat, proprietarios hæredes instituit & ipsa quoque supradictam Ecclesiam, & Patres Sancti Francisci, onere adjecto conservandi Cellam, inibique manutenendi Lampadem accensam ante Sacram Imaginem *eo modo* (sunt verba Testamenti) *quo per dictum ejus Virum[dixit]dispositum fuisse in ejus Testamento*; altero tamen onere superaddito ab hæredibus implendo, nimirum, quod iidem=*teneantur quotannis in perpetuum usque ad finem Mundi in die Festivitatis S.Catherinę de mense Novembris conficere unum sextarium Grani boni ad mensuram Longiani in Panem, illumque distribuere Pauperibus, & dispensare in Domo ipsius Testatricis, ubi de præsenti habitat cum dicto ejus Viro in Villa Massæ*.

Anno 1771. contra dictam Ecclesiam, & Conventum urgente Commissario Rev. Fabricæ Ravennæ degente pro solutione valoris præfatorum onerum à memoratis Religiosis hæredibus haud impletorum, nimirum quoad omissionem conservationis Cellæ, & retentionis Lampadis accensæ ab anno 1637., quo Alexander Muccioli post Catharinam ejus Uxorem obierat, & ab anno 1706. quoad distributionem Panis, iidem Religiosi die 6. Januarii 1772. obtinuerunt à defuncto Pontifice per organum Sacræ Congregationis favorabile rescriptum absolutionis ab omissionibus in præteritum = *ita tamen ut Oratores ipsi in futurum hujusmodi oneri satisfacere teneantur*.

Subindeque novas porrexerunt preces eidem defuncto Pontifici, ut, commutata *circa modum* voluntate Conjugum Muccioli quoad *tria* dumtaxat onera, *primum* scilicet, quoad distributionem Panis, *secundum*, quoad retentionem Lampadis accensæ, *tertium* denique quoad conservationem Cellæ, sibi ipsis indulgeretur facultas distribuendi Panem ab Ostio eorum Conventus, non autem in Domo Testatorum sita in Villa Massæ, quæ per duo milliaria distat à Terra Longiani, uti præscripserat Catharina Muccioli.

Item retinendi Lampadem accensam in eorum Ecclesia ante Altare S. Nicolai ab eisdem Testatoribus erectum loco eam retinendi in Cella ante Sacram Imaginem B. Mariæ Vir-

Virginis, quæ modo vel ex temporum, vel ex puerorum, vel ex impiorum Hominum injuria non amplius conspicitur, juxta ea, quæ per æquivocum mandaverat eadem Catharina se referens circa hoc onus ad dispositionem factam ab Alexandro Viro, quando hic in suis testamentariis tabulis de retentione Lampadis accensæ in Cella nihil disposuerat. Ac demum demoliendi Cellam erecta eo in loco lapidea Columna cum figulino simulacro B. Mariæ Virginis referente Imaginem in muro depictam, quemadmodum servatum fuit in consultissima demolitione ab antecessoribus Episcopis Ariminensibus demandata aliarum omnium Cellarum, quæ effectæ fuerant iniquorum hominum receptacula.

Remissis precibus huic Sacræ Congregationi, requisita de more fuit Informatio cum voto Episcopi, audito Commissario Rev. Fabricæ. Retulit autem Episcopus quoad primum onus *Distributionem Panis in Villa Massæ faciendam ad formam dispositionis dictæ Catharinæ Grillazzi inexequibilem esse, tum quia in loco aperto congregari non possunt Pauperes, quibus in singula capita Panis semel distribuatur, tum quia ratione temporis ut plurimum adversi dicta die 25. Novembris hujusmodi panis distributio fieri non potest, quæ difficultates certissimè non contingent, si panis, ut petitur, distribuatur ad ostium Conventus, ubi congregari Pauperes facilè poterunt, & unusquisque cum eleemosyna sibi debita dimitti, quod tamen faciendum existimarem prævia Edictorum affixione etiam in Rure Massæ, in quibus indicetur dies, hora, & locus hujusmodi distributionis, ne aliquis ex Pauperibus defraudatus remaneat prædicta eleemosyna.*

Rursus quoad secundum onus, quod commutandum petitur, sic ait idem Episcopus = *Quoad secundam ex prædictis petitionibus respicientem commutationem loci retentionis Lampadis accensæ scire opportunum est, quod Catharina Grillazzi cupiens, ut expresse declaravit in suo Testamento, se conformari dispositioni ejus Viri, qui, mediante Instrumento, ordinaverat retentionem Lampadis accensæ in Ecclesia S. Francisci ante Altare Sancti Nicolai usque dum perduravisset oleum suorum Prædiorum, per æquivocum, ut supponitur, ordinavit retentionem Lampadis accensæ ante Iconem B. M. V. in Cellula existente in Rure Massæ prope viam Flaminiam duobus circa milliariis distante a Conventu Fratrum recurrentium, & composita uno pariete, ubi depicta est Imago B. M. V., quæ temporum injuria vix agnoscitur, & ubi, uti in loco aperto, & prope viam publicam difficile est retinere Lampadem accensam, sicuti Fratres Minores Conventuales spatio centum quinquaginta circiter annorum nunquam retinuerunt absque eo quod ullus ex Commissariis Reverendæ Fabricæ præter ultimum de hujusmodi inadimplemento conclamasset.*

Quo

Quo vero ad postulatam Cellæ demolitionem in votis est Episcopus=*ut, prorsus destructo superextante muro memoratæ Cellæ, saxea in eodem loco erigatur Columna, ac in ea decenter ponatur Simulacrum B. M. V. figulari Creta efformatum, sicuti laudabiliter gestum fuit in universa hac Diœcesi, ubi hujusmodi Cellæ fuerunt destructæ.*

Audito pariter Commissario Rev. Fabricæ, isti petitæ commutationi suum præstat assensum ejus epistola Sac. Congregationi transmissa.

Quibus positis, dignabuntur EE. VV. definire

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis Alexandri Muccioli, & Catharinæ Grillazzi Conjugum in casu &c.

Dei

Die Sabbathi 2. Decembris 1775. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

QUatuor Causarum Dubia, quæ temporis angustia vetuit discuti in postrema Congregatione habita sub die 19. Septembris proxime præteriti, hodie tandem, resumpto folio tunc distributo, à sapientissimo Eminentiarum VV. oraculo definitionem expectant.

PAMPILONEN.

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione Voluntatis in casu &c. — *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

Affirmativè juxta modum, nempe, celebrato uno ex Anniversariis, de quibus agitur, die non impedito, nec non aliis Anniversariis recentioribus juxta votum Episcopi, & præterea, celebratis tot Missis lectis pro intranti quantitate summæ assignatæ pro Anniversariis solemnibus reductis ad ratam tamen Taxæ perpetuæ, & ad Dominum Secretarium cum Sanctissimo,

LEOPOLIEN.

An constet de nullitate Professionis in casu &c. — *Sess. 25. de Regular., & Monial. cap. 19.*

Negativé.

LAURETANA JUBILATIONIS.

I. *An sit concedenda Jubilatio in casu &c.*, & quatenùs Affirmativè — *Sess. 24. cap. 12. de Reform.*

II. *An Præpositus Bartolini vigore Indulti Jubilationis, si Cho-*

ro seu interfit, participare debeat de punctaturis, seu falleutiis in casu &c.

III. *An expensæ litis, de qua agitur, fieri debeant a Capitulo ex pecuniis Massæ Capitularis in casu &c.*

Ad I. Affirmativè, & amplius.
Ad II. Affirmativè, & amplius.
Ad III. Negativè, & amplius.

Seff. 22. cap. 6. de Reform.

ARIMINEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. *An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro Commutatione Voluntatis Alexandri Muccioli, & Catharinæ Grillazzi Conjugum in casu &c.*

Consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis quoad Lampadem ad effectum illam transferendi ad Ecclesiam PP. Conventualium coram Imagine Beatæ Mariæ Virginis. In reliquis negativè.

Sess. 24. cap. 14. de Reform.

LEODIEN. In Collegiata Ecclesia S. Pauli Leodii viget Statutum, seu Decretum Capitulare conditum die 21. Januarii 1628., quo præscribitur = *pecunias ex venditione Arborum, & Lignorum, & Glandium ex Sylvis suis, nec non ex Vinis Stutorum Terrarum suarum quotannis proventuras, scilicet illas fore distribuendas inter solos DD. Capitulares ad secundam residentiam admissos, ac plenos fructus facientes pro residentibus habitos pro rata fructuum per eos factorum*. Anno 1763. unum ex Canonicatibus dictæ Collegiatæ Ecclesiæ obtinuit ex permutatione Canonicus Carolus Theodorus de Diffuij, qui in adipiscenda sui Canonicatus possessione solemne juxta consuetudinem Capituli præstitit juramentum, se observaturum omnes Ecclesiæ, & Capituli leges, & præsertim *consuetudines antiquas, & approbatas, & libertatem hujus Ecclesiæ*.

Hanc legem privationis fructuum Arborum, Lignorum, & Glandium, nec non Vinorum stutorum, hoc est Vinearum locatarum, subivit Canonicus Diffuij per lapsum integri biennii, quod primæ residentiæ vocatur, eodemque Canonico admisso inter Canonicos primæ residentiæ, cum resciviſset dictos fructus distributivè partiri inter primæ residentiæ Canonicos, preces obtulit Sacræ Congregationi, ut,

ut, reprobato supradicto Decreto Capitulari, compellarentur antiquiores Canonici ad restitutionem illorum fructuum ipsos inter distributorum, qui ad se tempore primæ suæ residentiæ pertinere debebant.

Sustinet Canonicus Actor, præfatum Capitulare Decretum, prout hujus generis Statuta, & consuetudines *utcumque immemorabiles*, ac etiam *auctoritate Apostolica confirmatas*, per quas in utilitatem aliorum Canonicorum adimitur novo Proviso pars ejus canonicalium reddituum, improbatas fuisse a Sacrosancto Oecumenico Concilio *Sess.* 24. *cap.*14. *de Reformat.*, quemadmodum eas omnes abrogarunt tum ex mente Sacri Concilii Tridentini *S. Carolus Borromæus* in Synodo Mediolanensi II. celebrato de anno 1569., tum saluberrimæ Pontificiæ Constitutiones, nimirum *S. Pii V.* 104., & *Innocentii XII.* 51., & consentaneè tradiderunt *Thomasin. in vet., & nov. Eccles. disciplina de Benefic. par.* 3. *lib.* 11. *cap.* 61. *sub num.* 13. *§. In Concilio, & Garz. de Benef. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 162.

Quinimo hujusmodi Statuta, & consuetudines esse delendas tamquam pravas, illicitas, & scandalosas, ac simoniacæ labis, seu sordidæ avaritiæ suspicionem habentes præscripsit *Text. in cap. In tantum, & in cap. Jacobus de Simonia, Hostien. in cap. Cum M. Ferrariensis de Constit., & in cap. Jacobus de Simon., Butrius in dicto cap. Cum M. Ferrrariensis num.* 52. *& seq., & in dicto cap. Jacobus num.* 4., *Barbos. in cap. In tantum num.* 3. *de Simon., & in dicto cap. Jacobus pariter num.* 3. *eodem tit., & Fagnan. in cap. Tua nos num.* 30. *eodem tit.*

Probatque rursus, plures Canonistas Leodii pro veritate requisitos in votis fuisse, Canonicum de Diffuij, utpote qui fuerat ex permutatione de Canonicatu provisus, nonnisi quam injuria fuisse privatum redditibus ex venditione Arborum, Lignorum, Vinorumque statutorum perceptis. Juramentum verò de observandis Statutis, & consuetudinibus Capituli a se præstitum in actu adipiscendæ possessionis Canonicatus tamquam complectens unice *consuetudines antiquas, & approbatas* referri non posse ad controversam consuetudinem, quæ nec approbata fuit a Concilio Tridentino, nec a Sacris Canonibus, nec ab aliqua Pontificia Constitutione, nec demum a Statutis Generalibus Ecclesiarum Collegiatarum Cleri Secundarii Leodiensis a Nuntio Apostolico *Caraffa* conditis anno 1656., subindeque a Nuntio Apostolico *Sanfelicio* vigore specialis Commissionis fel. mem. Alexandri VII. confirmatis, & promulgatis, quæ vel loquuntur in casu resignationis, vel cujusvis vacationis, excepta permutatione, eo tamen superaddito, quod fructus, quibus Canonicus privatur, cedere deberent in utilitatem Fabricæ Ecclesiæ, vel loquuntur in casu dolosæ permutationis, vel in

casu non residentiæ, vel in casu Canonici nondum Ordine Sacro initiati, vel in casu Canonici defuncti in prima, vel in secunda residentia.

E contra verò Capitulum urget, ea, quæ præscripta fuerunt a Sacris Canonibus, a Concilio Tridentino, & a Pontificiis Constitutionibus, locum habere non posse in subjecta hypothesi, quia illa versantur in terminis Statutorum, in quibus mandatur, aliquid a novo Proviso cedi, vel promitti, vel solvi occasione electionis, collationis, seu possessionis Canonicatus, & Præbendæ, secus autem ubi novi Canonici per annum, ac etiam per diuturnum temporis spatium privantur certis redditibus ex traditis per *Fagnan. in cap. Licet num.86. de Præbend.*, *Barbos. ad Concil. Trident. sess.24. cap.14. num.3.*, *Garz. de Benefic. part. 11. cap.5. num.138.*, *Pignattell. tom.3. consult. 30. num 10.*, & *Monacell. Formul. Legal. tom. 4. tit.3. formul. 10. num. 13.*, docetque, simillima Statuta adesse, & observari in aliis Collegiatis Ecclesiis Civitatis Leodii.

Audito Nuntio Apostolico, auditoque Vicario Generali Leodiensi, uterque juribus dictorum Capituli, & Canonicorum Collegiatæ Ecclesiæ S. Pauli adhæsit in sua respectiva Relatione, quæ ab eodem Capitulo circumfertur.

Regula juris est, quod si totum id, quod a noviter Proviso solvitur, vel solvendum, vel relinquendum vi Statuti promittitur, cedit in utilitatem, & beneficium Ecclesiæ, vel Sacrarii, vel in pios usus erogatur, & eo casu validum est Statutum, valida consuetudo. Aut vero cedit in commodum, lucrum, & utilitatem aliorum Canonicorum; & tunc Statutum, & quævis consuetudo tamquam improbata non sustinetur, quemadmodum adhærendo ad Concilium Tridentinum, & ad Pontificias Constitutiones S. Pii V., & Innocentii XII. præter Doctores, ex parte Canonici de Diffaij supra relatos distinguendo tradunt *Barbos. de Canon. cap. 15. num. 29. & 33.*, *Garz. de Benefic. part.8. cap.1. num.53.*, *Pax Jordan. lucubrat. lib.10. vol.3. tit.11. num.82.*, *Card. de Luca de Canon. disc. 10 sub n.10.*, *Piton. discept. Eccles.57. n.8. & 33*, & *Rot. cor. Kaunitz decis.12. in princ.*, & *num.5.*

Sacra Congregatio in terminis Statuti, sive Consuetudinis, cujus vigore Canonici noviter provisi tenentur *gratis* per aliquod temporis spatium incumbere servitio Chori, & Ecclesiæ, censuit, eam esse observandam, ut in una *Militen.* proposita, ac resoluta *Mense Martii* 1587. *in 4. lib. Decr. pag. 229.*, *in una Marsicana Mense Aprilis* 1591., *ut in lib. 7. Decr. pag. 7.*, *in una Hydruntina Servitii* 28. *Novembris* 1705., *ut in lib. 55. pag* 422., *in una Andrien. Participationis* 25. *Decembris* 1700., *ut in lib. 50. Decret. pag. 519.*, & *in una Matheraten. Participationis* proposita

die

die 9. Julii 1735. , & resoluta *die 24. Septembris ejusdem anni* .

Ast ubi Statutum , vel consuetudo aufert Canonico noviter proviso partem reddituum Præbendæ , vel Massæ , vel Distributionum inter alios Canonicos partiendam , Sacra Congregatio decrevit , hujus generis Statutum , vel consuetudinem uti pravam , & simoniacæ labis infectam esse abolendam , ut in una *Polignanen. anno 1584.* , *& in una Avenionen. anno 1586. lib. 4. Decret. pag. 9.* , *& pag. 188.* , *in una Tudertina 19. Februarii 1633. lib. 14. Decret. pag. 709.* , *in una Cassen. 3. Decembris 1718.* , *in una Burgen.* proposita *die 13. Augusti 1729.* , & resoluta *die 3. Septembris ejusdem anni* , *in una Leodien. Capitulationum diei 30. Septembris 1730.* & in tantum in una *Tudertina Mediæ Annatæ* proposita *sub die 13. Junii* 1744 resolutum fuit *die 8. Augusti ejusdem anni*, non deberi noviter Proviso mediam annatam fructuum exigi solitam à Capitulo Tudertino , in quantum ut jura Sacrarii, cui media annata debita erat , fuissent oneroso permutationis titulo in Mensam Capitularem translata.

Jura utriusque Partis circumferuntur, quibus perpensis, onus erit EE.VV. decernere

I. *An Statutum , seu Decretum Capitulare diei 21. Januarii 1628. sustineatur in casu &c.*

II. *An Canonico Carolo Theodoro de Diffuij debeatur portio fructuum provenien. ex Vino Vinearum locatarum , seu , ut ajunt , Statorum , & ex venditione Arborum , Lignorum , & Glandium pro duobus annis primæ residentiæ in casu &c.*

Non proposita , cum reliquis .

HORTANA . Aurelius Celestini Terræ Bassanelli Hortanæ Diœcesis in suo ultimo Testamento condito die 29. Maii 1760. sex erigi jussit Cappellanias annui redditus scutorum 48. in Ecclesia B. M. V. *della Stella* nuncupata , quæ parum distat a dicta Terra Bassanelli : Has Cappellanias , quibus ordinem præbuit primæ , secundæ , tertiæ , quartæ , quintæ , & sextæ , considerandas esse voluit merè laicales : Unicuique Cappellano onus imposuit tria celebrandi Sacra certis diebus ab ipso Testatore præscriptis , præter annua tria Anniversaria cum aliorum Cappellanorum interessentia : Alia insuper Cappellanis adjecit onera , nimirum = *intervenire alla recita delle Litanie nella sudetta Chiesa della Madonna della Stella con Cotta in tutti i Sabbati di ciascun' anno* = item = *siano tenuti ad intervenire , ed* *Sess. 6. cap. 3. de Reform.*

ed assistere tutti li dì festivi alla Messa cantata, e Vespero della Chiesa Parochiale di Santa Maria di questa Terra = nec non = *coll'obbligo anche d'intervenire all' associamento del Santissimo Sagramento con Cotta quando si porta all' Infermi* = declaravitque demum voluntatem suam = *Che nel caso di legitimo impedimento, assenza, o infermità possa ciascun Cappellano far supplire ad altro Sacerdote il di lui peso, ed obbligo, come sopra, e non altrimenti &c.*

Jus autem nominandi primum Cappellanum reliquit Sacerdoti Celestino Loppi, ejusque Patri Philippo, istiusque filiis, Descendentibusque masculis in infinitum; Jus vero præsentandi secundum Cappellanum pertinere voluit ad Dominicum Loppi, ejusque Descendentes masculos in perpetuum, hac tamen adjecta lege, quod si tempore vacationis nullus de Lopria familia Sacerdos nominandus existeret, tunc in secundum Cappellanum esset eligendus Sacerdos de Domo Innocentii Sensini, vel de Domo Marciani Coluzzi Civitatis Castellanæ, vel de aliis Familiis à Testatore designatis. Jus demum nominandi cæteros Cappellanos, quos esse voluit Bassanellenses, attribuit postremæ ex suis Sororibus, & post ejus obitum in illorum nominatione substituit ipsosmet quinque superstites Cappellanos pro tempore existentes.

Ad secundam Cappellaniam nominatus fuit Sacerdos Petrus Coluzzi supradicti Marciani filius Romæ degens, honestoque addictus servitio. Hic preces obtulit defuncto Pontifici pro exemptione a loco residentiæ cum facultate implendi per alium Sacerdotem onera Cappellaniæ.

Ad hanc exemptionem obtinendam (de qua hujus Sacræ Congregationis exquiritur Sententia) Petrus exponit, nullam de jure requiri personalem residentiam, & nullum onerum implementum per se ipsum, quoties res est de Cappellania pure, & simpliciter laicali, & prorsus exempta a quavis Ordinarii jurisdictione *Abb. in cap. Extirpandæ §. Qui verò num.8. de Præbend*, *Card. de Luca de Benefic disc.58 num.2.*, *& Rota coram Priolo decis.84. num.6.*

Et quamvis in Beneficiis, & Cappellaniis etiam laicalibus ex lege fundationis inhærere possit præcisa residendi necessitas *Abb. in cap. ult. sub num.5. versi. ná a gratia de Cleric. non resident.*, *Lotter. de Re Benefic. lib. 3 quæst. 3. num.12.*, nihilotamen minus cum Testator nullam non residentibus imposuerit pænam privationis Cappellaniæ, hinc residentia non intelligitur præcisa, sed dumtaxat causativa ex firmatis per *Rotam decis.182. num. 7. part. 8. Recent.*, *decis.55 num.6 coram Cavaler.*, & in terminis ipsorum onerum Cappellanis indictorum tradit eadem *Rot. coram Rembold. decis. 239. num.7.* Residentia vero causativa nedum incompatibilitatem Beneficiorum excludit *Hojed. de incompatibil. Benefic. part.2. cap. 1. num.2.*, *& Rot. dicta decis.182. num.11.*

num.11. part.8. Recent., sed etiam non impedit quominus Cappellanus per alium impleat onera Cappellaniæ *Rota dec.155. num.2. part.4. Recent.*

Præceptum autem Fundatoris, quod Cappellani teneantur celebrare Missas, nihil detrahere videtur facultati celebrandi per alium, quoniam, cum meritum Sacrosancti Sacrificii procedat ex opere operato, non utique videtur in celebratione Missarum electa industria personæ Celebrantis, quamvis verba Fundatoris fuerint in personam Cappellani directa, nisi Testator dixerit, quod Cappellani per se ipsos celebrare teneantur, ut appositè considerat *Rot. in cit.decis.182.n.11. par.8.Recent.*

Fortius quia Testator loquens de primo, & secundo Cappellano, nedum non præceperat, Cappellanos per se ipsos celebrare debere, sed imo dissertis verbis expresserat, quod in casu legitimi impedimenti, vel *absentiæ*, vel infirmitatis eorum quilibet possit = *far supplire ad altro Sacerdote il di lui peso, ed obbligo, come sopra, e non altrimenti &c.* =

Episcopus de more requisitus, auditis omnibus interesse habentibus, retulit, Patronos jus habentes activum, & passivum secundæ Cappellaniæ adhærere votis Petri, quia per ejus absentiam nullum infertur detrimentum Divino Cultui, vel expiationi Animæ Fundatoris, quoties per alium Sacerdotem adimpleantur onera Cappellaniæ: At vero cæteros Cappellanos absentiæ gratiam a Petro postulatam impugnare.

Sacra Congregatio, spretis contradictionibus, pro facultate implendi per alium sæpissimè respondit, & præsertim in *Romana Cappellaniæ proposita die 8., & resoluta die 29. Augusti 1722., in Januen. Cappellaniarum 14. Aprilis 1736. quoad primum, & secundum Dubium, in Civitatis Castelli Celebrationis Missarum 4. Augusti ejusdem anni 1736., & in Trivicana Cappellaniæ proposita die 9. Septembris, & resoluta die 18. Novembris 1752.*

Quæ a Petro Coluzzi deducuntur, cognoscent Eminentissimi Patres ex ejus jurium circumferendo libello: Quæ erunt a Cappellanis deducenda penitus ignoramus, cum nihil hactenus ab eis habuerimus. Proponimus itaque Amplissimis Patribus dubium definiendum

An, & quomodo Oratoris precibus sit annuendum, in casu &c.

NE-

Sess. 6. cap. 2. de Refor., & sess. 24 cap. 12. de Refor.

NEPESINA. Extat in Terra Campaneani Nepesinæ Diœcesis Collegiata Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ, cujus Canonici ex antiqua, & jugiter servata lege capitulari pluries confirmata tenentur nonnulla præscripta subire onera in Sacris peragendis, & in Chori servitio, itaut absentes absque justa, & legitima causa varia pro dierum solemnitate mulctentur pœna pecuniaria, quæ interessentibus accrescit. Canonicorum numerum auxit Canonicus Constantinus Antonelli, qui anno 1709. condito Testamento geminos erigi jussit Canonicatus in dicta Collegiata Ecclesia, quorum alterum esse voluit de Jurepatronatus Thomæ Curzi, ejusque Descendentium in infinitum, quibus defectis, Capitulum dictæ Collegiatæ Ecclesiæ substituit.

Eligendis Canonicis legem dixit idem Testator, dum præscripsit, quod eorum quilibet teneatur ad personalem residentiam, quam cæteri Canonici subeunt, quodque sit = *persona abile, & idonea, e che faccia tutto ciò, che si fà dagli altri Signori Canonici non solamente nel pararsi, mà altresì nel celebrare la Messa Conventuale quando li tocca per Turno.*

Anno 1769. Canonicus Laurentius Curzi, qui possidebat Canonicatum de Jurepatronatus suæ Familiæ, illum resignavit Michaeli Angelo Crocicchia ætate circiter annorum decem Romæ degenti, qui hactenus absque ullo Sedis Apostolicæ indulto à Choro vacavit maximo cum detrimento Divini Cultus, maximoque cum dedecore Capituli, & Canonicorum incommodo.

Ferri id longiori tempore non potuit à Canonicis, quorum ad querimonias compescendas Clericus Crocicchia superiori anno confugit ad SSmum, postulans prorogationem indulti abessendi à residentia, & à Choro usque ad integram suorum studiorum absolutionem.

Precibus ad hanc Sacram Congregationem ablegatis, auditus de more fuit Episcopus, qui retulit, nullum Indultum abessendi, cujus à Crocicchia prorogatio petitur, ostensum fuisse vel sibi, vel Capitulo, multoque minus exhibitum in actis Episcopalis Cancellariæ, subditque, se audivisse in Sacra visitatione, *Canonicum Crocicchia nequaquam animum habere Canonicatum retinendi, sed ejusdem fructibus utendi pro sua manutentione in studiis prosequendis, donec ad Studia legalia perventus ea in Curia sectetur, & tunc Canonicatum libere resignandi, ad hoc ut ejus Pater alium Fratrem, & Filium respective minorem natu nominare queat, & sic fortasse alios Fratres deinceps* = concluditque demum = *expetitum indultum minime concedendum esse censerem, aut saltem, quoties EE. VV. ita placuerit, tantummodo ad triennium, ac dimissa tertia parte fructuum Præbendæ ad formam dicti decreti Innocentii XII.*

Ca-

Capitulum autem duo proponit: Primum, quod Canonicus Crocicchia condemnetur ad punctaturarum solutionem: Et alterum, quod indultum, vel indulti prorogatio à Crocicchia petita denegetur. Sustinet enim, Canonicum Crocicchia ex lege Fundationis teneri ad residendum in loco Canonicatus, nec non ad interessendum Choro, & divinis Officiis, Capitularesque Functiones subeundus, quas alii subeunt Canonici: Cum autem antedictus Canonicus usque ab initio sine Sedis Apostolicæ, vel Episcopi licentia absuerit à loco residentiæ, neque Choro inter fuerit, neque Sacra peregerit, ab initio quoque plecti debeat mulctæ pœna præscripta in Capitularibus Constitutionibus, quæ si per se Canonicum obstringunt ad illarum observantiam, & executionem *Reifestuell. lib* 1. *decret. tit.* 23. *de offic. Archid. num.* 4., *&* 22., *Barbos. de Canon.*, *& Dignit. cap.* 5. *num.* 37., *&* 39., *Garz. de Benef. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 498., *& seqq.*, fortius tamen obligant, cum fuerint tùm ab Ordinarii decretis, tum à Capitularibus resolutionibus confirmatæ *Rot. decis.* 45. *num.* 7. *coram Otthob.*, *decis.* 14. *num.* 16. *inter Miscellan. coram Falconer.*, *& in Mindonien. Officii Diaconalis* 28. *Novembris* 1760. *§.* 8. *coram Eminentissimo Paracciano*.

Addit ulterius, absentiam Canonici Crocicchia excusari non posse causa Studiorum, ut effugiat Punctaturarum solutionem in pœnam non interessentiæ. Quamvis enim causa Studii sit justa, & rationabilis abessendi, per quam Canonicus absens amittit dumtaxat quotidianas distributiones, seu tertiam partem Præbendæ suæ, si hæc in quotidianis distributionibus consistit ex traditis per *Barbos. ad Concil. Trident. Sess.* 5. *cap.* 1. *de Reform. num.* 57., nihilotamen minus objecta Studiorum causa tametsì rationabilis, urgens, & justa juvare non possit Canonico absenti, nisi interveniat licentia Episcopi cum indulto Sedis Apostolicæ eidem Episcopo exhibito *Fagnan. in cap. Cum ad hoc de Cleric. non resident. fere per tot.*, *Card. Petra in Comment. ad Constit. X. Bonifacii VIII. num.* 7., *& seq. tom.* 3., *& Scarfant. ad Ceccoper. lib.* 2. *tit.* 11. *num.* 30.

Itemque contendit Capitulum, concedendum non esse Canonico Crocicchia indultum abessendi causa Studiorum, ut impostèrum Præbendæ redditus rite percipiat. Probat enim Capitulum juratorum Testium depositione, præfatum Canonicum in Sacrario Ecclesiæ pluries animi sui sensus pandidisse, quod sibi invisus erat Canonicatus, & ad se nihil pertinebat, quod inter Canonicos dictæ Collegiatæ Ecclesiæ cooptatus fuisset, ejusque fratrem Andream Crocicchia declaravisse, quod Canonicus frater eidem obtulerat sui Canonicatus renunciationem, quam ipse rejecerat *perchè non voleva esser soggetto a questa seccatura*.

Contenditque pariter, Beneficiatos quoscumque non relaxari à Canonica residentia causa studiorum; nisi ad celebres Scholas pergant, sacrasque litteras discant, Theogiam nempe, & Jus Canonicum, ut latissimè *Card. Petra in Comment. ad dictam Constit. Bonifacii VIII. num. 4., & seqq.*; secus vero si res sit de Grammaticalibus Institutionibus, quas Canonicus Crocicchia discere commode valet in loco Beneficii, ubi Domum habet apertam, & doctissimi sunt Ludi Magistri, intereaque debita interessentia Ecclesiam non defraudare, quæ Canonicorum indiget servitio, sine quo summa confusione Sacra peraguntur.

Jura Canonici Crocicchia nondum allata sunt. Ponderatis igitur iis, quæ supra deducuntur, nec non aliis, quæ nomine Capituli circumferentur, onus erit EE. VV. deliberare.

I. *An, & à quo tempore debeantur Punctaturæ in casu &c.*

II. *An quoad futurum sit concedendum Indultum Exemptionis in casu &c.*

Sess. 23. cap. 6. de Reform.

CREMONEN. DISPENSATIONIS. Ludovicus Vincimala priusquam in Familia S. Francisci Cappuccinorum, cui nomen dederat, solemnem emitteret Professionem, anno 1643. condidit Testamentum, quo pluribus suis collatis Bonis erigi jussit Beneficium Ecclesiasticum perpetuum, seu Cappellaniam perpetuam in titulum sub invocatione, ac ad Altare Divi Barnabæ construendum in Parochiali Ecclesia SS. Faustini, & Jovitæ Loci Castelletti, seu Castri Ponzonorum Diœcesis Cremonensis, ejusque, Patronatum contulit in suum hæredem Vincentium Vincimala, ejusque Filios, & Descendentes masculos in infinitum, ita tamen, ut unus tantùm, nimirum ætate major de Familia tempore vacationis existens teneatur nominare Cappellanum, qui = *sit actu Sacerdos, & ad Sacerdotii ordinem promotus, ac bonorum morum, & timoratæ conscientiæ, teneaturque singulis diebus Missam celebrare ad dictum Altare.*

Per obitum Alexandri Manara nuper vacato dicto Beneficio, unicus illius Patronus prorsus ignorans qualitatem ejusdem Beneficii, ad illud assequendum nominavit, præsentavitque Vincentium Vincimala filium suum annorum quatuor sub spe obtinendæ Dispensationis a Sancta Sede Apostolica dumtaxat super ætatis defectu, quam obtinuit. Verùm cum ex Fundationis tabulis exhibitis pro executione Gratiæ compertum fuisset, Beneficium præseferre

qua-

ſtolicarum expeditione reticitam, oportuit idcirco novam exquirere Proviſionem à Dataria Apoſtolica cum diſpenſatione quoque ſuper qualitate Sacerdotali ſupradicti Beneficii.

Hanc novam ſupplicationem Emus Pro-Datarius commiſit judicio Sacræ hujus Congregationis, urgetque proinde Vincentius Orator, ſibi deberi Beneficium, ſeu Cappellaniam, de qua agitur, tamquam de Familia Fundatoris, ac tamquam filio Patroni, ſua non obſtante infantili ætate, cujus veniam Apoſtolica Sedes ex æquitate, cujus cultrix eſt, facile impertitur iis, qui de ſanguine ſunt, veluti teſtatur *Vivian. de Jurepatr. lib. 6. cap. 6. num. 9.*, *Corrad. in Prax. Benef. lib. 4. cap. 9. num. 10. verſ. pariter*, *Piton. diſcept. Eccleſ.* 13. *num.* 42. *in fin.*, & ſæpiſſimè reſpondit hoc Sacrum Tribunal, & in ſpecie *in Collen. Cappellaniæ* 12. *Decembris* 1716., *&* 24. *Aprilis* 1717., *in Cathacen. Diſpenſationis* 11., *&* 25. *Januarii* 1738., *& in Brixien. Diſpenſationis* 1. *&* 15. *Martii ejuſdem anni*.

Nec quidquam obeſſe tuetur, quod Beneficium adnexam habeat qualitatem Sacerdotalem ex mente Fundatoris, dùm voluit, Beneficium actu Sacerdotalem eſſe, Beneficiatum verò teneri ad quotidianam Miſſæ celebrationem, quoniam cum deficiat onus celebrandi *per ſe ipſum*, nunquam Beneficium dicatur Sacerdotale, utcumque voluerit Fundator, Nominandum eſſe actu Sacerdotem, & ad ordinem Sacerdotii promotum ex traditis per *Urſayam diſcept. Eccleſ. part.* 1. *diſcept.* 4. *num.* 14., *& ſeq.*, *Garz. de Benef. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 47., *Rot. in recen. deciſ.* 184. *num.* 11. *& ſeqq. part.* 12., *coram Merlin. deciſ.* 825. *num.* 8., *& in Tridentina Beneficii* 26. *Januarii*, *&* 4. *Junii* 1759. *coram bo. mem. Ubaldo*.

Illa vero Teſtatoris voluntas, quod ſcilicet Cappellanus ſit actu Sacerdos, ſtare cenſeatur potius *demonſtrative* ad indicandam qualitatem oneris per alium etiam implendi, quàm *diſpoſitive* ad indicandam qualitatem Perſonæ nominandæ, quemadmodum exemplum habetur in Alexandro & Horatio fratribus Vincìmala Vincentii Pro-Patruis, qui nullum Ordinem Sacrum habentes Beneficium obtinuerunt, prævia diſpenſatione ſuper qualitate Sacerdotali reportata nimirum Alexander à ſa. mem. Clementis XI. ſub datum Non. Kalend. Octobris anni 1712., & Horatius à ſa. me. Innocentii XIII. ſub datum tertio Idus Junii 1722.

Epiſcopus de more auditus annuit petitæ diſpenſationi, ut Vincentii Pater, qui ſubventione indiget, infantem filium ad Litterarum ſtudia valeat educare, nam *ſtatum ſuæ nobilis Familiæ*, *natorum multiplicitas*, *non levia infortunia*, *& Bonorum inter Fratres diviſiones* illum *notabiliter*

deteriorem effecerunt.

Et revera hisce, vel earum altera, concurrentibus caussis Sacra Congregatio dispensationem ætatis etiam pro Beneficio Ecclesiastico non raró indulsit, ut *in Civitatis Plebis Cappellaniæ* 15. *Januarii* 1681. *lib.* 3. *Decret. pag.* 331, *in Parmen. Dispensationis* . *Junii* 1760., *in Neritonen. Abbatiæ* 22. *Novembris* 1760., *in Tridentina Cappellaniæ* 29. *Augusti* 1761., & in specie de Puero bimo *in Melevitana* 12. *Februarii* 1735., *& in Asculana Cappellaniarum super Dispensatione* 22. *Augusti* 1750., de Puero trimo *in Aretina* 16. *Decembris* 1747., de Puero quadrimo, ut in casu, *in Lucana Beneficii, seu Cappellaniæ* 17. *Maii* 1749., de Puero quinquenni *in Monasterien., seu Osnebrugen. Canonicatuum* 7. *Aprilis*, *&* 21. *Julii* 1753., de Puero sexenni *in Civitatis Castelli* 1. *Martii* 1766., ac demum de Puero in decimo quarto suæ ætatis anno constituto *in Cornetana proposita die* 6. *Maij*, *& resoluta die* 17. *Junii labentis anni* 1775.

His positis dignabuntur EE. VV. decernere.

An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione in casu &c.

Seß. 25. *cap.* 5. *de Reform.*

NULLIUS SANCTI MICHAELIS DE CLUSA. In Testamento, quod die 21. Aprilis 1721. condidit Franciscus Hiacynthus Closio Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ S. Laurentii Oppidi Javeni Jurisdictionis Abbatiæ S. Michaelis de Clusa Nullius Diœcesis, fundavit perpetuam laicalem Cappellaniam, seu Legatum pium Missarum, nulla tamen præscripta Ecclesia, nullo loco, nulloque Altari, ubi Cappellania, seu Legatum pium esset erigendum, ac ubi Missæ celebrandæ; Pro dote, seu pro fundo dotali dictæ Cappellaniæ summam assignavit librarum octo millium: Onus indixit Cappellano pro tempore existenti celebrandi, seu celebrare faciendi annua Sacra centum viginti quinque.

Jus autem nominandi reliquit Joanni Georgeo Clozio ejus germano fratri, ejusque filiis, & Descendentibus masculis per lineam masculinam. Voluitque demum, quod primus Cappellanus non prius esset nominandus, nisi post obitum dicti sui fratris Joannis Georgei, nec non Joannis Baptistæ istius filii, & Fundatoris Nepotis, quibus, eorum vita naturali durante, facultatem tribuit percipiendi, & in proprios usus convertendi fructus dictarum librarum octo millium, ea tamen adjecta lege, quotannis antedictum Missarum onus implendi.

Donec vixerunt Joannes Georgeus Pater, & Joannes Baptista

ptiſta filius, Cappellania nuſquam erecta fuit, iis vero defunctis, Felix Philippus Closio mox dicti Joannis Baptiſtæ filius, & Fundatoris Pronepos preces porrexit Sacræ Congregationi, ut, attenta maxima illius inopia, ſibi, donec vixerit, ſub nexu implendi Miſſarum onus addicerentur redditus dicti Legati pii, ſeu Cappellaniæ erigendæ, eo ipſo modo, quo ejus Pater, & Avus illos ex præcepto, & voluntate Teſtatoris perceperunt.

Auditus ſuper precibus Vicarius Capitularis retulit = *Non modo nemo ex intereſſe habentibus adverſarius ſe ſiſtit, ſed immo duo ex proximioribus Conſanguineis deſcendentibus Fundatoris, in quibus conditiones ad hanc optandam, & obtinendam Cappellaniam requiſitæ præcæteris Conſanguineis concurrunt, coram me comparuerunt declarantes, nihil non modo velle opponere, ſed ſibi ipſis ſummopere gratum fore, ſi quod ab Oratore poſtulatur, EE. VV. RR. benignitate eidem conceſſum tandem intelligant.*

Ad paupertatem Oratoris vero quod attinet, ſic ait = *Nimium adeo cognita, & perſpecta eſt indigentia Oratoris, & neceſſitas fruendi per vitam ſuam proventibus hujus capitis pecuniæ, & ſi exigui ſint ob Miſſarum onera, quæ adimpleri debent, ut omnes Conſanguinei charitate ducti malint non optare Cappellaniam, quam videre Oratorem orbatum hoc rei familiaris adjumento, quo ſublato, non amplius poterit ſe decenter, & ſuam Uxorem quotidie infirmam ſuſtentare habita ratione ſtatus, & conditionis honeſtæ Familiæ Cloſio, quæ eſt ex primariis hujus Oppidi, & olim maximè dives.*

Conſanguineorum votis ſuperaddere vota quoque ſua non deſtitit Vicarius Capitularis, dum dixit = *Liceat mihi etiam innixo benignitati, qua EE. VV. RR. ad me ſcripſerunt, coram ipſis vota mea humiliter exponere flagrans, & rogans, ut Oratoris pii, & religioſi Viri petita benignitate veſtra concedantur* = concluditque, quod = *ſi EE. VV. RR. expedire videbitur, imponatur Oratori onus Cappellaniam ſtatim erigendi, & dotem octo mille libellarum ab ære hæreditario removendi* = vi cujus decretum factum eſt die 20. Auguſti 1674 = *deveniatur ad erectionem Cappellaniæ ſecundum voluntatem Teſtatoris.*

Mandatis Sacræ Congregationis obtemperavit Felix Philippus, exhibitoque publico Inſtrumento Erectionis Cappellaniæ, ſeu Legati pii, eamdem modo renovat inſtantiam fruendi, quouſque vixerit, redditibus Cappellaniæ ad effectum propriis occurrendi neceſſitatibus, pro qua gratia, ut ſupra relatum eſt, orant intereſſe habentes, orant Conſanguinei, oratque Vicarius Capitularis.

Atque hinc ponderandum occurrit, paupertatem Felicis Philippi probatam eſſe ex Teſtimonio Vicarii Capitularis, & illum eſſe de Familia Fundatoris, imo Fundatoris Pro-

Pronepotem, & Cappellaniæ Patronum: Item quod succurrendum sit Patrono, & Descendenti inopi ex canonica benignitate *Can. contra 26. §. Si vero, & Can. quicumque 30. caus. 36. quæst. 7., cap. Nobis de Jurepatr.* - quemadmodum ipse Fundator volita perceptione redditum Cappellaniæ subsidium præstitit ejus Fratri, & Nepoti Patri Oratoris egestate laborantibus.

Rursus rem esse de instantia à Felice Philippo promota ante creationem Cappellaniæ, quæ instantia non eversionem, non commutationem voluntatis Defuncti, sed illius dumtaxat suspensionem, sive suspensionis prorogationem præseferebat: Remque demum esse de Jurepatronatus *activo* laicali, & *de passivo* non sacerdotali, nec residentiam requirente. Quibus perpensis circumstantiis, onus erit EE. VV. perdoctè deliberare.

An, & quomodo Oratoris precibus sit annuendum in casu &c.

FINIS.

IN-

INDEX
RESOLUTIONUM

Quæ prodierunt in Causis in Sac. Congregatione Concilii propositis anno 1775.

A

ANniversaria plura die quolibet ex antiquissimis Fundationibus solemni pompa celebranda reducenda esse ad unum tantùm celebrandum Anniversarium: Cætera verò esse commutanda in celebratione tot Missarum lectarum pro intrante quantitate summæ pro eisdem Anniversariis assignatæ ad ratam Taxæ perpetuæ decrevit Sac. Cong. *in Pampilonen. 2. Decemb. pag.97.*

Applicationem Missæ in Aurora celebrandæ, ubi pro applicatione defecit voluntas, esse faciendam pro suffragio Animarum Purgantium juxta etiam disposita in Testamentis piorum Largitorum, definivit Sac. Cong. *in Taurinen. 9. Septemb. ad II. Dubium pag.88.*

Attentata esse purganda per viam nullitatis respondit Sac.Cong. *in Urbanien. 9. Septem. Dub. pag.87.*

B

BEneficia non esse erigenda in Cappellanias concuratas resolutum fuit *in Ripana Beneficii 17. Junii ad I. Dub. pag.41.*

C

CAnonici si alternis hebdomadis ad tramites Bullæ Erectionis singuli tenentur coadjuvare Præpositum in Cura Animarum; id ita intelligendum est, ut hebdomadarius principaliter, alter verò in subsidium coadjuvare teneantur *in Ripana 8. Julii pagin.47.*

Canonico, qui quadragenarium Chori, & Ecclesiæ servitium assiduè, & laudabiliter explevit, atque pluribus adversæ valetudinis incommodis obnoxius est, perpetuum Jubilationis Indultum esse concedendum, definitum fuit *in Eugubina 9. Septembris pag.88.*

Cappellaniam licèt merè laicalem retineri non posse a Patrono in statu Conjugali decrevit Sac. Congr. *in Balneoregien. 29. Julii ad I. Dub. pag.66.*

Cappellæ fructus si vix suppetunt pro congrua Cappellani sustentatione, Patronus tenetur ad reædificationem Cappellæ *in Alatrina Reædificationis Cappellæ 29. Julii ad I. Dubium pag.65.*

Cathedraticum solvi debere pro Beneficiis unitis Canonicatibus Theologali, & Pœnitententiario à die per Episcopum adeptæ possessionis in summa præfinita à Concilio Romano, præscripsit Sac. Cong. *in Camerinen. Cathedratici 19. Martii, & 8. Julii pag.1. & 47.*

Clericum, qui læsus convulsionis morbo paulisper claudicet, ac manus sinistræ digitos, medium scilicet, & anularem inflexibiles habeat, ad Sacros Ordines esse promovendum, prævia dispensatione ad cauthelam, definivit Sac. Cong. *in Malacitana 17. Junii pag.35.*

Clericus habens dumtaxat digitos indicem, & pollicem dexteræ manus, reliquis ex infortunio amissis cum inferiori parte ejusdem manus, rejectus fuit à petita irregularitatis dispensatione, ut ad Sacros Ordines promoveretur *in Comen. Irregularitatis 6. Maii pag 18.*

Commutatio voluntatis præcipientis distributionem Panis faciendam in quodam determinato loco denegata fuit *in Ariminen. Commutationis Voluntatis 2. Decemb. pag.98.*

Eaque tamen admissa fuit quoad Lampadem, quæ accensa continuò manere debet, ad effectum illam transferendi ab Ædicula nuncupata *di Gambettola* sita in Villa Massæ ad Ecclesiam PP. Conventualium S. Francisci Terræ Longiani coram Imagine B. M. Virginis. *Ibid.*

D

DEmolitio Ecclesiæ, sive Sacelli ruralis intra fines Parœciæ S. Crucis Civitatis Ravennæ denegata fuit *in Ravennaten. 29. Julii ad I. Dub. pag.65. & seq.*

Demolitio Cellæ, seu Ædiculæ nuncupatæ *di Gambettola* in Villa Massæ, erecta in eo loco lapidea Columna cum figulino simulacro B. M. Virginis, rejecta fuit *in Ariminen. Commutationis Voluntatis 2. Decemb. pag.98.*

Dis-

Dispensatio retinendi Cappellaniam de Jurepatronatus Laicorum habentem onus celebrandi per se ipsum indulta fuit Clerico licet duodecimum annum agenti, Testatrici tamen sanguine conjuncto, & de Familia Patronorum, donec ipse ad legitimam ætatem pervenerit, interea adimpletis oneribus per alium *in Cornetana* 17. *Junii pag.*35.

Dispensatio ab irregularitate propter homicidium ex datis verberibus sequutum negata fuit à Sac. Cong. *in Aquinaten. Irregularitatis* 8. *Aprilis pag.*7.

Dispensationi super defectu ætatis non esse locum favore Clerici passivè vocati, postquam alteri præsentato jam fuerat ex Judicis lata Sententia jus quæsitum, decretum fuit *in Aretina Dispensationis* 18. *Martii pag.*1.

E

EDicta pro facienda Emphyteutica concessione Bonorum Ecclesiasticorum noviter esse affigenda, si novus superveniat Licitator, quamvis offerat pro Persona nominanda, mens fuit Sac. Cong. *in Firmana Emphyteusis* 19. *Augusti pag.*76.

Hoc tamen addito, quod Licitator declaret Personam, pro qua obtulit, nec non & Personam Fidejussoris dictæ Personæ nominandæ. *Ibidem*.

Episcopus, durante prorogatione ad præsentandum à Patrono obtenta à Sac. Congregatione, non potest conferre vacantem Canonicatum tamquam de jure devoluto, ejusque factam collationem non sustineri resolutum fuit *in Urbanien.* 9. *Septemb. ad II. Dub. pag.*87.

Episcopum in removendo Rectore à Cura Animarum se gerere debere ad formam Concilii Tridentini *sess.*21. *cap.*6. *de Reform.* definivit Sac. Cong. *in Sedunen.* 9. *Septembris pag.*87.

Erectioni Beneficiorum in Cappellanias concuratas non esse locum respondit Sac. Congr. *in Ripana Beneficii* 27. *Junii ad I. Dubium pag.*41.

Evicto Fundo pro Missarum celebratione destinato, earumdem Missarum celebratio suspenditur *in Sabinen.* 19. *Augusti pag.*75.

Expensas litis contra Præpositum petentem Jubilationis Indultum fieri non debere à Capitulo ex pecuniis Massæ Capitularis decretum fuit *in Lauretana Jubilationis* 2. *Decembris ad III. Dub. pag.*97. *& seq.*

F

FRuctus Cappellaniarum impares pro honesta Cappellanorum sustentatione non esse sequestrandos, definitum fuit *in Alatrina Readificationis Cappellæ* 29. *Julii ad III. Dub. pag.*65.

Fundi pro Missarum celebratione taxativè assignati sequuta evictione, suspendendam esse Missarum celebrationem decernitur *in Sabinen.* 19. *Augusti pag.*75.

Fructus Cappellaniæ vacantis deberi Cappellano noviter nominato à die illius vacationis, demptis oneribus, definivit Sac. Cong. *in Balneoregien.* 29. *Julii ad III. Dub. pag.*66.

G

GRatia *pro devoluto* cessat, si Patronus ob litem contra eum motam impeditus fuit nominandi, & præsentandi novum Rectorem ad vacans Beneficium *in Ripana Beneficii* 17. *Junii ad II. Dub. pag.*38. *& seqq.*

I

INdultum Jubilationis conceditur Canonico docenti de assiduo laudabiliter præstito servitio quadraginta annorum *in Eugubina* 9. *Septemb. pag.*88.

Indultum Jubilationis, eodem continuo, & laudabili probato quadragenario servitio, concessum fuit Præposito Curam Animarum habenti *in Lauretana Jubilationis* 2. *Decembr. ad I. Dub. pag.*97. *& seq.*

Indultum reductionis annuarum celebrandarum Missarum in Collegiata Ecclesia S. Gregorii Majoris Spoletanæ Civitatis, attenta modicitate redditNuum, pro medietate obtentum à Capitulo dictæ Ecclesiæ prorogatum fuit ad Triennium *in Spoletana* 17. *Junii pag.*36. *& seqq.*

Irregularitatem contractam ob plures percussiones à Sacerdote datas cum percussi interitu non dispensavit Sac. Cong. *in Aquinaten. Irregularitatis* 8. *Aprilis pag.*7.

L

LEgatis pecuniis investiendis in Censibus, vel in Bonis Stabilibus, ut ex illorum fructibus celebrarentur annuæ Missæ 174., quæ ab hæredibus Legantis impletæ fuerunt, non esse locum subrogationi Prædii loco Investimenti, licet istud factum fuisse non appareat, respondit Sac. Cong. *in Interamnen.* 29. *Julii ad I. Dub. pag.*66.

Legatum relictum ab Eugenio Rodriguez non esse adjudicandum PP. Mercenariis S. Mariæ in Campo Martio, decretum fuit *in Romana Cappellaniæ* 8. *Aprilis pag.*7.

Missæ

M

MIssa celebratio in Aurora quamvis ex pietate, & religione introducta, sed diuturno tempore expleta, continuanda est, præsertim accedentibus largitionibus pro ea relictis à piis Testatoribus *in Tauritnen. 9. Septemb. ad I. Dub.* pag. 88.

Illamque applicandam esse pro suffragio Animarum Purgantium juxta etiam disposita in Testamentis piorum Largitorum decrevit Sac. Cong. *Ibid. ad II. Dub. pagin.* 88.

N

NOminationem, & præsentationem ad vacantem Canonicatum pertinere ad Patronum definivit Sac. Cong. *in Urbanien. 9. Septemb. ad I. dub. pag.* 87.

Illiusque provisionem tamquam de jure devoluto ab Episcopo factam non sustineri decretum fuit *ibid. ad II. Dub.*

Et possessionem de eodem Canonicatu per Provisum ab Episcopo esse attentatè captam, & revocandam per viam nullitatis respondit Sac. Cong. *ibid. ad III. Dub.*

Nominato ad Cappellaniam deberi illius fructus à die vacationis, demptis oneribus, decrevit Sac. Cong. *in Balneoregien. 29. Julii ad III. Dubium pag.* 66.

P

SAcræ Particulæ licet per plurium annorum spatium asservatæ intra Septa Monasterii, si tamen Corruptionis timor urgeat, ad custodiam Ecclesiæ deferendæ sunt, ubi aliæ Pyxides asservantur, ac frequenter recognoscendæ, ut materialis Idolatriæ periculum in casu corruptionis evitetur *in Granaten. 6. Maii pag.* 18. *& seqq.*

Patronus in statu conjugali retinere non potest Cappellaniam utcumque mere laicalem *in Balneoregien. 29. Junii ad I. Dub. pag.* 66.

Patronus ad vacantem Cappellaniam nominare tenetur eum, qui est passive vocatus *in Balneoregien. 29. Julii ad II. Dub. pag.* 66.

Ad Patronum spectat reædificatio Cappellæ quoties illius redditus vix suppetunt pro Cappellani sustentatione *in Alatrina Reædificationis Cappellæ 29. Julii ad I. Dubium pag.* 65.

Eidemque præfigendus est ab Episcopo terminus ad illam reædificandam, quo elapso, idem Episcopus procedat prout de jure *ibid. ad II. Dub. pag.* 65.

Præpositum habentem Jubilationis Indultum, quamvis Choro non intersit, participare debere de punctaturis, & fallentiis decrevit Sac. Cong. *in Lauretana Jubilationis 2. Decembris ad II. Dub. pag. 97. & seq.*

Professionis nullitatem non esse admittendam ex interno tantum timore desumptam, externa coactione haudquaquam probata respondit Sac. Cong. *in Leopolien. 0. Decembris pag. 97.*

Q

QUietantiam esse stipulandam favore hæredis quond. Petri Gavazzi, qui defuncti voluntatem pro annua Missarum celebratione adimplevit assignatione quatuor Locorum Montium definivit Sac. Cong. *in Romana Fundationis Missarum* 8. *Aprilis ad I. & II. Dub. pag.* 8.

Eademque Loca Montium esse transferenda in creditum hæreditatis dicti Gavazzi cum vinculo oneris Missarum *ibid. ad III. Dub. pag.* 8.

R

REctorem Beneficii teneri se conformare Concordiæ, & ad illius observantiam cogi debere sub pœnis in ea contentis definitum fuit *in Prænestina Concordiæ* 18. *Martii pag.* 2.

Redditus in Dotes erogandos, qui annualiter supersunt, demptis expensis, aliisque oneribus hæreditariis, esse cumulandos usque ad summam scutorum 25. pro collatione unius subsidii dotalis juxta dispositionem Testatoris decrevit Sac. Cong. *in Romana Reductionis Legatorum 6. Maii pag.* 17.

Reductionem subsidiorum dotalium, attenta insufficientia redditaum, mandavit Sac. Cong. *ibid.*

Reductio Missarum pro medietate, & ad Triennium, si impares sunt redditus pro illarum celebratione assignati prorogata fuit *in Spoletana* 17. *Junii pag.* 36. *& seqq.*

Reductioni Missarum non esse locum, postquam hæres Fundatoris illarum onus agnovit, ac implevit, resolvit Sac. Cong. *in Interamnen. 29. Julii ad II. Dub. pag.* 66.

Religiosum Confirmationis Sacramento non munitum, & bona fide à proprio Abbate Regulari initiatum prima Tonsura, & ad minores Ordines promotum, confirmari debere, antequam ad Sacros Ordines promoveatur decrevit Sac. Cong. *in Ordinis S. Basilii Magni 6. Maii pag.* 18.

S

SEquestra super Cappellaniarum fructibus, qui satis non sunt pro congrua Cappellani alimonia non sustineri definitum fuit *in Ala-*

Alatrina Readificationis Cappellæ 29. Julii ad III. Dub. pag.65.

Supplicationem Gratiæ pro Devoluto non esse relaxandam respondit Sac. Cong. *in Ripana Beneficii 17. Junii ad II. Dub. pag.41.*

Supplicationem ad obtinendam Dispensationem super defectu ætatis ad assequendam simpliciter laicalem Cappellaniam pro Clerico Paulo Ughi de Familia Testatoris, quamvis iste mandavisset, esse in illius assequutione præferendum magis idoneum, magisque capacem, relaxandam esse. prævio recessu a decisis, decrevit Sac. Cong. *in Perusina Cappellaniæ 8. Julii pag.47. & seqq.*

Suspensioni locum esse potius, quam abolitioni oneris annuarum decem Missarum à Joanne de Pancratiis relictarum cum traditione scutorum 25. per eum facta Societati Sanctissimi Suffragii Terræ Stimiliani, & ab ipso Joanne investitorum in Censu, cujus fundus censitus subinde fuerat evictus, adhibitis tamen à Confratribus ulterioribus diligentiis pro recuperando Censu super aliis Bonis Debitoris definitum fuit *in Sabinen. 19. Augusti pag. 75.*

T

TRanslationi Sacræ Imaginis Sanctissimi Crucifixi una cum supellectilibus, & Missarum oneribus ab Ecclesia, sive Sacello rurali ad Parochialem Ecclesiam S. Crucis non esse admittendam definivit Sac. Cong. *in Ravennaten. 29. Julii ad II. Dubium pag. 65. & seq.*

V

VOluntatis commutatio super dispensatione Panis in certo determinato loco facienda denegata fuit *in Ariminen. Commutationis Voluntatis 2. Decembris pag.98.*

Voluntates Defunctorum circa Anniversaria, quæ propter eorum multiplicitatem celebrari non poterant in Collegiata, & Parochiali Ecclesia S. Nicolai Civitatis Pampilonensis, esse commutandas in celebratione tot Missarum lectarum pro ea quantitate summæ pro eisdem Anniversariis assignatæ ad rationem taxæ perpetuæ, uno tantùm excepto Anniversario quotidie celebrando, definivit Sac. Cong. *in Pampilonen. 2. Decembris pag.97.*

FINIS.

IN-

INDEX CONCLUSIONUM,

Quæ adnotatæ fuerunt in foliis Causarum anni 1775.

A

ANni, in quibus Canonicus ægrotavit, vel ob aliam justam causam vacavit a Choro, reportato tamen Indulto a Sacra Congregatione, computantur pro obtinenda Jubilatione *pag.* 84. §. *Rursus*.

Ubi testatur alias sic fuisse decisum a S. Congregatione. *Ibid.*

Applicatio Missæ demandata quoque censetur pro anima Testatoris, quamvis ipse de sola celebratione locutus fuerit, nec de applicatione ullo pacto mentionem fecerit *pag.* 81. §. *Votandum*.

Fortius dum contraria urget Testatoris voluntas *pag.* 81. §. *Accedente*

Qua de re Missam non esse applicandam, sed orandum dumtaxat pro Anima Testatoris aliquando respondit S. Congregatio. *pag.* 81. §. & *in his*.

Axioma, quod ad impossibile nemo tenetur habetur *pag.* 82. §. *qua posita*.

B

BEneficia simplicia sive de Ecclesiastico, sive de Laicali Jurepatronatus sint, erigi non possunt in Cappellanias Concuratas sine justa, & urgenti causa, dissentientibus activum, passivumque patronatum habentibus *pag.* 39. §. *Quidquid*.

Ubi testatur alias sic fuisse resolutum a S. Congregatione *Ibid.*

Imo etiamsi facta fuerit unio, sive erectio, nullam ipsa habet subsistentiam. *Ibid.*

Beneficiatus tenetur adjuvare ad restaurandam Ecclesiam *pag.* 55. §. *At vulgata*.

Id tamen procedit ubi sufficiens Congrua ad honestam ipsius sustentationem supersit *Ibid.*

Beneficium numquam dicitur Sacerdotale quando deficit onus celebrandi per se ipsum, licet Fundator dixerit nominandum esse actu Sacerdotem, & ad Ordinem Sacerdotii promotum *pag.* 107. §. *Nec quidquam*.

Beneficium tempore suæ vacationis posse uniri Seminario, Capitulo, vel Pareciæ negant quidam Canonistæ *pag.* 39. §. *quidquid*.

C

CAnonici Coadjutores licet non hebdomadarii, urgente necessitate, tenentur tamen in Subsidium Curæ onera subire. *pag.* 46. §. *Et in Casu*.

Cappellania præsumitur Laicalis donec contrarium probetur. *pagin.* 78. §. *Veruntamen*.

Cappellania præsumitur laicalis si Statuto laicali subjecta est, & solutioni onerum Comunitativorum *pag.* 78. §. *Secundo*.

Cappellania præsumitur laicalis, si talem eam dixerunt Ordinarii in earum Litteris, & Indultis Institutionum *Ibid.* §. *tertio*.

Cappellania laicalis ab Ordinarii Jurisdictione exempta nullam de jure residentiam personalem requirit, nec onerum implementum per se ipsum. *pag.* 102. §. *ad hanc*.

Cappellania licet sit laicalis, si tamen qualitatem habeat Ecclesiasticam, incompatibilis est cum statu Conjugali. *pag.* 63. §. *Praeterea*, & §. *Quodque*.

Cappellaniæ laicalis ad instar Legati Pii cum onere Missarum capaces sunt Laici, Fæminæ, & Infantes *pag.* 63. §. *Præterea*.

Cappellania laicalis ad nutum amovibilis ab Episcopi jurisdictione exempta, & assequi, & retineri potest à Laicis, Infantibus, & Mulieribus *pag.* 30. §. *Fundatrix*.

Nec contrarium statuit Tridentinum, cum de Beneficiis Ecclesiasticis dumtaxat loquatur. *Ibid.*

Id tamen non procedit ubi expressa, vel tacita Testatoris voluntas obsistat. *Ibid.* §. *Verum*.

Cappellania potest esse merè laicalis, ac simplex Legatum pium nulla Ordinarii Auctoritate erectum; & tamen illius capaces non erunt Laici, si ex voluntate Testatoris personæ nominandæ debent esse Ecclesiasticæ *d. pag.* 30. §. *Verum*.

Cappellania licet sit laicalis, si tamen qualitatem habet Ecclesiasticam, incompatibilis est cum Statu Conjugali *pag.* 63. §. *Praeterea*, & §. *Quodque*.

Cappellaniam congrue dotans illius patronatum acquirit. *pag.* 77. §. *Hujusmodi*.

Cappellaniis etiam laicalibus ex lege Fundatio-

 nis

nis inhærere potest præcisa residendi necessitas *pag.* 102. §. *Et quamvis* .

Capitulares Constitutiones per se obstringunt Canonicum ad illarum observantiam *pag.* 105. §. *Capitulum* .

Fortius cum ab Episcopo, & Capitulo approbatæ fuere *Ibid.*

Census non recensetur inter Capitalia stabilia quando res est de celebratione Missarum *pag.* 61. §. *Patet* .

Centenaria requiritur, ut actio evictionis adversus Confraternitatem præscribatur *pagin.* 70. §. *Ponderandum* .

Claudicatio levis nullam irregularitatem inducit *pag.* 31. §. *Nunc* .

Claudus, qui nequit sine pede ligneo, vel baculo incedere, irregularis est *pag.* 33. §. *Irregularitas* .

Clausuræ violatio evitanda est *pagin.* 25. §. *His* .

Coadjutores, sive Vicarii perpetui quamvis propriè Rectores Ecclesiæ non sint, absque tamen dubio Rectores sunt Curæ Animarum *pag.* 45. §. *De jure* .

Ipsi enim utpote Canonico titulo in Animarum Cura Subrogati tenentur ad ea omnia, ad quæ tenentur ipsi Rectores *Ibid.*

Commutatio Voluntatis, vel Oneris non denegatur ubi justa Causa præsto est *pag.* 86. §. *Ad rem* .

Facilius tamen conceditur ante acceptatum Onus, & executionem voluntatis *Ibid.* & *pag.* 82. §. *Sacra* .

Non conceditur post executam voluntatem, & acceptationem Oneris, nisi prævia firmatione status reddituum *pag.* 82. *d.* §. *Sacra* .

Concordia effectum numquam sortita exequenda non est *pag.* 46. §. *Et in Casu* .

Concordia contra Iuris Canonici Sanctionem aliquid disponens executioni mandari non debet *Ibid.*

Concordia à Præposito, & Canonicis non obsignata executionem non promeretur *Ibid.*

Concursum, ejusque habendi formam præscripsit Sacrosancta Tridentina Synodus *pag.* 27. §. *Quid* .

Conciliaris hæc dispositio à pluribus Pontificibus confirmata fuit *Ibid.*

Concursus præstior habendi forma litteris Encicliclis Sacræ Congregationis constituta est *Ibid.*

Conductor præferendus est in paritate Oblationum, qui divitiis abundat, qui rei Agrariæ peritus est, quique promptus semper in solvendis pensionibus repertus fuit *pag.* 71. §. *Oblationes* .

Confirmationis Sacramentum à Christo Domino institutum fuit, ut Fideles per Baptismum regenerati, illius Sacramenti Gratia confirmarentur in Fide *pag.* 9. §. *Juxta.*

Id etiam decisum fuit à Sacrosancta Tridentina Synodo *Ibid.* §. *Per hanc* .

Confirmationis Sacramentum Sacrorum Ordinum collationi præmitti debet *pagin.* 9. §. *Juxta* .

Ordines suscipientes absque Confirmatione in quam pœnam incidant minime constans est D. D. Sententia *pag.* 10. §. *In quam* .

Ordines suscipientes absque Confirmatione, quamvis peccent mortaliter, nullam tamen Suspensionis pœnam incurrere censuerunt plures Canonistæ *Ibid.*

Imò aliqui censuere, quod nec peccent venialiter *Ibid.*

Multoque minus ab iis ullam irregularitatem incurri *Ibid.* §. *Hinc.*

Alii verò censent Ordines sic suscipientes irregulares fieri *Ibid.* §. *Contra* .

Ordines tamen qui suscepit si dubitet se confirmatum fuisse, debet sub conditione confirmari, & ad Cauthelam absolvi à suspensione, & dispensari ab irregularitate *Ibid.* §. *Sacra* .

Consuetudo, per quam Canonici noviter provisi per aliquod temporis spatium gratis incumbere debent servitio Chori servanda est *pag.* 100. §. *Sacra* .

Corruptionis proprium est, ut auferat esse rei *pag.* 23. §. *Et prosequutur* .

Creditores repræsentant personam Rectoris Beneficii *pag.* 71. §. *Oblationes* .

D

Decimæ prædiales debentur ex fructibus prædiorum *pag.* 67. §. *Maximopere* .

Decimæ prædiales solvi debent à Domino, quocumque titulo fructus percipiat, quamvis etiam degat extra Parochiam, minimè verò à Colonis *pagin.* 67. *d.* §. *Maximopere* .

Defectus Corporalis si talis sit, qui neque notabilem deformitatem contineat, nec scandalum in celebratione causet, neque exercitium celebrationis impediat, irregularitatem non inducit *pag.* 33. §. *Sin verò* .

Digitus si in magna parte deperditus non fuerit, adeout sine Scandolo expleri possit celebratio, tunc qui sic affectus est à Sacris Ordinibus repellendus, non est. *Ibid.*

Diminutis redditibus, eadem obligatio permanere non potest *pag.* 57. §. *Animadvertendum* .

Diminutis redditibus, fit reductio Missarum *pag.* 37. §. *Et in genere* .

Diminutis fructibus, si agatur de Onere Sacrorum jam agnito, reductio hujusmodi Onerum fieri debet, servata proportione eleemosinæ manualis; Si verò agatur de Onere nondum agnito, diminutio facienda est ad ratam eleemosinæ Missæ perpetuæ *pag.* 37. §. *Et in iure* .

Diminutis redditibus, sæpe facta fuit reductio Ser-

Servitii Chori, firmo remanente onere Missarum *pag.* 57. §. *Sacra*.

Dispensatio impartita fuit à Sacra Congregatione super digitorum defectu, quando hic fuit casualis, & res fuit de Sacerdote jam promoto *pag.* 15. §. *Verum*.

Dispensatio indulta fuit Sacerdoti tribus digitis carenti, pollice scilicet, indice, & medio, lege tamen adjecta, quod vel in Oratorio privato, vel in publica Ecclesia, hora tamen à Populo minus frequentata celebraret *Ibid.*

Dispensatio elargita fuit Vicario Curato, cui unicè superfuerat digitus pollex, itatamen ut in Ecclesiis minus frequentatis celebraret *Ibid.*

Dispensatio concessa fuit Sacerdoti, qui casu indice, & pollice in sinistra manu privatus fuit *Ibid.*

Hæc tamen procedunt in Sacerdote jam promoto *pag.* 16. §. *Verum*.

Dispensatio super infantili ætate à S. Sede Apostolica facilè impertitur iis, qui sunt de Sanguine Fundatoris *pag.* 107. §. *Hanc.*

Dispensatio ætatis indulgetur vel causa Studiorum, vel cum de Familia paupere res est *Ibid.* §. *Episcopus*.

Dispensatio ætatis quandoque indulta fuit decimum quartum annum agenti *pagin.* 108. §. *Et revera*.

Imò aliquando & puero bimo *Ibid.*

Dispensationem facile concedit Dataria passivè vocato præsertim unico *pag.* 31. §. *De dispensatione*.

Dispensationem etiam de Beneficiis elargitur S. Congregatio ubi res est, vel de Compatrono, vel de Conjuncto Fundatoris, vel de passivè Vocato, præsertim concurrente paupertate, & aliorum Patronorum, & interesse habentium consensu *pag.* 31. d. §. *De dispensatione*.

Dispensati idcircò quandoque fuerunt pueri bimi, & quinquenni *Ibid.*

Distributiones quotidianæ amittuntur à Canonico, qui abest à Choro *pag.* 105. §. *Addit.*

E

Ecclesia profanatur tam ubi reparari non potest, quam ubi concurrit alia legitima, & justa causa *pag.* 59. §. *Siquidem*.

Ecclesiæ quandoque demolitæ fuerunt quamvis nulla indigerent refectione, sed aliqua tamen justa causa impellente *pag.* 59. §. *Et Revera*.

Ecclesiæ restauratio si expleri non possit, profanato situ, non tamen ad sordidos usus earum Cappellæ sed sub iisdem Invocationibus in Matrices, seu alias viciniores Ecclesias cum iisdem oneribus, & emolumentis transferendæ sunt *pag.* 58. & 59. §. *Quamvis*.

Ecclesia tum Occidentalis, tum Orientalis consuevit Communionis Reliquias pueris jejunis dispensare *pag.* 22. §. *Compertum*.

Ecclesia Occidentalis præsertim in Gallia consuevit Sacrificiorum Reliquias pueris jejunis quarta, vel sesta feria dispensare *pag.* 22. §. *Eandem*.

Ecclesia Occidentalis constanter semper rejecit Morem Ecclesiæ Græcæ panes in feria quinta Majoris Hebdomadæ consecrantis, ut per integrum annum asservarentur, quibus proinde Vino consecrato infusis lethali Morbo laborantes in Viaticum reficerentur *pag.* 22. §. *Hancque*.

Ecclesiæ Dei nil magis officit quam Pastores minus idoneos habere *pag.* 29. §. *Hac verò*.

Ecclesia Parochiali vacante, disponit Sacrosanctum Tridentinum, quod Episcopus cum tribus Examinatoribus Synodalibus examen faciat: Atque alia contingente vacatione, in novo certamine aut eosdem, aut tres alios Synodales tamen Examinatores eligat *pag.* 28. §. *Quia*.

Emolumentum ubi est, ibi onus esse debet *pag.* 55. §. *At vulgata*.

Emphyteutæ ditiori duobus concurrentibus Emphyteuticis Concessionibus Emphyteusis indulgenda est *pag.* 71. §. *Sacra*.

Episcopus etiam extra Visitationem habet facultatem cogendi Parocum ad novum examen *pag.* 73. §. *Quod*.

Episcopis nullo jure vetitum est unico examine duplicem concursum pro duabus Ecclesiis Parochialibus explere, eodemque examine Oppositores pro pluribus Ecclesiis Parochialibus examinare, & approbare *pagin.* 27. §. *De Casu*.

Episcopus quoties una cum Examinatoribus Synodalibus plures examinat Oppositores pro pluribus Ecclesiis Parochialibus vacantibus, tunc licet examen sit unum materialiter, formaliter tamen est duplex, utpote expletum pro duplici Ecclesia *pag.* 28. §. *Quoties*.

Eucharistia intra Septa Monasteriorum retineri non debet *pag.* 25. §. *Alterum*.

Eucharistiæ retentio in parte interiori Ecclesiæ in Choro intra Claustra Monasterii quandoque indulta fuit à Summo Pontifice, dum tamen exterius pateat aditus Ministro, nulloque alio exteriori Ecclesiæ loco Sacramentum asservetur *pag.* 25. §. *Alterum*.

Eucharistiæ particulæ frequenter renovandæ sunt *pag.* 22. §. *Eadem*.

Eucharistæ particulæ singulis hebdomadis, vel ad summum infra quindecim dies renovari debent *pag.* 22. §. *Eadem*.

Et tunc prius particulæ veteres distribuendæ sunt, antequam noviter consecratæ distribuantur *Ibid.* *vide Fragmenta, Immutatio*.

Examinis finis est, ut Ecclesia à dignis, & ido

& idoneis Parochis gubernetur . *pag.* 28. §. *Finis*.

Examinis, & Concursus reiteratio ad meram formalitatem pertinet *pag.* 29. §. *Hæc verò*.

Examina plura, & diversa non mandat Tridentinum pluribus Ecclesiis contemporaneè vacantibus *pag.* 28. §. *Quia*.

Examine unico, adimpleto fine primario per Concilium volito, curandum non est de materialitate plurium examinum *pag.* 28. §. *Finis*.

Examinatus, & approbatus pro una Ecclesia, non potest ad alteram promoveri *pag.* 28. §. *Non relevante*.

Imò electio in hoc casu nulla esset *Ibid.*

Secus tamen est quando Oppositores pro pluribus Ecclesiis fuerunt examinati, & respectivè approbati *Ibidem* vide *Episcopus*.

Ætas 14. annorum, quæ necessaria est in Ecclesiastico Beneficio, minimè necessaria est in Cappellania laicali *pag.* 49. §. *Novæ*.

Ætas annorum Septem ex Juris Communis Censura sufficit ad assequendam Cappellaniam laicalem ad nutum amovibilem *pag.* 30. §. *Inquit*.

Ætas tamen annorum 14. requiritur ex præscripto Concilii Tridentini *Ibid.*

F

Fragmenta Eucharistiæ quoad Substantiam corrupta haud amplius Latriæ Cultu veneranda sunt *pag.* 23. §. *Et prosequitur*.

Fructus Cappellaniæ pertinent ad Cappellanum *pag.* 64. §. *Itemque*.

Fundus ubi constitutus non fuit, sed constitui debet, reductio facienda est ad rationem Eleemosinæ Missæ perpetuæ *pag.* 61. §. *Qua de re*.

G

Gibbosus deformiter irregularis est *pag.* 33. §. *Irregularitas*.

H

Habilitas, & idoneitas sat est, quod supervenerint intra terminum quadrimestris Patronis datum ad præsentandum *pag.* 49. §. *Haud quaquam*.

Hostia prodigioso Sanguine consperfa asservatur in Ecclesia Fratrum Prædicatorum in Regno Ungariæ *pag.* 24. §. *Certum*.

Hostiæ plures a pluribus Sæculis jam consecratæ asservantur in Eccesia Civitatis Complutensis *pag.* 24. §. *Aliud*.

I

Imagines licet collocatæ in Ecclesia Jurispatronatus, ex justa tamen causa decentioris Cultus una cum Missarum Oneribus translatæ fuerunt *pag.* 55. §. *Sacras*.

Immutatio, quæ observatur in Particulis, si respicit simplicem qualitatem, non desinit ibi esse Corpus Christi: Secus tamen ubi immutatio in Substantia facta est *pag.* 23. §. *Cum verò*.

Industria Personæ celebrantis non censetur electa in celebratione Missæ, licet verba Fundatoris directa fuerint in Cappellani personam *pag.* 103. §. *Præceptum*.

Quia Sacrosancti Sacrificii Meritum procedit ex Opere Operato *Ibid.*

Quamobrem Sacra Congregatio sæpe respondit pro facultate celebrationem explendi per alium *Ibid.* §. *Sacra*.

Nisi tamen celebrationem per se ipsum demandaverit Testator *Ibid.*

Inhibitione judiciali præcedente concurrente, probatoque, quod ea spreta fuerit, condemnatio in expensis judicialibus, & extrajudicialibus inevitabilis est *pag.* 78. §. *Hinc*

Irregularis est is, qui digitis caret *pag.* 15. §. *De irregularitate*.

Irregularis est is, qui caret duobus digitis in manu sinistra *Ibid.*

Et is, qui caret pollice in manu sinistra *Ibid.*

Irregularis est qui fuit aliqua manu mutilatus *Ibid.*

Irregularis est Præsbiter, cui medietas palmæ cum duobus digitis fuit abscissa *Ibid.*

Irregularis ex defectu corporis is est, qui adeo in eo vitiatus est, ut Ordinis Ministeria exercere non possit, vel non nisi, quam cum deformitate, & scandalo *Ibid.*

Irregularis, & suspensus a divinis incapax est ad assequendam Cappellaniam in Concursu Clerici passivè vocati, & à Patronis præsentati *pag.* 49. §. *Ex facto*.

Irregularitas alia ex delicto profluit, alia ex defectu animi, alia corporis *pag.* 33. §. *Irregularitas*.

Jubilatio ut obtineatur, quadragenarium Servitium requiritur *pag.* 84. §. *Ad relatas*.

Juramentum præstitum de observando Capituli Statuta, & Consuetudines, intelligitur de licitis, & approbatis, minimè verò de non approbatis, *pag.* 99. §. *Probatque*.

L

Largitionibus acceptatis, quæ in gratiam Oneris relictæ fuerunt, amplius in libertate non est ab onere resilire *pag.* 80. §. *Ad primam*.

Legata pecunia pro celebratione Missarum, Cen-

Census ex ea emendi non sunt *pag.* 61. §. *Patet*.

Litis pendentia si impediatur nominatio, jus nominandi non devolvitur Ordinario *pag.* 77. §. *Hujusmodi*.

Loca, quæ Sacris Ministeriis dicata sunt, temporum injuria obsolescere, atque ex hominum memoria excidere non debent *pag.* 53. §. *Quamvis*.

M

MAtrimonium irritatur ex eodem metu, quo irritatur professio *pag.* 90. §. *Quantum*.

Membrorum usu omnes notabiliter impediti irregulares sunt *pag.* 33. §. *Irregularitas*.

Metus causa quod factum est nullius roboris est *pag.* 89. §. 1.

Metus ubi versatur circa pœnam à Lege indictam, & a publica Justitia infligendam ob patratum Crimen ab intrinseco potius, quam ob extrinseco proficisci reputatur *pag.* 91. §. *Verum*.

Metus ut infringat Professionem debet esse incussus ab homine, non a semet ipso *pag.* 91. §. *Et ratio*.

Metus tamen cadens in constantem Virum, licet ex propria culpa derivatus, sufficit pro infringenda Professione *pag.* 90. §. *Quantum*.

Missarum Onera reviviscunt, si recuperantur Bona, quibus infixa erant *pag.* 70. §. *Ponderandum*.

N

NEcessitate urgente sicuti locus est mutationi voluntatis Testatoris, ita eo magis reductioni Onerum *pag.* 13. §. *Aperta*.

O

OCulo orbatus, sive is, cui oculus erutus fuerit, si absque notabili deformitate Canonem legere nequeat, irregularis est *pag.* 33. §. *Irregularitas*.

Onera potius alia minuenda sunt, quam Missarum numerus redigendus *pag.* 53. §. *Ponderandum*.

Præsertim ubi pro celebratione Missarum Bona assignata fuerunt, quæ imminutioni minime obnoxia sunt *Ibid.*

Uel ubi onera, de quibus conquestio est non ab erectione, & fundatione proficiscuntur, sed voluntaria sunt, & à consuetudine procedunt *Ibid in fin.*

Onus a Domino directo non agnitum ad Emphyteutas transmitti nequit *pag.* 68. §. *Ad hac*.

P

PAnis, aut Vini tantisper immutato colore, aut sapore, non desinit ibi esse Corpus, aut Sanguis Christi *pag.* 23. §. *Cum verò*.

Pane, aut Vino sic immutatis, ut nullo modo compati possint naturam panis, aut Vini, tunc desinit ibi esse Corpus, & Sanguis Christi *Ibid.*

Pareciis pluribus eodem tempore vacantibus, quoad omnes indicendus est Concursus, prævia affixione distinctorum Ædictorum pro unaquaque Ecclesia *pag.* 27. §. *De Casu*.

In hoc casu Episcopus non tenetur separata peragere examina, sed Concursus absolvi potest unico Concurrentium examine *Ibid.*

Parochialium collationi de Jure Decretalium simplex examen præmittebatur *pag.* 27. §. *Quid*.

Parocus cogi potest ad novum examen, quia ejus Scientia potuit minui de cursu temporis & ingravescente ætate *pag.* 73. §. *Videtur*.

Pro hujusmodi effectu non requiritur præcedens judicialis probatio Imperitiæ *Ibid.*

Parochus imperitus removeri debet ab exercitio Curæ Animarum *Ibid.*

Hoc tamen procedit ubi Parochus renuat eligere Cappellanum *pag.* 73. §. *ad rem.*

Parochus cogi potest ut sibi tot Sacerdotes adjungat, quot sufficiant ad exhibenda Sacramenta, divinumque Cultum celebrandum *pag.* 39. §. *Non ambigitur*.

Id tamen procedit quando Populus ita numerosus est, ut unus Rector non sufficiat ministrandis Sacramentis *pag.* 40. §. *At. Conciliaris*.

Quia talis adjunctio Subsidiaria est *Ibid.*

Parochus consequi debet necessaria vitæ à Dominis Fundorum *pag.* 67. §. *Hæc sunt*.

Particulæ majores si corrumpi posse timeatur, ne fideles materialis Idolatriæ periculo exponantur, cum reverentia sumendæ sunt *pag.* 23. §. *Et prosequitur*.

Patrono, & descendenti inopi succurrendum est ex redditibus Cappellaniæ *pag.* 109 §. *Atque*.

Maxime si idem fecit Fundator *Ibid.*

Fortius si talis Instantia promoveatur ante erectionem Cappellaniæ, cum tunc non evertatur, aut commutetur, sed dumtaxat suspendatur Fundatoris voluntas *pag.* 110. §. *Rursus*.

Fortiusque si res sit de Jurepatronatus activo laicali, ac de passivo non Sacerdotali, nec residentiam requirente *pag.* 110. §. *Rursus*.

Patroni tamen inopia si gravissima non est, denegatur ipsi retentio Cappellaniæ laicalis *pag.* 63. §. *Ad rem*.

Patroni ut consequantur retentionem Capellaniæ

laniæ laicalis, vel ab ea Alimenta habeant, probare debent paupertatem *Ibid.*

Patronus post quadrimestre cadit a jure præsentandi *pag.* 65. §. *Quoties*.

Patronus recusans reædificare intra terminum ab Ordinario præfinitum amittit juspatronatus, quod acquiritur ab eo, qui reædificat *pag.* 55. §. *Aut quæstio*.

Quod procedit licet Patronus dedisset Beneficio conspicuam dotem, quia ista intelligitur data pro substentatione Beneficiati, ferendisque Oneribus spiritualibus, & temporalibus limites reparationis non egredientibus *Ibid.*

Præsentare is debet, qui in Fundatione sibi Patronatum reservavit *pagin.* 77. §. *Hujusmodi*.

Præsentandi tempus non currit impedito per Inhibitionem judicialem *ibid.*

Præsentandi tempus non currit Patrono, lite pendente, etiamsi non præsentasset *pag.*40. §. *Et altero*.

Professio debet esse libera, & voluntaria *pag.* 90. §. *Quantum*.

Professio voluntaria emissa, impellente metu pœnæ, valida renunciata fuit *pag.* 91. §. *Et sacra*.

Professio emissa ob timorem pœnæ mortis, infamiæ, & jacturæ Bonorum valida reputatur *pag.* 91. §. *Quamobrem*.

Protestatio contraria facto non attenditur *pagin.* 63. §. *Ad has*.

Provisio facta ab Episcopo, durante prorogatione ad præsentandum concessa à Sacra Congregatione, nulla est, nec convalescit post expiratam prorogationem *pag.* 78. §. *Maxime*.

R

Redditibus imminutis vel ex fluminis corrosione, vel ex temporum injuria; adeout impares evaserint ad Statuta Sacra implenda, eorumdem onerum reductio denegari non debet *pag.* 13. §. *Aperta*.

Redditibus deficientibus, qui pro reædificatione destinati sunt, onus reædificandi incumbit Patrono *pag.*55. §. *Aut Quæstio*.

Reductio Onerum quandoque relinquitur arbitrio Ordinarii *pag.* 13. §. *Quando*.

Reductio Onerum aliquando facta fuit ad rationem Taxæ Missæ perpetuæ *pagin.* 13. §. *Quando*.

Quandoque ad rationem manualis *ibid.*

Ubi verò ea fit ad rationem manualis, Utensilium impensa detrahitur *pagin.* 61. §. *Qua de re*.

Reductio si necessaria fit, videndum est ad quam ex prædictis rationibus fieri debeat *pag.* 13. §. *Quando* Vide *Onera*.

Residentia non intelligitur præcisa, sed tantum causativa quando Testator non residentibus haud indixit pœnam privationis Cappellaniæ *pag.* 102. §. *Eè quamvis*.

Residentia causativa non excludit incompatibilitatem Beneficiorum *ibid.*

Residentia causativa non impedit quominus Cappellanus impleat per alium onera Cappellaniæ *ibid.*

S

Statuta, vel Consuetudines aliquid auferentia noviter Provisis, dividendum inter alios, reiiciuntur *pag.*101. §. *Ast*.

Et utpote illicitæ, scandalosæ, simoniacæ, ac sordidæ avaritiæ suspicionem involventes improbantur *pag.* 99. §. *Quinimo*.

Hujusmodi verò Consuetudines, vel Statuta mandantia aliquid solvi occasione electionis, vel collationis Præbendæ licet improbantur, valent tamen dum privant novos Canonicos certis redditibus per aliquod temporis spatium *pag.*100. §. *E contra*.

Sed ut hujusmodi Statuta, & Consuetudines valeant, requiritur, quod id, quod aufertur novo Canonico non cedat in utilitatem aliorum Canonicorum, sed in beneficium Ecclesiæ, vel Sacristiæ *pagin.* 100. §. *Regula*.

Valerent tamen hujusmodi Consuetudines, aut Statuta concedentia aliis Canonicis id, quod aufertur novo Canonico, ubi tale quid, quod aufertur ex veteri consuetudine ad Ecclesiam, vel Sacristiam pertinuisset, atque oneroso permutationis titulo in Mensam Capitularem translatum fuisset *pag.*10.. §. *Ast*.

Studiorum causa non juvat Canonicum absentem, nisi interveniente licentia Episcopi cum Indulto S. Sedis eidem Episcopo exhibito *pag* 105. §. *Addit*.

Studiorum causa non dispensatur, nisi petens dispensationem ad celebres Scholas pergat, Sacrasque Litteras, nempe Theologiam, & jus Canonicum discat *ibidem* §. *Contenduque*.

Studium Gramaticæ, præsertim ubi boni adsunt ludi Magistri, causa sufficiens non est, cur Studiorum causa dispensetur *ibid.*

Suspensio celebrationis Sacrorum difficile conceditur *pag.*43. §. *Et revera*.

Suspensio celebrationis Missarum deneganda non est quousque aliquis reintegratus fuerit de impensis factis pro restauratione Fundorum, quibus onus Missarum infixum est *pag.*42. §. *Temporariam*.

Testa-

T

Testatoris voluntas, quod Cappellanus sit actu Sacerdos stat potius demonstrativè, quam taxativè *pag.*107. §. *Illa*.

Testatoris prohibitio iniquitatem numquàm secum ferre potest *pag.*13. §. *Aperta*.

Testes injurati nihil probant *pag.*73. §. *Quidquid*.

V

Ungula à pollice avulsa causa non est, quod sic affectus ab Ordinibus repellatur *pag*.33. §. *Sin verò*.

Unio Beneficii concedenda non est ubi ea petitur propter distantiam Parochianorum, cum tunc nova potius Parochia erigi debeat *pag.*40. §. *Aut petuntur*.

Vocatus passive à Fundatore non indiget præsentatione Patronorum *pag.*63. §. *Quoties*.

Voluntas Defuncti commutanda est, quando necessarium est reparationis opus, nec alius reparandi modus præsto est *pag.*42. §. *Tertius*.

Præsertim ubi Testatoris voluntas non tollitur, sed ad tempus dumtaxat suspenditur *pag.*42. §. *Præsertim*.

FINIS.

THESAURUS RESOLUTIONUM SAC. CONGREGATIONIS CONCILII

Quæ consentanee ad Tridentinorum PP. Decreta, aliasque Canonici Juris Sanctiones

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM SAC. CONGREG.

OBEUNTE

R. P. D. CARRARA

Prodierunt in Causis sub annum 1776.


PROPOSITIS

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis in Ecclesiastico Foro versantibus apprime utilis, ac necessarius.

TOMUS XLV.

TRIPLICI

INDICE LOCUPLETATUS.



ROMÆ MDCCLXXVII.

Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

INDEX
ALPHABETICUS CAUSARUM

Quæ in Sacra Congregatione Concilii propositæ fuerunt anno 1776. per Diœceses dispositus.

A

ALatrina Dotium 3. Februarii, & 30.. Martii *pag.26, &* 41.
Amerina Applicationis 7. Septembris, 23. Novembris *pag.*120., *&* 124.
AsculanaCommutationis voluntatis 20. Januarii *pag.* 2.
Asten. Matrimonii 2. & 30. Martii, & 18. Maii *pag.*30., 41., & *61*.

B

BAlneoregien. 7. Septembris,& 23. Novembris *pag.116. &* 124.
Balneoregien.Ecclesiæ Cathedralis 22. Junii 13 Julii, & 17. Augusti *p.*80. 84. *& 96.*

C

CAjetana Commutationis Voluntatis 12. Junii, & 13. Iulii *pagin.* 77., *&* 83.
Callien. Matrimonii 17. Augusti, & 7. Septembris *pag.*100., & 112.
Camerinen.Translationis oneris Missarum 27. Aprilis, & 18. Maii *pagin.56., & 62.*
Caputaquen. 11. Iulii, & 17. Augusti *pag.91., & 96.*
Civitatis Castellanæ Emphyteusis 7. Septembris, & 23. Novembris *pagin.*113., *&* 123.
Civitatis Plebis 7. Septembris. & 23. Novembris *pag.*117., *&* 124.
Comaclen. Cappellaniæ 3. Februarii, & 2. Martii *pag.* 16., *& 29.*
Comen. Dispensationis 22. Jnnii, & 13. Julii *pag.79.*, *&* 84.
Cremonen. Dispensationis 20. Januarii *pag.*2.

F

FAventina Distributionis 22. Junii & 13. Julii *pag.*74. *&* 83.
Florentina Reductionis Missarum 13. Julii *pag.* 84.
Firmana 17. Augusti, & 7.Septembris *pag.96. &* 111.
Firmana Emphyteusis 30.Martii,& 27. Aprilis *pag.*49., *&* 52.

H

HOrtana 20. Januarii *pag.*1.
Hortana 13. Martii, & 27. Aprilis *pag.* 47., *&* 51.
Hortana Stipendii, & Liberationis a Molestiis 17. Augusti, & 7. Septembris *pag.* 106. *&* 112.

I

INteramnen. 17. Augusti, & 7. Septembris, & 23. Novembris *p.*108. 112., & 123.
Interamnen. Reductionis 18. Maii, & 22. Junii *pag.65.*, *&* 73.

L

LEodien. 20. Januarii *pag.* 1.
Leodien. Jubilationis 17. Augusti, & 7. Septembris *pag.* 103., & 112.
Leodien. Prorogationis Indulti 18.Maii, & 22; Junii *pag. 67.*, *&* 74.

Ma-

M

MAceraten. 3. Februarii, & 2. Martii *pag.* 20., *&* 29.

Messanen. Reductionis Oneris Missarum 23. Novembris *pag.* 134.

N

NEpesina 20. Januarii *pag.* 1.

Nepesina Reductionis 18. Maii, & 22. Junii *pag.* 70., *&* 74.

Novarien. Indulti 23. Novembris *pagin.* 132.

Nullius Sancti Michaelis de Clusa 20. Januarii *pag.* 2.

O

OScen. Servitii Chori 27. Aprilis, & 18. Maii *pag.* 55. *&* 62.

P

PErusina Cappellaniæ 3. Februarii, & 2. Martii *pagina* 18., *&* 29.

Papien. Reductionis Missarum 3. Februarii, & 2. Martii *pag.* 19., *&* 29.

Pisauren. Reintegrationis, & Reductionis Missarum 11. Julii, & 17. Augusti *pag.* 90., *&* 95.

Perusina Prioratus 30. Martii, & 23. Aprilis *pag.* 42., *&* 51.

R

REgien. Reductionis Servitii Chori, & Missarum 30. Martii, & 27. Aprilis *pag.* 48., *&* 52.

Ripana 20. Januarii, & 3. Februarii *pag.* 8. *&* 15.

Romana Habilitationis 13. Julii *pag.* 86.

Romana Subsidii Dotalis 2., & 30. Martii, & 27. Aprilis *pag.* 37., 42., *&* 51.

S

SEnen. Dispensationis 3. Februarii 2., & 30. Martii *pag.* 23., 30., & 41.

Spoletana 18. Maii, & 22. Junii *pagin.* 63., & 73.

Syracusana Reductionis Missarum 27. Aprilis, 18. Maii, & 22. Junii *pagin.* 59., 63., & 73.

T

TAurinen. 2. Martii, & 30. Martii *pag.* 35., *&* 42.

Taurinen. 13. Julii, & 17. Augusti *pag.* 88. *&* 95.

Taurinen. Cappellaniæ 23. Novembris *pag.* 129.

Tudertina Reductionis Onerum 20. Januarii, & 3. Februarii *pag.* 9. *&* 15.

V

VErulana Jurium Parochialium, & Præeminentiarum 27. Aprilis, & 18. Maii *pag.* 52., *&* 62.

Viterbien. Matrimonii 23. Novembris *pag.* 124.

FINIS.

Die Sabbathi 20. Januarii 1776. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

REassumere non gravabuntur EE. VV. folium præteritæ Congregationis diei 2. Decembris mox elapsi anni, & sequentibus Dubiis tunc non resolutis, & ad præsentem Congregationem dilatis sapientissimè de more respondere.

LEODIEN.

Sess. 24. cap. 14. de Reform.

I. *An Statutum, seu Decretum Capitulare diei 21. Januarii 1628. sustineatur in casu &c.*

II. *An Canonico Carolo Theodoro de Diffuii debeatur portio fructuum provenien. ex Vino Vinearum locatarum, seu, ut ajunt, Stutorum, & ex venditione Arborum, Lignorum, & Glandium prò duobus annis primæ residentiæ in casu &c.*

Iterum proponatur.

HORTANA.

Sess. 6. cap. 2. de Reform.

An, & quomodo Oratoris precibus sit annuendum in casu &c.

Negative, & amplius.

NEPESINA.

Sess. 6. cap. 2. de Refor., & sess. 24 cap. 12. de Refor.

I. *An, & à quo tempore debeantur punctaturæ in casu &c.*

II. *An quoad futurum sit concedendum Indultum Exemptionis in casu &c.*

Ad Primum affirmative a die captæ possessionis, & amplius.

Ad secundam negative, & amplius.

Seff. 23. cap. 6. de Reform.

CREMONEN. DISPENSATIONIS.

An fit confulendum Sanctiffimo pro difpenfatione in cafu &c.

Affirmative ufquedum ad legitimam ætatem pervenenerit, adimpletis oneribus, & amplius.

Sefs. 25. cap. 5. de Reform.

NULLIUS SANCTI MICHAELIS DE CLUSA.

An, & quomodo Oratoris precibus fit annuendum in cafu &c.

Affirmativè juxta votum Vicarii Capitularis, & confenfum intereffe habentium ad vitam Oratoris tantum, adimpletis oneribùs.

Sefs. 22. cap. 6. & cap. 9. de Reformat.

ASCULANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. Jacobus de Comitibus Afculanus die prima Augufti 1730. fuum ultimum condidit Teftamentum, quo ejus Animam hæredem univerfalem inftituit. Executores vero fuæ voluntatis in Teftamento expreffæ, & fubinde exprimendæ declaravit pro Bonis Florentiæ, & in Hetruriæ Statu fitis Marchionem Carolum Rinuccini, Hieronymum Vyeri, & Manilium Urbani: Pro Bonis autem exiftentibus Urbis, & Afculi nominavit Rectorem pro tempore Collegii fuppreffæ Societatis Jefus una cum geminis Nobilibus Afculanæ Civitatis, cui Rectori in cafu illius renuentiæ fubftituit Priorem pro tempore Conventus Patrum Ordinis Prædicatorum Afculi, & fimiliter in cafu, quo hic etiam Prior injunctum onus refpueret, alios fubrogavit diverfarum Religionum Superiores, & in extremum fubfidii cafum fubftituit Vicarium generalem Afculani Epifcopi pro tempore exiftentem, nec non Vicarium Capitularem, Sede Epifcopali vacante.

Voluit Teftator, quod ejus voluntas, & omnia per ipfum difpofita, ac impofterum per Schedulas difponenda fuum

refpe

respective plenarium haberent effectum, & executionem dandam a solis Executoribus Testamentariis = *anche privativamente a qualsivoglia Giudice ordinario, Rev. Fabrica di S. Pietro di Roma, delegato Apostolico, e qualunque altro Superiore Ecclesiastico* = iisdemque vetuit expresse sub pœna caducitatis petendi, vel exequendi commutationem suæ voluntatis vel in totum, vel in parte, ac solum pro dubiæ voluntatis interpretatione jussit Testator, Executores recursum habere debere ad Asculanum Episcopum, sive ad ejus Vicarium Generalem.

Subinde geminas idem Testator obsignavit Schedulas, primam sub die 25. ejusdem mensis Augusti, alteramque die 13. Decembris 1737., & in eis plurima reliquit legata tum prophana, nimirum ad vitam suæ Uxoris, Sororis, suorumque Familiarium, tum pia pro institutione Asculanorum Juvenum, pro Ecclesiarum ornamento, pro pauperibus Clericis, pro Puellis tum nobilis, tum humilis conditionis, & similia, quæ Asculanam Civitatem reddunt illustrem.

Defuncto Testatore, Rita, & Francisca Sorores de Comitibus illius Consanguineæ Pontificium obtinuerunt Rescriptum mandans eisdem Sororibus ad earum vitam assignari annua scuta 60. pro qualibet ex redditibus dictæ hæreditatis, cujus tamen administrationem duodecim post annos renunciavit Rector dicti Collegii suppressæ Societatis Jesus, reportata sub die 14. Martii 1753. ab Asculano Episcopo Sententia declarante, rite, recteque fuisse redditam rationem de Bonis hæreditariis per ipsum desuper administratis usque, & per totam diem 15. ejusdem mensis Martii.

Triduo post hanc latam Sententiam, nimirum die 18. ejusdem mensis Martii Episcopus certior factus de pio legato de Comitibus, obtinuit à sa. mem. Benedicto XIV. gratiam, qua mandatum fuit, ut, commutata voluntate pii Testatoris, ex annuis superextantibus redditibus illius hæreditatis extraherentur annua scuta 200. pro construendo, erigendoque Conservatorio pro Puellis periclitantibus, earumque manutentione.

At vero, inexecuta gratia, decessit Episcopus; è re tamen sua putavit illius in Episcopatu Successor novas offerre preces defuncto Pontifici Clementi XIV., inibique narrata necessitate expectandi mortem Uxoris Testatoris, ejusque Cubicularii, ut, cessatis eorum respectivè legatis vitalitiis, exequibilis gratia fieret, narratisque simul, & confutatis exceptionibus Gratiæ datis ab Executoribus Testamentariis, obtinuit per Rescriptum diei 16. Julii 1770. nedum ejusdem Gratiæ confirmationem, sed applicationem etiam aliorum annuorum scutorum 120. post obitum dictarum

Sororum de Comitibus, quibus ea virtute Pontificiæ concessionis, quousque vivunt, persolvuntur.

Utrumque Pontificium Rescriptum exequendum esse declaravit Vicarius Generalis Asculi suo definitivo decreto, à quo ab Executoribus Testamentariis interposita Appellatione, Causæ cognitio ex decreto Emi Pro-Auditoris SSmi ablegata fuit ad hanc Sacram Congregationem cum clausula = *de aperitione Oris arbitrio ejusdem Sacræ Congregationis* adversus antedicta Pontificia Rescripta desuper ab Asculanis Episcopis obtenta.

Tria sunt quæstionis capita, quæ à Promothore Fiscali Curiæ Episcopalis Asculi proponuntur. Primum caput est, ut ex redditibus hæreditariis de Comitibus assignentur Conservatorio Orphanarum S. Josephi Asculi nunc annua scuta 200., & alia scuta 120. post obitum Sororum de Comitibus vi duplicis Rescripti Supremi Principis, contra quod locus esse non potest oris aperitioni, cum nulla fuerit obreptio, nulla subreptio. Adest enim justa, & rationabilis causa commutandi voluntatem Jacobi de Comitibus, quæ gravior non datur ea, nimirum claudendo in dicto dilatando tamen Conservarorio Puellas periclitantes, quibus Asculana Civitas abundat.

Alterum caput est, ut Administrator, & Executores Testamentarii supradictæ Hæreditatis licet exempti compellendi sint ad reddendam Episcopo rationem gestæ administrationis juxta præscripta à Sacrosancto Concilio Tridentino *Sess.* 22. *cap.* 8. *de Reform.*, *in clementin. cap. unic. de Testament.*, *Rota coram Molin decis.* 672. *num.* 32., *& decis.* 673. *num.* 7., *&* 8., *& in Barchinonen. Administrationis Causæ piæ* 4. *Maij* 1742. *§.* 6. *coram bo. mem. Nunez*.

Tertium demum caput est, ut hujus litis expensæ, quas agunt Administrator, & Executores Testamentarii adscribendæ sint non hæreditati de Comitibus cum Operis pii detrimento, sed quidem ipsis met Administratori, & Executoribus Testamentariis, qui præsentem litem sustinent nullo jure suffulti, ut in simili casu pluries definivit Sacra Congregatio, & præsertim *in Montis Falisci Expensarum Litis* 20. *Augusti*, *& Viterbien. Expensarum Litis* 17. *Decembris anni* 1768. *in Faventina Redditionis Rationis* 8. *Augusti* 1772. *quoad penult. Dubium*, & nuperrime *in Lauretana Jubilationis quoad III. Dubium* 2. *Decembris mox elapsi anni* 1775.

Urgent è contra, contenduntque præfati Administrator, & Executores Testamentarii, nullum esse utrumque Pontificium Rescriptum, quia fuerunt Pontifici falsa narrata, veraque reticita; Falsò quippe narratum fuerat, necessariam esse constructionem, & erectionem Conservatorii pro Puellis periclitantibus, pro quibus, probata fundatione

Con-

Conservatorii S. Josephi, jam illud erat erectum, jamque fundatum: Fueratque simul reticitum, Testatorem expresse prohibuisse voluntatis suæ commutationem, quo reticito, gratiam subreptitiam, & nullam esse tradiderunt *Pignat. Consult. Canon.* 148. *num.* 13. *tom.* 4., *Rot. coram Kaunitz decis.* 57. *num.* 1., *& in Reatina Salviani* 16. *Junii* 1704. §. *Subreptio coram bo. mem. Omanna*.

Et quamvis Administratores Operarum piarum ex Concilio Tridentino *Sess.* 22. *cap.* 9. *de Reform.* teneantur singulis annis de Administratis rationem Episcopo reddere, sustinent tamen, id procedere, dummodo non fuerit aliter in ordinatione, vel in fundatione, ut in casu, cautum, atque præscriptum, veluti habetur ex finalibus verbis *dicti cap.* 9. *de Reform. Sess.* 22. Concilii Tridentini, & consentaneè firmarunt *Pax Jordan. Elucubrat. Canonic. lib.* 7. *tit.* 9. *numer.* 30., *Garz. de Benef. cap.* 2. *num.* 105., *Amostaz. de Caus. piis lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 32. *in fin.*, *& num.* 42., *Rot. in Nucerina Canonicatus* 6. *Decembris* 1751. §. 13. *coram Eminentissimo Elephantutio*.

Demumque contendunt, expensas hodiernæ litis cedere debere damno hæreditatis de Comitibus, non autem Exequutorum Testamentariorum, qui jura non propria, sed hæreditatis sustinent, & qui pro executione piarum dispositionum agunt, & qui denique prohibiti fuerunt à Testatore etiam sub pæna privationis, & caducitatis nedum petere, sed etiam exequi gratiam commutationis illius voluntatis.

Regula juris est, ultimas Morientium voluntates esse stricte servandas, custodiendas, & exequendas, nunquam vero commutandas, prout frequentissimæ sunt Resolutiones Sacræ Congregationis, & in specie *in Taurinen. Commutationis Voluntatis* 20. *Decembris* 1732., *in Florentina Commutationis Voluntatis* 15. *Februarii* 1747. Nimia quippe facilitas in derogando ultimis Testatorum voluntatibus efficere potest, ut viventes, qui id fieri vident de Testamentis Mortuorum, minus proni sint ad similes pias dispositiones ineundas, ut sapientissime advertit *Card. Petra in Comment. Tom.* 3. *ad Constit.* 7. *Innocentii IV. num.* 50., ubi etiam addit, idcirco expedire, ne etiam in melius fiat commutatio, quando hujusmodi commutationi aperta, prout in hypothesi, resistit voluntas Testatoris, & tradit *Piton. Controvers. Patron. allegat.* 50. *sub num.* 2., *& num.* 9., *& Rot. coram Rezzonico decis.* 158. *num.* 3., *&* 4.

Limitatur hæc regula, vel quando pium opus, quod Testator fieri voluit, impleri non possit, tunc mutanda voluntas est, quam ipse Testator mutasset in aliud simile pium opus, ut ex Modestini responso *in l. Legatum* 16. *ff. de usu, & usufruct. legat.*, & ex rescripto Pontificis *in cap. Nos quidem*

dem de Testam. tradunt *Bartol. in L. Pater filium Tusculanus ff. de Legat. 3.*, *Gonzal.*, *& Fagnan. in eodem cap. 3. a numer. 13. ad 27. de Testam.*, *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 81.*, *Card. de Luc. ad Concil. Trident. disc. 21. num. 3.*, vel quando justa, & rationabilis adsit commutandi causa, ut cohærenter ad censuram Sac. Conc. Trid. *Sess. 22. cap. 6. de Reform.* probant *Fagnan. in cap. Relatum num. 36. ne Cleric. vel Monac.*, *Monet. de Commut. ult. volunt. cap. 6. num. 26.*, *Pignattell. Consult. Canonic. tom. 4. consult. 148. num. 12.*, *& Rot. in Romana, seu Bononien. Collegii 24. Martii 1732. §. Secluso coram clar. mem. Card. Aldrovando.*

Neutrum tamen in hypothesi concurrere videtur. Non primum, quia pium opus a Jacobo de Comitibus ordinatum commode impletur, & impleri potest in Asculana Civitate, quin imo nulla proponitur quæstio, quæ difficultatem adimplementi vel a longe demonstret. Non quidem alterum, quia Puellis periclitantibus satis consultum esse debet jam olim erecto Conservatorio S. Josephi Orphanarum, quod pro eis etiam fundatum fuit, & pro eis sufficiens est, remotis ex illo Fœminis inibi receptis, & admissis contra legem Fundationis, & in quo eædem Puellæ cum redditibus Conservatorii, & cum earum laboribus vivere, seseque alere commode possunt. Egestati vero aliarum Puellarum, quæ degunt extra Conservatorium, occurrendum est dotibus a dicto pio Testatore relictis, nec non cura, & vigilantia Parochorum, ac demum quarta parte reddituum Episcopatus, & oblationum Fidelium, ut per *Text. in Can. Quatuor 12. qu. 2.*, docent *Barbos. de Offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 64. sub num. 5.*, *Franc. de Eccles. Cathedr. cap. 13. num. 16.*, *& seq.*

Rursus animadvertendum est, in primis precibus petitam fuisse concessionem annuorum scutorum 200. detrahendorum ex redditibus superextantibus à Testatore destinatis pro augendo numero tum Sacrorum Patrimoniorum pro miserabilibus Clericis, tum Dotium pro pauperibus Puellis, illorum tamen superextantia, impletis Legatis piis, vel tunc, vel modo minime probata.

In secundis vero precibus confirmationem & executionem primæ gratiæ scutorum 200. superadditis aliis annuis scutis 120. postulatam fuisse super Legatis vitalitiis, quorum aliqua jam erant extincta per obitum Uxoris Testatoris, ejusque Cubicularii, & reliqua debebant extingui post obitum Sororum de Comitibus, Pontifici tamen reticito, quod Testator de hisce particularibus Legatis, Legatariis defectis, expresse disposuerat, dum voluit, quod deponerentur annua scuta 60. = *acciò a capo a sei anni possino detti denari servire per maritare in perpetuo una Gentil donna povera d'Asco-*

d'Ascoli = itemque = *che questa dote possa servire anche per far Monaca una Gentil donna* = nec non deponerentur alia annua scuta 100. = *per abbellire le Chiese, ed Altari delle medesime, e voglio, che per ciascun Altare si spendino scudi* 500. *Romani in cinque anni a ragione di scudi* 100. *l'anno*.

Sacra Congregatio in his terminis adversus Pontificiam gratiam tamquam infectam labe obreptionis, & subreptionis esse locum Oris aperitioni sæpe definivit, & præsertim *in Civitatis Plebis Commutationis Voluntatis ad I. Dubium* 13. *Januarii* 1731., *in Maceraten. aperitionis Oris* 23. *Augusti* 1760., *& in Bononien. Aperitionis Oris* 14. *Maij* 1763., ubi disceptato Dubio = *An intret arbitrium pro aperitione Oris, ita ut sit locus revocationi gratiæ, de qua agitur, in casu &c.* = responsum fuit = *Affirmative in omnibus*.

Quod autem pertinet ad redditionem rationis de redditibus hæreditariis Jacobi de Comitibus a Promothore Fiscali postulatam adversus Administratorem, & Executores Testamentarios dictæ Hæreditatis, ponderandum est, Testatorem voluisse quidem, quod nullus Superior Ecclesiasticus, vel laicus sese ingereret in administratione suorum Bonorum, simul & in executione suæ voluntatis, nunquam tamen præcepisse, quod Administrator, & Executores Testamentarii essent exempti a rationum redditione.

Hæc in Causa sunt. Superest modo, ut EE. VV. dignentur sapientissime de more respondere tribus, quæ sequuntur, Dubiis.

I. *An intret arbitrium pro aperitione Oris in casu &c.*

II. *An, quomodo, quibus, & a quo tempore sit reddenda ratio in casu &c.*

III. *An præsens lis agenda sit sumptibus Hæreditatis bo. mem. Jacobi Conti, seu potius sumptibus illius Executorum Testamentariorum in casu &c.*

Ad Primum Dilata, & firmetur tam status Conservatorii, quam hæreditas Jacobi de Comitibus.

Ad secundum esse reddendam rationem Episcopo ab anno 1753., & amplius.

Ad tertium affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

RI-

Sess. 23. cap. 1. de Reform.

RIPANA. Exorta controversia super exercitio Curæ Animarum inter Sacerdotem Marcum Antonium Merlini Præpositum, sive Rectorem Collegiatæ Ecclesiæ S. Nicolai Montis Prandoni Ripanæ Diœcesis ex una, & Sacerdotes Antonium Citeroni, & Emygdium Michelessi Canonicos dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, & Præpositi Coadjutores in Cura Animarum partibus ex altera, post habitam Informationem Episcopi Ripani deventum fuit ad subscriptionem Dubii = *An, quo tempore, & quomodo Canonici Coadjutores teneantur coadjuvare Præpositum in Cura Animarum in casu &c.* =, eoque proposito, & non resoluto in Congregatione *diei 17. Junii superioris anni* 1775., in sequenti tamen *diei 8. Julii ejusdem anni* responsum fuit = *Teneri alternis hebdomadis ad formam Bullæ Erectionis, ita tamen ut unus teneatur principaliter, & alter in subsidium, & amplius*.

Episcopus in dicta Informatione retulit = *Hi duo Canonici Coadjutores quamvis male in eodem supplici libello redarguantur* (hoc est in libello Præpositi) *partes suas explent omnes ad formam Bullæ Erectionis, & præfatæ Concordiæ, non autem juxta desiderium Præpositi, cui etsi præcipue Curæ onus incumbat, credit tamen se exemptum ab administrandis Sacramentis præsertim Infirmis in Territorio degentibus*.

Cum autem Præpositus adhuc authumet, residere penes ipsum, ac penes Canonicos Coadjutores *indistinctum* onus Curæ Animarum, idcircò, Coadjutoribus instantibus ad dirimendas plurimas controversias subinde obortas super tempore, & modo, quibus Canonici debeant coadjuvare Præpositum, oportet, ut modo de onere Præpositi, deque onere Coadjutorum principaliter, & specificè cognoscatur.

Contendunt Canonici Coadjutores, hoc promiscuum, & indistinctum onus quoad administrationem Sacramentorum scriptum non reperiri in Bulla Erectionis, excepta Doctrina Christiana una cum Præposito Pueris docenda singulis Dominicis, aliisque festivis diebus.

Jus verò præcipere, Præpositum, & quemlibet alium Parochum, qui aliquo legitimo non sit impedimento detentus, nec in parochialibus exercitiis occupatus, teneri per seipsum Animarum Curam exercere, & potissimum morientibus Parochianis assistere, quemadmodum cum aliis notant *Fagnan. in cap. Extirpandæ §. Sane num.* 4, *de Præbend.*, *Barbos. ad Concil. Trident. sess.* 23. *cap.* 1. *num.* 48. *de Reform.*, *Monacell. in Formular. Legal. For. Eccles. tom.* 1. *tit.* 10. *form.* 18. *num.* 14., & hæc Sacra Congregatio definivit in *Sabinen. Jurium Parochialium* 10. *Martii* 1742. *ad V. Dubium*, quoad instantiam Canonicorum Coadjutorum, interrogatis Eminentissimis PP. = *An Parochus præsens, & non impeditus, nec in aliis exercitiis parochialibus occupatus debeat per se ipsum exercere munia parochialia* = Responderunt = *Affirmativè*.

Quo

uo posito sustinent Canonici, ipsos in Cura Animarum Coadjutores esse in casu tantum necessitatis, puta, si Præpositus sit in exercitio Curæ, vel sit in Concionibus, vel Sacrum celebret, vel ægrotet, & similia, quæ Præpositum impediunt Infirmis accurrendi, quoniam in unoquoque necessitatis casu Canonici Coadjutores alternis hebdomadis, nimirum unus principaliter, & alter in subsidium, auxilium Præposito præstare tenentur; maxime quia ipsi nihil de Decimis, nihil de juribus Stolæ, ac nihil de aliis Parochialibus emolumentis participant, quibus in terminis, remoto casu necessitatis, casu scilicet, quo sit impeditus Præpositus, cogendi non sint illum coadjuvare in Curæ Animarum exercitio, ut declaravit Sacra Congregatio in *Montis Falisci Onerum Parochialium* 8. *Maii* 1706. *lib.* 56. *Decr. pag.* 148., *in Caputaquen. quoad VI. & VII. Dub. diei* 14. *Maii* 1729., *& in Sypontina* 1. *Decembris* 1736.

Quid excipiat Præpositus, ignoramus. Videant itaque Patres Amplissimi, qua juris ratione expedienda sint Dubia, quæ proponuntur.

I. *An Præpositus teneatur per se ipsum exercere munia parochialia, itaut eo nonnisi legitime impedito, teneantur Coadjutores illum coadjuvare in exercitio Curæ Animarum alternis hebdomadis juxta ordinem præscriptum in resolutione Sacræ Congregationis diei* 8. *Julii* 1775. *in casu &c.* = & quatenus negative ad secundam partem.

II. *An onus coadjuvandi ita promiscum, & indistinctum esse debeat inter Præpositum, & Coadjutores in eorum respectiva hebdomada, ut isti indistincte cum Præposito teneantur exercere Curam Animarum in casu &c.*

TUDERTINA REDUCTIONIS ONERUM. Quatuor Cappellanis totidem Cappellaniarum institutarum a Theodoro Pellegrini é Monte Castro Tudertinæ Diœcesis exoptantibus reductionem Missarum, aliorumque onerum, quibus Testator Cappellanos gravaverat, tum quia Prædium nuncupatum *gli Banditi*, seu *gli Renari*, quod a Cappellanis communiter, & pro indiviso possidebatur, fuerat corrosum a Flumine Tyberi, tum etiam quia cætera Bona pro fundo Cappellaniarum assignata in valore, & in redditu valde decreverant, ad illorum petitionem *die* 8. *Aprilis superioris anni* 1775. propositum fuit Dubium = *Sess.* 25. *cap.* 13. *de Reform.*

An, & quomodo sit locus reductioni Missarum, vel aliorum onerum in casu &c. = super quo in sequenti Congregatione diei 6. Maii ejusdem anni prodiit rescriptum = *Dilata, & scribatur Episcopo Administratori juxta instructionem* = , quæ in eo versata est, ut Episcopus Administrator Sac.Congregationi distincte referret, quantum ex Fluminis corrosione supersit ex supradicto Prædio *li Banditi*, seu *li Renari*, quantique sint ejus redditus, qui in singulos Cappellanos partiuntur.

Præterea cum pro fundo Cappellaniæ sub invocatione S. Josephi fuerint in origine assignata Bona valoris scut. 1400., exactius inquireret, an suapte natura, seu potius hodierni, vel prædecessorum Rectorum culpa adeo enormis evenerit capitalium imminutio, ut ad scuta 360. decreverint, & probato decremento ex culpa Possessorum Cappellaniarum, an utiliter contra eorum Bona, & hæredes locus sit actionum experimento pro damnorum emendatione: Ac demum cum plura melioramenta in superextantibus Bonis prædictarum Cappellaniarum facta asserantur, referret, quid de præsenti eorum statu, & quid in posterum sperandum sit ex augumento eorum reddituum; etiam adhibito Peritorum judicio.

Jussu S.Congregationis obtemperans Episcopus Administrator alteram nuperrimè transmisit Relationem, quę sequens est= *Ad habendam puriorem facti veritatem super statu Bonorum quatuor Cappellaniarum à Theodoro Pellegrini institutarum novos assumpsi Peritos, qui denuo, omnibus inspectis, ad me, quæ sentirent, referrent. Ex eorum itaque peritia patet de qualitate Stabilium, & signanter de Agro* Banditi, *seu* Renari *nuncupato, quo olim Oratores communiter utebantur. Hic amplius non extat, neque spes est ulla, ut Tyber, quemadmodum aliquando solet, eum reddat: Etenim viciniorem quoque invasit agellum, eumque abstulit, itaut per eos ambos continuo fluat.*

De bonis præterea Cappellaniæ S. Josephi, cui Testator principio assignaverat scuta 1400., *iidem Periti distincte indicant, quo pacto evaserint deteriora: Unde nec Decessorum, neque Oratorum culpa tantum detrimenti evenit, itaut ab eis repeti possit; Quod si aliqua actio congrueret pro illis Cappellaniæ sub titulo S. Caroli, inanis foret, quoniam Sacerdos Micchelettì postremus Decessor neque Bona, neque hæredem reliquit. Denique ostendunt Oratores, Sacra Supellectilia prompta indigere restauratione, & nonnulla esse comparanda. Quamobrem cum valor Bonorum, eorumque redditus sint adeo imminuti, Bonaque ipsa ne amplius deteriora fiant, annuatim sint reparanda, vel restauranda, Missarum reductioni, quacumque non obstante Testatoris prohibitione, locum esse censerem.*

Concluditque = *Cum enim nihil, quod ortum sit, æternum esse*

se possit, nihilque immutabili æternitate contineatur, ipsam quoque Testatoris voluntatem deficere necesse est, & fortasse tractu temporis fiet omnino, nisi in administratione suarum Cappellaniarum, prout in altera mea Relatione humiliter exposui, provideatur.

His igitur in facto superadditis, resumptoque folio diei 8. Aprilis 1775., onus erit EE.VV. decidere

An, & quomodo sit locus reductioni Missarum, vel aliorum onerum in casu &c.

VERULANA. Matthias Bisleti Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ S. Erasmi Verularum condito Testamento die 5. Januarii 1761. sex in eadem Ecclesia jussit esse erigendas Cappellanias, seu Beneficia de Jurepatronatus suæ Familiæ, pro quorum dote assignavit tot Bona annui redditus scutorum 300. æqualiter partiendorum inter Beneficiatos, quibus præ cæteris idem Testator onus adjecit = *Giornalmente officiare in Coro con l' Abbate, e Canonici di detta Collegiata, e servire per Turno da Diacono, e Suddiacono nelle Messe solenni, ed esercitare altri Officii, che sogliono esercitare gli Beneficiati nelle altre Collegiate insigni.* *Seff.24.cap.12. de Reform.*

Die 28. Martii 1765. è vivis ereptus fuit Testator; hinc Xaverius Bisleti illius germanus frater, & hæres Beneficia erexit cum honoribus, & oneribus scriptis in fraterno Testamento. Beneficiati proprio muneri non defuerunt per trium fermè annorum tempus, quoniam iidem præsentes semper fuerunt ad psallendum in Choro cum Abbate, & Canonicis, & cum eis interfuerunt singulis Sacris Functionibus in Tabella notatis, quæ peragi solent a Capitulo tam pro Vivis, quàm pro Defunctis.

Nuperrimè detrectarunt Beneficiati eorum operam, & servitium Abbati, & Canonicis præstare in iis Functionibus, Missisque solemnibus, pro quibus ex piorum Benefactorum largitate certum annuum emolumentum Capitulo fuerat constitutum, prout etiam in adventitiis Anniversariis, pro qnibus certum itidem emolumentum solvitur Capitulo, quia Abbas, & Canonici destiterunt eadem emolumenta partire cum Beneficiatis, quos antea de hisce emolumentis participes reddere non dubitaverant.

Quapropter Abbas, & Canonici preces Sacræ Congregationi por-

porrexerunt, ut compellantur Beneficiati ad interessendum Choro, nec non ad eorum operam præstandam in Missis solemnibus tum pro Vivis, tum pro Defunctis, & in omnibus Sacris Functionibus, nulla excepta, in quibus intersunt Abbas, & Canonici, sine ulla emolumentorum comparticipatione, ea freti voluntate Fundatoris expressè mandantis, Beneficiatos interesse debere Choro, fungique turnatim munere Diaconi, & Subdiaconi in Missis solemnibus, quoniam cum eædem sint Missæ solemnes, quæ pro Vivis, & quæ pro Defunctis celebrantur, dicendum sit, Testatorem de utraque Missarum specie sensisse juxta intelligentiam verborum, quæ *in genere* prolata fuerunt *ad Text. in Leg.* 1. §. *Generaliter ff. de Legat. præstan.*, *Rota Decis. 676. num.* 19. *tom. 3. part.* 1 *coram Molin.*, *& in Florentina*, *seu Forolivien. Censuum* 15. *Junii* 1759. *§. 6. cor. bo. me. Azpuru*.

E'contra Beneficiati non impugnant eorum exercere munus in Sacris peragendis Functionibus, quæ in dicta Collegiata Ecclesia quotidianæ sunt, & a Rubrica prosiliunt: Negant quoad alias, quæ extraordinariæ nuncupantur, & quæ nimirum ex voluntate piorum Hominum inibi peragendæ sunt, certo pro illis ex Testamento, vel donatione, vel contractu assignato emolumento. Contendunt enim, ipsos aut participes fieri istorum emolumentorum, aut esse solvendos ab hoc onere Sacra agendi, cum iniquum sit sine ullo compendio præstari servitium, quod impleri debet a Canonicis, qui commodum sentiunt Legatorum, *ad Text. in*, *Leg. Providendum C. de Decurion. lib.* 10., *Signorel. cons.* 44. *vers.* 2., *Rota decis.392. n.* 24. *part.* 15., *& decis.* 199. *num.*2. *part.* 18. *recen.*

Audito Episcopo, his Beneficiatorum votis adhæret in sua Relatione, quæ ab utraque Parte una cum respectivis Juribus circumfertur.

Ad rem ut plurimum facit Doctorum distinctio. Aut enim agitur de emolumentis pro perpetuis Anniversariis, aliisve Sacris Functionibus Capitulo relictis *ante* fundationem, & erectionem Beneficiorum, & eo casu Beneficiati, qui propriam Massam habent ab illa Canonicorum distinctam, ex præcepto, & voluntate Testatoris eorum præstare tenentur servitium in dictis Sacris Functionibus absque ulla emolumentorum participatione, quia illorum aggregatio nullum inferre potest præjudicium Juribus Canonicorum. Aut res est de Anniversariis, seu Legatis obventis Capitulo *post* eorumdem Beneficiorum erectionem, & tunc Beneficiati munus obire simul, & participes esse debent de emolumentis relictis eidem Capitulo, ut unum casum ab altero distinguendo firmant *Card. de Luc. de Canon. disc. 6. num.* 13. *& seq.*, *Scarfanton. ad Ceccoper. lib.* 1. *tit.* 14. *num.*59. *& seq.*, *& Panimoll. decis.* 98. *num.*10.

Et

Et hanc fuisse sententiam Sacræ Congregationis evincitur in *Sabinen' Erectionis Canonicatuum* 18. *Novembris* 1730., ubi disceptato Dubio = *An*, *&* *quomodo erectio Canonicatuum demandata per Ordinarium sit exequenda in casu* = Responsum datum est = *Affirmative*, *ita tamen*, *ut non participent de Legatis relictis ante erectionem Canonicatuum*, *nec de punctaturis antiquorum Canonicorum absentium*, *&* *amplius*.

Item in *Viterbien.* 15. *Decembris* 1742. quoad II. Dubium ita conceptum = *An Canonici secundæ*, *tertiæ*, *&* *quartæ erectionis debeant admitti ad participationem omnium emolumentorum*, *&* *distributionum provenientium ab exercitio curæ Animarum*, *&* *a Legatis piis tam Missarum*, *quam Anniversariorum relictorum à Testatoribus ante erectionem dictorum novorum Canonicorum*, *seu potius participare debeant de relictis tantum post novas erectiones* = nec non quoad III. Dubium hisce verbis compositum = *An iidem Canonici novi teneantur interesse Choro*, *dum adimplentur onera perpetua spectantia ad antiquos tantum Canonicos* = Et quoad IV., & V. Dubium, quibus disputabatur = *An iidem Canonici novi participare debeant de legato annuo relicto Capitulo ab Olimpia Padovani*, Et quatenus negative = *An teneantur interesse celebrationi Missæ solemnis*. *&* *aliarum Functionum*, *quæ ab eadem Testatrice demandantur* = definitum fuit = *ad II. Negative ad primam partem*, *&* *Affirmative ad secundam* = *ad III. Affirmative* = *ad IV. &* *V. Negative*. In tantum hi enim novi Canonici juxta resolutionem V. Dubii fuerunt effecti exempti ab interessentia celebrationi Missæ solemnis, in quantum eis adjectum in Fundatione non fuerit hoc onus, quod fuit adjectum Beneficiatis Bisleti = *Giornalmente officiare in Coro con l'Abbate*, *e Canonici di detta Collegiata*, *e servire per Turno da Diacono*, *e Suddiacono nelle Messe solenni*.

Ac demum *in Tusculana Participationis 9. Maii* 1744. sub II. Dubio interrogatis Amplissimis Patribus = *An Canonici noviter erecti debeant superlucrari distributiones provenientes tum ex fructibus legatis*, *&* *Funeralibus*, *aliisque obventionibus relinquendis Capitulo post erectionem dictorum Canonicatuum*, *tum etiam ex eleemosynis manualibus*, *quæ in dies à Fidelibus distribuuntur pro decantandis Missis tam de Requie in die obitus Defuncti*, *quam de Sanctis in eorum Festivitatibus* = responsum prodiit = *Affirmative*, *&* *amplius* = Quo vero ad participationem Legatorum Capitulo relictorum *ante* novam erectionem Canonicatuum, & quoad interessentiam, & implementum antiquorum onerum faciendum etiam a novis Canonicis, dubitatum sub V., & VI. Dubio fuit = *An Canonici noviter erecti debeant participes fieri de distributionibus provenientibus ex legatis jam acquisitis Capitulo*, *&* *Canonicis antiquis ante erectionem novorum Canonicorum*, Et quatenus negativé = *An Canonici noviter erecti teneantur inter-*

teres-

tereſſe, *& ſatisfacere oneribus Miſſarum fixis ſupradictis Legatis* = .& utrique Dubio data fuit reſolutio, nimirum ad V. = *Negative*, *& amplius* = ad VI. = *Affirmative*, *& amplius*.

Quibus perpenſis pertinet ad Eminentias Veſtras declarare

I. *An Beneficiati Bisleti teneantur intereſſe Choro*, *ac inſervire Miſſis Cantatis*, *& Saris Functionibus provenientibus ex voluntate piorum Fundatorum* = & quatenus affirmative.

II. *An dicti Beneficiati admittendi ſint ad comparticipationem emolumentorum illis aſſignatorum in caſu &c.*

Die Sabbathi 3. Februarii 1776. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

TRes, quæ sequuntur, Causæ in ultima Amplissimi Ordinis Congregatione habita die 20. elapsi mensis Januarii dilationem obtinuerunt ad hanc Sacram Congregationem. Rogantur itaque Eminentissimi Patres, ut Folium ejusdem Congregationis iterum consulant, & eas expediant.

RIPANA. *Sess. 23. cap. 1. de Reform.*

I. *An Præpositus teneatur per se ipsum exercere munia parochialia, itaut eo nonnisi legitime impedito, teneantur Coadjutores illum coadjuvare in exercitio Curæ Animarum alternis hebdomadis juxta ordinem præscriptum in resolutione Sacræ Congregationis diei 8. Julii 1775. in casu &c.* = & quatenus negative ad secundam partem

II. *An onus coadjuvandi ita promiscuum, & indistinctum esse debeat inter Præpositum, & Coadjutores in eorum respectiva hebdomada, ut isti indistincte cum Præposito teneantur exercere Curam Animarum in casu &c.*

Præpositum principaliter teneri ad exercitium Curæ, & una simul subsidiarie etiam Coadjutores alternis hebdomadis juxta antecedentem resolutionem, ita ut si vocati fuerint a Parochianis, accurrant, & suppleant in reliquis Vices Præpositi, & rationabili causa impediti, & ad mentem, & mens est, quod Episcopus provideat in Casibus Particularibus pro sua æquitate, & prudentia, & scribatur juxta instructionem, & amplius.

TUDERTINA REDUCTIONIS ONERUM. *Sess. 25. cap. 13. de Reform.*

An, & quomodo sit locus reductioni Missarum, vel aliorum onerum in casu &c.

Affirmative juxta Votum Episcopi, & ad mentem, & mens est, ut Episcopus incumbat pro manutentione, & Melioratione Bonorum.

VE-

Sess. 24. cap. 12. de Reform.

VERULANA.

I. *An Beneficiati Bisleti teneantur interesse Choro, ac inservire Missis Cantatis, & Sacris Functionibus provenientibus ex voluntate piorum Fundatorum* = & quatenus affirmative

II. *An dicti Beneficiati admittendi sint ad comparticipationem emolumentorum pro illis assignatorum in casu &c.*

Ad I. Affirmative dummodo admittantur ad parricipationem.

Ad II. Provisum in primo.

Sess. 24. cap. 12. de Reform.

COMACLEN. CAPPELLANIÆ. Beneficium, seu Cappellaniam, quam pia Mulier Maria Solaini fundaverat onere adjecto Cappellano celebrandi per se ipsum quinque Sacra in qualibet hebdomada, & in Altari Divi Antonii Patavini in Ecclesia Suffragii Civitatis Comaclen., per nominationem obtinuit Sacerdos Joseph Fantini. Exorta quæstio fuit Fantinum inter, & Promothorem Fiscalem Ecclesiasticæ Curiæ Comaclensis super residentia Fantini in loco Beneficii: Liteque contestata in eadem Curia Episcopali, Sententia prodiit, qua fuit indicta Sacerdoti Fantini pœna privationis Beneficii, nisi injunctæ Missarum celebrationi per se ipsum adimplevisset.

Ab hac Sententia appellavit Fantinus ad Tribunal A.C., precesque tamen porrexit huic Sacræ Congregationi pro facultate adimplendi per alium onera Cappellaniæ, fuitque in Congregatione *diei* 18. *Septembris* 1773. propositum Dubium = *An Sacerdos Joseph Fantini ratione Cappellaniæ, de qua agitur, teneatur ad residentiam, ita ut Sententia Episcopi sit exequenda in casu &c.* = cui in subsequenti Congregatione *diei* 18. *Decembris ejusdem anni* 1773., & in contumaciam Sacerdotis Fantini responderunt Emi Patres = *Affirmative in omnibus*. Cum vèro Sacerdos Fantinus adversus hanc definitionem *audiri* postulaverit, instat Promothor Fiscalis pro confirmatione jam editæ Resolutionis: Urget e contra Sacerdos Fantini, ut *à decisis* recedatur.

Sustinet enim, rem agi de Cappellania simpliciter Sacerdotali, quoties Cappellano nullum in Littera Fundationis adiicitur Officium, nulla residentia. Et quamvis Testatrix voluerit, Cappellanum Sacra celebrare debere per se ipsum, hoc tamen præceptum nil aliud importare, nisi residentiam *causativam*, non autem præcisam, per

quam

quam Cappellanus celebrans per alium Sacerdotem implere dicatur onera Cappellaniæ tamquam unice Sacerdotalis, juxta Sententiam *Calderin. in cap. super inordinata de Præben.*, de qua *Lupus alleg. 35. num. 2.*, *Rot. decis.* 817. *per tot. cor. Merlin.*, & definivit hæc Sacra Congregatio *in Romana Cappellaniæ 29. Augusti* 1702. *lib.* 72. *decr. pag.*415., *in Vlyssiponen. Cappellaniæ* 17. *Novembris* 1725., *&* *in Senogallien. Mansionariæ* 16. *Maii* 1773.

Maximè quia Cappellano non celebranti per se ipsum nulla fuit imposita privationis Cappellaniæ pœna, sine qua residentiæ onus non inducitur *Rot. in recen. decis.* 40. *num.* 5. *part.*4., *&* *coram Falconer. tit. de Benef. decis.* 1. *num.*12., *&* *decis. 6. num.*12., quinimo etiamsì dicta pœna privationis adjecta fuisset per verba affirmativa, adhuc tamen inflicta censeri deberet in casu, quo Cappellanus nec per se, nec per alium celebraret *Fagnan. in Cap. ut Abbates num.* 58., *&* *69. de Ætat.*, *&* *qualit. Ordinandor.*, *Pignatell. consult.*2. *num.*1. *tom.*7., *&* *Rot. cor. Lancett. decis.*829. *num.*20.

Et quatenus ab onere celebrandi inducendum esset onus residendi, nihilominus hoc onus militare deberet in Cappellanis extraneis nominandis à Capitulo Cathedralis Comaclensis, cui Testatrix post ejus extinctam lineam masculinam, & fœmininam Jus præsentandi detulerat, non autem in Cappellanis Consanguineis, vel de Familia Fundatricis Juspatronatus activum, & passivum habentibus, ut est Sacerdos Fantini tamquam ipsius Fundatricis ex Sorore germana Pronepos: Accedente præsertim voluntate ejusdem Testatricis, quæ facultatem tribuit Patronis de sua Familia nominandi = *un Prete ancorche Chierico della Famiglia de Solaini*, *quando ve ne sia sempre il più prossimo di linea mascolina*, *ed in mancanza della linea feminina* = Ex hac enim explicita Fundatricis voluntate sustinet Fantinus, oneri celebrandi per se ipsum nil magis adversari, quam permissa *Clerici* nominatio.

Hæc, & alia plurima profert Sacerdos Fantini in suo Libello circumferendo.

Attamen ponderandum est, aliud esse residentiæ onus, quod infertur ex *simplici* demandata Missarum celebratione, vel ab exercitio alicujus Sacræ Functionis, & aliud, quod elicitur ex verbis *expressis* à Testatrice prolatis, nimirum quod Cappellanus debeat = *celebrare PERSONALMENTE nella detta Chiesa de Suffragii Messe cinque ogni settimana* = In primo namque casu ab onere celebrandi non infertur onus residendi, quod est ab expressis, non autem ex tacito desumendum, & in his terminis loquuntur Doctrinæ Fantini supra relatæ, quibus etiam adhæret hujus Sacræ Congregationis Resolutio *in Romana Cappellaniæ 29. Augusti* 1722., *in Jannen. Cappellaniarum* 14. *Aprilis* 1736.,

quoad I. Dubium , & in Civitatis Castelli Celebrationis Missarum 4. Augusti dicti anni 1736.

Aliter tamen est in secundo casu , de quo agitur ; nam cum Testatrix *expressè* mandaverit , Cappellanum celebrare debere *personalmente* = quod idem est , ac = *per se ipsum* =, hinc constans est sententia Sacræ Congregationis declarandi Beneficium , seu Cappellaniam *residentialem* , Cappellanum vèro teneri non per alium , sed per se ipsum ad oneris implementum, ut præ cæteris habetur in *Tudertina Cappellaniarum proposita die* 11. *Januarii* 1738. , *& resoluta die* 25. *ejusdem* = ubi disceptato Dubio = *An Cappellaniæ , de quibus agitur , sint residentiales , ita ut Cappellani teneantur adimplere per se ipsos onera a Fundatore præscripta in casu &c.* = responsum fuit = *Affirmativè* = , & in *Montis Alti Cappellaniæ* 29. *Julii* 1752. , ubi, primo proposito Dubio = *An Cappellania , de qua agitur , sit residentialis , ita ut Cappellanus Brunati cogendus sit ad celebrationem Missarum per se ipsum sub pœna privationis Beneficii , seu potius adimplere valeat per alium in casu &c.* = resolutio prodiit = *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam .*

Quibus sic stantibus , onus erit EE. VV. , resumpto Folio Congregationis dictæ *diei* 18. *Septembris* 1773. , sapientissimé de more definire

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Sess.23. cap.6. de Reform.

PERUSINA CAPPELLANIÆ . Species , & rationes hujus Causæ datæ fuerunt in *Folio Congregationis* habitæ *die* 14. *Maji* 1774. . Dubium ejus , quod erat = *An sit relaxanda Supplicatio , & respectivè concedenda Dispensatio in casu &c.* = fuit *sub die* 30. *Julii dicti anni* 1774. favore Sacerdotis Jacobi Bacci dissolutum ab Eminentissimis Patribus responso = *Negative* = . Iterum speciem , & rationes Causæ dedimus *in Folio Congregationis diei* 8. *Julii superioris anni* 1775. , quoniam adversus antedictam Resolutionem provocante Clerico Paulo Ughi succumbente , propositum fuit Dubium = *An sit standum, vel recedendum a decisis sub die* 30. *Julii* 1774. , cui , prævalentibus juribus ejusdem Clerici Pauli ,responsum datum fuit = *Prævio recessu a decisis relaxandam esse Supplicationem* = . Nunc ad instantiam Sacerdotis Jacobi Bacci , qui priorem resolutionem ad sui favorem obtinuit , exquiritur Sapientissimum oraculum EE. VV. sub consueto dubio

An sit standum in primo , vel secundo loco decisis in casu &c.

PA-

PAPIEN. REDUCTIONIS MISSARUM. Gherardus Talliani Oppidi Valentiæ Diœcesis Papiensis anno 1614. in ejus ultimo Testamento geminas erigi jussit Cappellanias, alteram scilicet ad Altare S. Antonii Patavini situm in Parochiali Ecclesia dicti Oppidi Valentiæ, & pro ea dotem assignavit scutorum quingentorum auri librarum sex Imperialium pro quolibet scuto monetæ Ducatus Mediolanensis correspondentium scutis quatuorcentum monetæ Romanæ, & solvendorum ab ejus hærede, vel in tot bonis stabilibus, vel in censibus ad ejus hæreditatem pertinentibus, onere adjecto Cappellano, quem esse voluit de sua Familia Talliani, vel Familiæ proximiorem, quotidianum celebrandi Sacrum in dicto Altari in expiationem ipsius animæ, & animarum suorum Ascendentium, suorumque Successorum.

Sess.25. cap.4. de Reform.

Et alteram ad Altare S. Catharinæ situm in Ecclesia Monasterii ejusdem Sanctæ cum onere tria celebrandi Sacra in qualibet hebdomada, assignata dote scutorum auri tercentum supradictæ monetæ, quæ constituunt scuta 240. monetæ Romanæ.

Post obitum Testatoris erectæ fuerunt Cappellaniæ prædictæ in Ecclesiis ab ipso præscriptis: Hæres vero pro dote primæ Cappellaniæ scut. 400. monetæ Romanæ tradidit tres census hanc summam conflantes, quos idem Testator emerat a Communitate supradicti Oppidi Valentiæ ad rationem annuorum scutorum sex, septem, ac etiam octo pro quolibet centenario, sicque pro Cappellano reddentes annua scuta trigintaduo monetæ Romanæ. Non ita se gessit Hæres quoad alteram Cappellaniam, pro qua, nullo facto investimento de illius dote scutorum 240., idem Hæres celebrare facere curavit annua Sacra ad rationem fructuum eorumdem scutorum 240., quæ tamen ab illius Successoribus erogata fuerunt pro Cappellania, & Cappellanis pro tempore existentibus in emptionem census, & prædii annui redditus in totum annuorum scut. 19. & ob. 90. monetæ Romanæ.

Cum autem censuales redditus jussu Supremi Principis imminutionem passi fuissent, ita ut redditus censuum assignatorum pro dote primæ Cappellaniæ non excedant annua scuta septem, & obulos 40. monetæ Romanæ; Cumque redditus dotalium bonorum secundæ Cappellaniæ impares sint ad onus ferendum trium Missarum in qualibet hebdomada, ex eo quia Missarum eleemosina vi Taxæ Synodalis Mediolani aucta fuerit ad obulos viginti pro qualibet Missa, hinc Sacerdos Gaspar Anibaldi Biscossa, qui unus est ex Compatronis dictarum Cappellaniarum, preces obtulit huic Sacræ Congregationi pro reportanda Missarum reductione ad ratam dotalium fructuum utriusque Cappellaniæ, pro qua facienda reductione suum quoque præ-

ftat affenfum Comitiffa Marianna Cufani altera dictarum Cappellaniarum Compatrona.

Archiepifcopus, qui de more fuit auditus, in fua Informatione refert, atque publicis recognitis documentis confirmat ea, quæ fupra dicta funt, proindeque eft in voto, onus primæ Cappellaniæ, quod eft quotidianæ Miffæ, reducendi ad unam tantum Miffam pro qualibet hebdomada; onus verò alterius Cappellaniæ Miffarum trium in unaquaque hebdomada reducendi ad annuas Miffas centum triginta quinque.

Animadvertendum eft, neminem fuiffe vel ex Compatronis, vel ex Cappellanis, qui caufam dederit imminutioni reddituum utriufque Cappellaniæ, utpotequæ proceffit ex facto Principis reducentis cenfuales redditus ad fcuta duo pro quolibet centenario, & anno, cui nec Compatroni, nec Cappellani refiftere poterant. Voluntas enim Teftatoris tot celebrandi Sacra tacitam, & adnexam habet conditionem, fi redditus, quibus obligatio refpondet, in eodem ftatu fint, & in eadem exigantur quantitate. Quoties igitur imminuti funt redditus, videtur etiam onus effe reducendum, ut habetur in *Vigilien. Decanatus* propofita *die 2. Julii 1429.*, & refoluta *die 23. ejufdem menfis*, ubi *ad fecundum Dubium* hæc Sacra Congregatio refpondit = *Ad fecundum pro reductione arbitrio Epifcopi, & conftituto coram eodem de diminutione reddituum*.

Dignabuntur itaque EE. VV. decernere

An, & quomodo fit locus reductioni Miffarum in cafu &c.

Sefs. 25. cap. 4. de Reform.

MACERATEN. Teftamento, quo deceffit anno 1670. Alphonfus Gabrielli Maceratenfis, juffit, ut poft obitum Portiæ Gabrielli ejufdem germanæ Sororis, quam hæredem fcripferat ufufructuariam, erigerentur ex bonis fuis una, vel plures Cappellaniæ mere laicales, & ad nutum amovibiles, quarum Patronatum reliquit Fulvio Coluzzi Alaleoni, & Julio Cæfari ejus fratri, eorumque filiis, & defcendentibus mafculis legitimis, & naturalibus. Quia verò Teftator fcire non poterat vires fuæ hæreditatis poft ejus obitum, hinc ampliffimam tribuit facultatem Thomæ Galeotti, Julio, & Philippo fratribus Troili, & Nicolao Aurifpi, quos elegerat Executores fuæ voluntatis, conftituendi eorum arbitrio numerum Sacrorum, quæ agere Cappellanus, vel Cappellani tenerentur, eorumque numerum, & celebrationem partiendi fex inter Ecclefias, ni-

nimirum B.M.V.Misericordiæ, B.M.V.Gratiarum,S.Francisci, S.Georgei, S.Claræ, & S.Laurentii Maceratæ.

Defuncta Portia usufructuaria, præfati Executores Testamentarii die 15. Septembris anni 1674. unam tantùm erexerunt Cappellaniam merè laicalem,& amovibilem ad nutum, pro cujus dote assignarunt omnia credita, omnesque fructus, & redditus omnium bonorum ad hæreditatem pii Testatoris pertinentium, quæ consistere dixerunt in scutis bismille quingentis tribus in Æde Sacra Pietatis Urbis depositis ad effectum investiendi, nec non in uno censu in sorte scutorum centum, & in Prædiolo sito in Territorio Maceratæ in vocab. *Turris Ornani*, quamvis eadem bona nonnullo ære alieno gravata reperirentur.

Ac demum inhærentes voluntati Testatoris,onus indixerunt = *quod Cappellani pro tempore eligendi, & nominandi,ex quo stante incertitudine investimenti dictarum pecuniarum, & illorum fructus non possent constituere numerum præcisum Missarum, teneantur, & debeant quolibet anno celebrare, vel celebrari facere tot Missas, quot introitus dictæ hæreditatis anno quolibet competebit ad rationem scilicet bajoccorum viginti pro qualibet Missa, & hoc habito respectu, ac stante perpetuitate obligationis,& variatione Ecclesiarum, ut infra, solutis tamen prius debitis, & legatis dictæ hæreditatis tam pro una vice, quam annuatim persolven., quatenus &c., ac detractis omnibus expensis pro exactione, & aliis facien. &c.* = quæ Missæ per Cappellanos essent celebrandæ in prædictis sex Ecclesiis a Testatore præscriptis, nempe sexta Missarum pars per menses distributa in unaquaque ex dictis Ecclesiis.

Die verò 13. Septembris 1684. præfatus Julius Cæsar Alaleoni Cappellaniæ Compatronus eamdem summam scutorum 2503. ut supra depositam investivit emptione pro Cappellania facta cujusdam Prædii siti in Territorio Maceratensi, & in contrata plures habente denominationes, nimirum = *Furiasse* = *Torrentis Truticæ* = *Fontis Spini* = *seu Divi Juliani*, cui Prædio Gaspar Alaleoni modernus ejusdem Cappellaniæ Possessor univit conterminum Terræ petium ab ipso acquisitum causa permutationis factæ cum supradicto Prædiolo in contrata *Turris Ornani* ab hæreditate pii Fundatoris prosiliente.

Sic igitur in hoc unico Prædio consistente Cappellaniæ dote narrat idem Gaspar Alaleoni hodiernus Cappellanus, esse perdifficile, quod exactissimum quotannis retineri possit computum fructuum omnium etiam minimorum ex dicto Prædio recollectorum, qui sunt in Missarum celebrationem erogandi: Itemque narrat, quod cum incerta sit fructuum recollectio, incerta pariter efficiatur Missarum celebratio, & fere impossibilis evadat æqua partitio Missarum celebrandarum in qualibet ex prædictis sex Ecclesiis a Testatore designatis: Narratque demum, eamdem Missarum

farum celebrationem fieri non posse quolibet mense juxta præscriptum in erectione Cappellaniæ, cum expectanda fit recollectio fructuum, ex quorum retrahendo pretio Missæ sunt celebrandæ.

Hisce fretus rationibus Gaspar Cappellanus auctoritatem Sacræ Congregationis implorat, & instat, ut eidem certus præfiniatur Missarum annuatim celebrandarum numerus, qui in sex æquas partes, quot sunt designatæ Ecclesiæ, partiri commodè possit, ut ita consultum sit indemnitati propriæ conscientiæ propter quamlibet inconsideratam ommissionem, vel oblivionem perceptorum fructuum in computo notandorum, utque ita Testatoris Anima debitis non fraudetur suffragiis præstitutis temporibus adimplendis.

Et pro effectu præfiniendi certum Missarum numerum probat Cappellanus Peritorum relatione, Prædium anno fertili computato cum sterili reddere posse quotannis scuta 90. 35., ex quibus demptis annuis scutis novem pro Collectis, redditus residuare iu annuis scutis 81. 35. subjectis manutentioni Domus ruralis. E contra probat facta per Notarios extractione partitarum introitus Prædii quolibet anno in parvo Codice notati, quod ipse per decennium ab anno scilicet 1765. ad annum 1774. ex prædio perceperit sc. 857. 83., quibus divisis, perceperit annua scuta 85. 78., quæ, demptis Collectis, residuantur in scutis 76., & obulis 78.

Hæc eadem ipsa refert Episcopus, qui favet instantiæ Cappellani, despexitque tamquam excessivum præfatum Peritorum judicium, ut in sua Relatione una cum juribus ab eodem Cappellano circumferenda.

Non enim hic agitur de commutanda, seu declaranda, vel interpretanda voluntate Testatoris, nec quæritur de reductione Missarum, vel de præscribenda illarum eleemosyna, sed quæritur unicè, ut suppleatur id, quod circa Missarum celebrandarum numerum, & quantitatem omiserunt Executores Testamentarii, quodque ab eis præfinitum non fuerat in actu erectionis Cappellaniæ, & quod utpote sibi ipsis reservatum saltem imposterum præfiniri debebat. Videant igitur EE. PP., qua ratione expediendum sit Dubium.

An, & in quo numero Missæ sint annuatim celebrandæ in casu &c.

SE-

SENEN. DISPENSATIONIS. Clericus Joseph Morandi Senensis, dum erat in ætate annorum 18., & jam in Minoribus Ordinibus constitutus, cum in Sacrario Ecclesiæ, cui servitium præstabat, Urceolos pro Missis parasset, fuit ab Adolescentulo minoris ætatis nedum verbis provocatus, sed etiam calce, & alapha percussus: Ita Clericus accensus fugientem Adolescentulum insequutus est, ut eum pede teriret: Ast eodem tempore, & momento, quo Clericus calcis ictum vibravit adversus fugientem Adolescentulum, iste suum corpus vertit è conspectu Clerici, ex quo evenit, quod calcis ictus, qui posteriorem corporis Adolescentuli partem percutere debebat, accidentaliter illius anteriorem, & inferiorem percussit, unde Adolescentulus post sex menses occubuit. *Sess. 14. cap. 7. de Reform.*

Vix sequuta morte Adolescentuli, Clericus petiit ab hac Sacra Congregatione dispensationèm ab irregularitate.

[A]rchiepiscopus in sua Relatione testatur ex Medici curantis depositione dubium esse, an mors Adolescentuli sequuta fuerit ex illato ictu; seu potius ex aliis superventis syntomatibus: Asserit ulterius, Defuncti Patrem consensum, pacemque dedisse Clerico Morandi: Fiscum verò nullam unquam contra Clericum proposuisse instantiam, nullumque construxisse criminalem Processum. Is autem, attenta Personarum rixantium qualitate, nimirum Puerorum, nec non attentis circumstantiis, quæ factum casuale fuisse suadent, putat, Oratorem uti præditum bonis moribus esse dispensandum, non solum ut ad Sacros Ordines promoveatur, sed etiam ut ad assequenda Ecclesiàstica Beneficia reddatur idoneus. Propositaque instantia Clerici per Summaria precum in Congregatione *diei* 28. *Augusti* 1773., illa rejecta fuit rescripto = *Lectum*.

[S]uas modo renovat preces Orator pro obtinenda dispensatione juxta votum Archiepiscopi. Duo sunt in casu ponderanda; primum, an Clericus percutiens fuerit in irregularitatem incursus, quoties dubium est, utrum Adolescentulus ex illato vulnere decessisset & alterum, an Clericus dispensari debeat, ut ad Sacros Ordines promoveatur, obtineatque Ecclesiastica Beneficia.

[Q]uoad primum sancitum est per Sacros Canones *in cap. ad Audientiam*, *&* *in Cap. Significasti* 2. *de Homicid. voluntar. vel Casual.*; quod percutiens aliquem non lethaliter, nec animo occidendi, non efficiatur irregularis, si mors percussi non ex percussione, sed ex urgentiori causa processerit.

[A]d dignoscendum vèro, an mors acciderit ex percussione, vel ex alia causa, normam præbet idem *Textus in cit. cap. Significasti*, ut scilicet inspiciendum sit, an percussio modica, & levis fuerit, ac in ea corporis parte, in qua quis ad mortem de facili percuti minimè solet, nec non judi-

cium

cium Medicorum afferentium, an fuerit, nec ne lethalis, ut ibi = *Et quidem si hoc ita se habet (quod forsan ex eo posset ostendi, si certa apparuisset percussio ab eodem inflicta tam modica, & tam levis in ea parte corporis, in qua quis de levi percuti non solet ad mortem, ut peritorum iudicio Medicorum talis percussio assereretur nonfuisse lethalis &c.) post pœnitentiam ad cauthelam injunctam in Sacerdotali poterit officio ministrare*=, & super hoc habetur plenum *consilium Baldi* 328. *lib.* 2. ajentis, esse argumenta hac in re sumenda ex tribus; primo nempe a natura, an scilicet percussus illico, vel paulo post, aut post longum tempus interiit; secundo ab experientia, an videlicet locus sit mortalis, ut in cerebro, gula, pectore, intestinis, & similibus, aut vero in locis non lethalibus, ut in natica, quæ sustinet magna vulnera; & tertio à judicio peritorum in arte a principio morbi interessentium, & *Baldum* communiter sequuntur Doctores relati apud *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *centur.* 3. *cas.* 275. *pet tot.*, & de stando judicio Medicorum unanimiter tradunt etiam Canonistæ *d. cap. Significasti*.

Non levis autem est altercatio inter Theologos, & Canonistas, quando res versatur in dubio, an mors ex percussione, vel ex alia causa processerit, utrum scilicet in hoc dubio percutiens habendus sit pro irregulari? putantibus nonnullis, quos refert, & sequitur *Gonzalez in dicto cap. Significasti num. 6.* in qualibet dubietate sive juris, sive facti excludi irregularitatem in utroque foro, ex quo in dubiis favendum sit Reo, & procliviores esse debeamus ad liberandum, quam ad ligandum; aliis vero tuentibus in dubio facti homicidii, quod Percutiens in utroque foro censendus sit irregularis, ut videre est apud *Barbos. in cap. ad Audientiam num.* 2. *eod. tit. de Homicid.*

Verior tamen, & communior distinctio, quod nempè in dubio facti, aut agitur in foro contentioso ad imponendam pœnam propter irregularitatem, qualis est privatio Beneficiorum, aliæque similes, & tunc Percutiens non censetur irregularis, quia pœna ordinaria statuta delicto certo non est imponenda delicto dubio; Aut vero agitur in foro pœnitentiali ad imponendam pœnitentiam, vel quasi pœnitentiali ad effectum scilicet removendi Promotum ab exercitio Ordinum, ac non promovendi ad Sacros Ordines, & tunc in hoc dubio facti Percutiens reputari debeat irregularis, ex quo in hoc foro tutior pars est eligenda; Sic enim distinguunt ferè omnes Canonistæ *in dicto cap. ad Audientiam*, & presertim *Abbas num.* 2., *Marian. Soccin. num.* 18., *Hostien. num.* 1., *Joann. Andr. num.* 2., optime *Fagnan. num.* 2., *& seqq.*, *Barbos. num.* 2., *&* 3., & hoc idem repetunt *in cap. significasti eod. tit.*, & in specie *Joann. Andr.*, *& Fagnan.*, *Salas tom.* 2. *quæst.* 21. *tract.* 8., *disput. unic. sect.* 10. *num.* 170., *& sect.* 19. *num.* 176., aliique plures

res, quos refert, & sequitur *Escobar. de utroque foro art. 1. §. 5.*

Et hoc clare probatur ex iisdem juribus *in d. cap. significasti* ibi = *Quod si discerni non possit, & ex cujus ictu percussus interiit, in hoc dubio tamquam homicida debet haberi Sacerdos, & si forte homicida non sit, à Sacerdotali officio abstinere debet, cum in hoc casu cessare sit tutius, quam temere celebrare pro eo, quod in altero nullum, in reliquo vèro magnum periculum timeatur* = *& in dicto cap. ad Audientiam* ubi Percutiens contentus unicè debeat esse minorum Ordinum exercitio prævia tamen Apostolica dispensatione ibi = *Quia vèro utrum occasione vulneris decessisset, dubium est, tuæ discretioni duximus respondendum, quod cum in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem, te convenit injungere Præsbytero memorato, ut in Sacris Ordinibus non ministret, & eidem injuncta pœnitentia congruenti, sibi poteris concedere, ut minoribus Ordinibus sit contentus* = ibique *Gloss.* verbo *minoribus* ibi = *Dispensative tamen* = quibus additur alter *Text. in cap. Præsbyterum 8. eod. tit.* ibi = *Præsbyterum, qui quendam Puerum intuitu disciplinæ percussit in capite, cum post paucos dies expirasset, tàm ab omni Altaris ministerio debes PERPETVO removere, quam ab officio Sacerdotali deponere, si ex ipsa percussione interierit, vel aliam infirmitatem incurrerit, de qua noscitur expirasse.*

Quæ si procedunt in Percutiente Sacerdotali Caracthere jam insignito, quanto potiori jure procedere videntur in simplici Clerico, ne ad Sacros Ordines ascendat, & ne obtineat Ecclesiastica Beneficia, maxime in casu, in quo percussio lethalis fuit, & dubium est, an illa fuerit accidentalis, quia data Adolescentulo fugienti, nam quì fugam arripit, timet, nec'amplius animum habet rixandi, nec se advertit insequenti, ut percussio posteriori Corporis parti destinata in anteriorem accipiatur. Et fortius in casu, in quo nulla affertur probatio Testium percussioni præsentium, nulla Medicorum relatio, & in quo tempus nimis breve intercessit à die percussionis, vel à die mortis Adolescentuli, quibus in terminis Sacra Congregatio petitam dispensationem negare consuevit, ut *in Caputaquen. Dispensationis* 10. *Maii* 1755., *in Leodien. Dispensationis ejusdem diei* 10. *Maii*, *in Feretrana Irregularitatis* 22. *Januarii* 1757. & ad rem *in Taurinen. Irregularitatis* proposita *die* 24. *Martii* 1764., & resoluta contra Percutientem *die* 14. *Aprilis ejusdem Anni*, *& in Brixien. Irregularitatis* 19. *Januarii* 1765.

Definiendum igitur erit ab EE. VV.

I. *An constet de irregularitate in casu &c.*, & quatenus affirmative.

II. *An, & quomodo sit concedenda dispensatio in casu &c.*

Seff. 22. cap. 6. de Reform.

ALATRINA DOTIUM. Fridericus Mortale Civitatis Alatrinæ in ejus ultimis Teftamentariis Tabulis, quas condidit anno *1635.*, hæredem fuam univerfalem inftituit Honoratam ejus Uxorem, eaque decedente, voluit, quod eadem hæreditaria Bona pervenirent ad Societatem S. Sixti dictæ Civitatis, onere tamen adjecto, quod ipfa = *Societas teneatur, & debeat de fructibus percipiendis ex dictis Bonis dotare duas Orphanas anno quolibet in perpetuum, ultra alias, quas dicta Societas annuatim dotat, & hæc dotatio fieri debeat annuatim, & in perpetuum, & in Feftum Pafchatis Refurrectionis Domini Noftri Jefu Chrifti, & eodem die, quo dotantur, & extrahuntur Orphanæ, & Puellæ miferabiles à dicta Societate.*

Hujufmodi Dotes, quas Societas conftituit in fcutis duodecim, & obulis quinquaginta pro qualibet, quotannis collatæ fuerunt Puellis extractis ab Urna, in qua juxta ftylum Societatis intercluduntur nomina tum Orphanarum, tum quoque miferabilium Puellarum in majori tamen numero, quo fecumfert dotatio, feu Dotium diftributio à Societate facienda virtute dicti præcepti pii Teftatoris, ita ut Puellarum nomina non removeantur ab Urna, nifi illis in ea exiftentibus integraliter extractione dotatis.

Nunc Bruno Mortale preces porrexit Sacratiffimo Principi, ut dicta fubfidia dotalia Friderici Mortale fpatio quadriennii dignaretur affignare geminis fuis filiabus fœminis Mariæ Angelæ fcilicet, & Seraphinæ, eafque præferre cæteris Puellis Alatrinæ Civitatis, ablegatifque precibus ad hanc Sacram Congregationem, auditus de more fuit Epifcopus, qui in fua Relatione petitioni Bruni penitus adverfatur, concluditque, quod = *in eadem Urna nonnullæ adfunt Puellæ cum certa fpe confequendi Dotem; Ideoque quoties præferendæ effent filiæ Oratoris non habentes requifita a Teftatore præfcripta Puellis prædictis habentibus jus acquifitum, omnis fpes fublata effet confequendi Dotes.*

Hac tamen non obftante contraria Epifcopi Relatione, fua jura Bruno deducit, ac urget, fuas filias, quæ pauperrimæ funt, paupertate probata Teftis, Parochorumque depofitione, jus habere ad controverfa fubfidia, ficut cæteras Puellas Alatrinas; Verum cum eædem de ipfa met Familia Teftatoris fint, & fexto Agnationis gradu cum illo jungantur, authumat, prælationem filiabus fuis deberi fupra cæteras extraneas Puellas ex ordinata charitate, & præfumpta mente Teftatoris non pro fola quantitate cæteris Puellis diftribuenda, fed pro majori numero Dotium itaut facilius in Domino, vel in fæculo nubere poffint ex traditis *per Card. de Luc. de Dot. difc. 100. num. 5., & in adnot. ad Concil. Trident. difc. 21. num. 7., Rot. coram Duran. decif. 98. num. 4., coram Rezzonic. decif. 226. num. 3., in Perufina*

ſna ſubſidil Dotalis 2. Maii 1704. §. In quam cor.cl. mem.Card. Scotto.

Idque probatur frequentiſſimis exemplis ſimilium conceſſionum factarum ab hac Sacra Congregatione, ut præ cæteris *in Romana Dotium 24. Septembris* 1718., ubi reſponſum fuit pro dote ſcutorum 400., *in Camerinen. ſubſidiorum dotalium* 8. *Auguſti* 1733. ubi pro Dote ſcutorum 200. pro qualibet Conſanguinea Teſtatoris, *in Panormitana Subſidiorum Dotalium* 20. *Auguſti* 1735., ubi pro conceſſione dotium per decennium, *in Romana* 21. *Maii* 1757, ubi pro Dote ſcutorum mille pro qualibet Puella, *in Peruſina Legati Dotis* 4. *Martii* 1758., ubi pro aſſignatione Dotium ſimiliter ad decennium *in Romana*, *ſeu Sabinen. Subſidiorum Dotalium* 25. *Aprilis* 1761. ubi pro dote ſcutorum 500., *in Eadem* 27. *Martii* 1762., ubi pro dote ſcutorum 300.

Fortius quia Teſtator non vocavit Puellas certi generis, ſolumque præcepit, ſuorum Bonorum fructus diſtribui in dotandis anno quolibet incertis Puellis, & ideo cum nemini ſit jus quæſitum, eo minus incongrua videri debet Conſanguineorum dotatio, quæ nulli eſt allatura præjudicium, ut firmat *Rota deciſ.* 806. *num.* 7. *coram Rezzonico*.

Quin relevet, præjudicium eſſe Puellarum, quæ in Urna ſunt, & quæ tamquam in ea exiſtentes jus habeant jam quæſitum ad aſſequendum dotale ſubſidium: Præterquam quod enim hic dotationis modus, nimirum extrahendi Puellas ex Urna, non fuerat à Teſtatore præſcriptus, ſed unice à Societate adinventus pro majori dotationis commodo, urget tamen reſponſio, quod hujuſmodi præjudicium vel conſiderabile non eſt quoad Puellas forte extrahendas, vel ſilere debet e conſpectu æquioris cauſæ, quæ favet Puellis Teſtatori conjunctis, & æque pauperibus ex traditis per *Rot. coram Duran. deciſ.*98. *num.*4., *&* 5., *& deciſ.* 171. *num.*14., *&* 15.: Attento præſertim, hujuſmodi præjudicium non perpetuum, ſed temporaneum eſſe, illudque promanare ab ipſa met indole concedendæ gratiæ *Felin. in cap. nonnulli num.*18. *de Reſcript. Gratian. diſc.* 858. *num.*1., *& ſeqq.*, *Rot. cor. Molin. dec.*381. *num.*5., *& coram Rezzonico dec.*227. *num.*7., *& ſeqq.*

Rurſus Bruno ſuſtinet, hic non eſſe inquirendum, an in ſuis filiabus deficiat qualitas Orphanatus à Teſtatore præſcripta, quia hanc qualitatem ille voluit quoad Puellas incertas, non autem quoad ſuas Conſanguineas, de quibus non cogitaverat. Cæterum recepta eſt Doctorum Sententia, *Orphani* vocabulum propria ſignificatione explicare minorem, qui Patre careat, & licèt præſto ſint alii, qui contra ſentiant, ut Orphani ſint qui utroque carent Parente, omnes tamen conveniunt, ut in ultimis voluntatibus, piiſque legatis Orphani accipiendi ſint etiam ii, & ex

& eæ, qui, vel quæ Patre tantum destituuntur, ut est apud *Carleval. de Judic. lib.1. tit.1. disput.2., quæst.6. sect.7. num.567., Altimar. de nullit. Contract. tom.8. rubric.1., & 3. quæst.1. sect. 1. sub num.11., Diana tom.6. opur. raord. tract.8. de Testam. resolut.46. num.2., del Bene de Immunit. Eccles. tom.1. cap.8. dub.21. sect.7. num.6., & Gratian. discept.666. num.3., & seqq.*, nec non etiam illi, vel illæ, quæ Parentes habent inutiles, quales sunt Parentes Puellarum Mortale, qui extrema paupertate laborant, & qui filias dotare non possunt, *Gratian. d. discept.666. num.5., & seqq., & Amostaz de Causis piis lib.4. cap.6. n. 45.*

Hæc disputantur in Libello Brunoris, à Societate nihil habuimus. Dubium est.

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro assignatione subsidiorum dotalium, de quibus agitur, in casu &c.

Die Sabbathi 2. Martii 1776. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponetur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

Dubia, quæ in sex sequentibus Causis die 3. præteriti mensis Februarii discuti nequiverunt, decisionem à summa sapientia Eminentissimorum Patrum expectant; quocirca dignabuntur Folium tunc distributum resumere, ac, ponderatis iis, quæ tam in Facto, quàm in Jure adnotata sunt, respondere.

COMACLEN. CAPPELLANIÆ.
An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c. — *Sess. 24. cap. 12. de Reform.*

In Decisis, & amplius.

PERUSINA CAPPELLANIÆ.
An sit standum in primo, vel secundo loco decisis in casu &c. — *Sess. 23. cap. 6. de Reform.*

In primo loco Decisis, & Partes utantur Jure suo coram Ordinario.

PAPIEN. REDUCTIONIS MISSARUM.
An, & quomodo sit locus reductioni Missarum in casu &c. — *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

Affirmative juxta votum Archiepiscopi, Episcopi, & amplius.

MACERATEN.
An, & in quo numero Missæ sint annuatim celebrandæ in casu &c. — *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

Esse celebrandam a Cappellano Missam quotidianam, & in Ecclesiis juxta modum ab Exequutoribus definitum.

SE-

Seff. 14. cap. 7. de Reform.

SENEN. DISPENSATIONIS.

I. *An conflet de irregularitate in cafu &c.* = & quatenus affirmative.

II. *An, & quomodo fit concedenda difpenfatio in cafu &c.*

Non propofita cum fequentibus.

Seff. 22. cap. 6. de Reform.

ALATRINA DOTIUM.

An, & quomodo fit confulendum Sanctiffimo pro affignatione fubfidiorum dotalium, de quo agitur, in cafu &c.

Sefs. 24. Doctr. de Sacram. Matrim.

ASTEN. MATRIMONII. Die 8. menfis Novembris anni 1767. Maria Margarita Auna Oppidi Montis Clari Diœcefis Aftenfis Matrimonium, fervatis omnibus, quæ à Sacro Concilio Tridentino præfcripta funt, per verba de præfenti contraxit cum Gabriele Fautrier Aftenfis Civitatis. In hoc Conjugio dicta Maria Margarita pacificè, & abfque ulla vel minima contentione ftetit per integrum fexennium, dum ipfa labente anno 1773., infalutato Viro, ab illius contubernio divertit, feque recepit in piam Domum nuncupatam *Milliavacca* in eadem Aftenfi Civitate fitam, propofuitque in illius ecclefiaftica Curia quærelam nullitatis Matrimonii propter imbecillitatem viri, quem in Jus vocavit.

Conteftata lite, & juxta præfcriptum in faluberrima Conftitutione fa. mem. Benedicti XIV., deputato Matrimonii Defenfore, hic inftitit coram Judice, ut fieret recognitio Corporis Mariæ Margaritæ virginitatem jactantis, cui inftantiæ vir etiam adhæfit. Huic petitioni non effe locum totis viribus propugnavit Uxor, contenditque fub die 8. Martii 1774. Caufam abfolvi debere mediantibus Pofitionibus per ipfam viro exhibendis, rejectis illis, quas vir etiam Uxori tradere fefe fuerat proteftatus, quin imo, cum Vir de fua coeundi potentia docuiffet producta depofitione Chirurgi Maffa, hinc Uxor prompta fefe obtulit juramento confirmare quod afferuerat = *la quale giurata depofizione avendo forza di prova, deve fuperare la tenue congettura ricavata dalla atteftazione già propofta dal Signor Chirurgo Maffa, e però debba effere baftante per sbilanciare il motivo, sù cui fondata la Parte avverfante s'è falfamente creduta in diritto di efigere anticipatamente la vifita* = ideoque petiit, ut decla-

claretur = *non essere ammissibili le asserte avversarie Posizioni, e non farsi ne tampoco luogo alla visita, e giudizio avversariamente richiesti*.

Judex autem sua deffinitiva Sententia declaravit, liberum esse utrique Conjugi suam respective proferendi juratam depositionem super sequuta, vel non sequuta Matrimonii consumatione, simul, & vicissim exhibendi juratas positiones, ad quarum responsionem utrumque Conjugem teneri interposito juramento. Vi hujus Sententiæ, quæ rei judicatæ vires assumpsit, Uxor solemni præstito juramento declaravit, Matrimonium nunquam consumatum fuisse, virum autem ad illius consumationem esse impotentem. At vero Gabriel jurata sua declaratione contrarium affirmavit, juravitque, se pluries, pluriesque Matrimonium consumavisse: Idemque Conjuges repetito juramento ratum habuerunt in responsionibus datis Positionibus hinc inde productis.

In hoc juramentorum inter se pugnantium conflictu Defensor Matrimonii, & vir etiam institit sub die 27. Aprilis 1774. pro recognitione corporis utriusque Conjugis, quam Judex admisit, præfixitque terminum utrique Parti ad exhibendam pro ejusdem recognitionis effectu notam Peritorum Physicorum, & in anathomica facultate Professorum, & Peritarum etiam Obstetricum, sive honestarum Matronarum sibi confidentium, vel diffidentium, alias Peritos, Peritasque deputari ex Officio. Uxor autem declaravit, ejus corpus, exclusis Peritis mulieribus, & matronis, recognosci debere a Viris Peritis, quos tamen omnes Astensis Civitatis allegavit pro suspectis, simul & esse sibi suspectos omnes alios Peritos existentes in locis, qui per quinque milliaria distant a præfata Astensi Civitate, proindeque compellendum esse Virum ad congruum sibi præstandum emolumentum pro itinere faciendo ad locum a Judice præfiniendum, authumavitque Maria Margarita, quod locus = *da destinarsi per la visita di detta Signora non solo non deve ad altri propalarsi, salvo alla medesima, ed a suo tempo a Periti* = quoniam locus præfiniendus = *deve essere a portata, e commodo alla stessa Signora* = ea adducta ratione = *per essere la medesima in nessun conto tenuta ad intraprendere alcun lungo viaggio, come cosa assolutamente non necessaria, anzi del tutto superflua*.

His rejectis exceptionibus, Judex decrevit, visitationem corporis utriusque Conjugis faciendam esse in Civitate Taurini, & in loco respective a Partibus eligendo, nimirum corporis Gabrielis per duos Peritos Medicos, vel Chirurgos, & corporis Mariæ Margaritæ per duas Obstetrices, nec non per binos Peritos, vel Medicos, vel Chirurgos diversos tamen ab illis corpus Viri recognoscentibus.

Ad Civitatem Taurini perventis Conjugibus, & ab illius Vicario

cario Generali deputato Matrimonii Defensore, deputatisque Peritis, & Obstetricibus, processum fuit ad inspectionem corporis utriusque Conjugis juxta instructionem ab Astensi Judice datam, quod fuit tam viri, quam mulieris recognitum sine ullo externo vitio, satisque ad consumationem, & generationem idoneum. Peritorum relationes transmissæ fuerunt ad Ecclesiasticam Curiam Astensem, & quamvis Uxor produxisset depositionem septimæ manus Propinquorum asserentium Matrimonii consumationem minime fuisse sequutam, attamen lata est Sententia, in qua declaratum fuit, *non constare de nullitate Matrimonii, bene vero locum esse triennali experimento cohabitationis a jure communi in hujusmodi causis præscripto inchoando a die decima, post quam nostra præsens Sententia transitum fecerit in rem judicatam.*

Hæc sunt in Processu Actorum à Curia Episcopali Astensi transmisso ad hanc Sacram Congregationem, ad quam Maria Margarita appellaverat, & coram qua postulat Matrimonii dissolutionem propter naturalem, & perpetuam in viro coeundi impotentiam, quæ nullum, irritumque reddit Matrimonium juxta censuram *Textus in cap.* 1., *&* 2. *de Frigid. & malefic.*, quam sequitur *Ponte de Matrim. lib.* 7. *discept.* 107. *num.* 3., *Bonaccin. eodem tract. quæst.* 3. *punct.* 13. *num.* 9., *Ursaya discept.* 12. *num.* 29. *tom.* 1., *& Rot. decis.* 965. *num.* 2. *part.* 2 *recen.*

Fortius quia ex inspectione facta corporis utriusque conjugis satis, superque pateat, ipsam adhuc incorruptam esse, virum autem esse prorsus inertem ad Matrimonii consumationem, & quatenus etiam juxta Medicorum relationem dubia foret impotentia Viri, adhuc sustinet, dissolvendum esse Matrimonium absque alio triennalis habitationis experimento, postquam per sexennium, & ultra data fuit opera copulæ, & consumationem nunquam perfici potuisse jurejurando affirmavit tum eadem Maria Margarita, tum septem illius Consanguinei ad præscriptum *Textus in cap. Laudabilem de frigid.*, *& malefic.*, *Pirhing. in Jus Canon. lib.* 4. *tit* 15. *sect.* 3. *§.* 3. *num.* 4., *Rot. ad ornat. Card. de Luc. lib.* 14. *de Matrim. decis.* 10. *num.* 16.

Animadvertit è contra Matrimonii Defensor rejciendam esse petitionem Mariæ Margaritæ super dissolutione Matrimonii, quia hæc petitio vehementissimam præsefert doli, fraudisque suspicionem, utpotè propositam post sexennale tempus, quo ipsa cum viro suo pacificè vixit, absque eo, quod unquam de illius impotentia, & de non secuta Matrimonii consumatione conquesta fuisset vel cum Consanguineis, vel cum Amicis, vel vicinis; hinc sibi Maria Margharita imputare debeat, quod tamdiu tacuerit. Cito enim, & parvo tempore scire potuit, si secum coire poterat, ut inquit *Text. in cap.* 1. *de Frigid.*, *&*
Ma-

Malefic., & habetur *in dissertat. clar. mem. Card. Argenvellieres relata a Constant. vot. ultim. num.* 26.

Urgetque pariter, probationes à Maria Margarita vel ex inspectione corporis tam sui, quam Viri, vel ex pluribus circumstantiis elicitas tantas non esse, ut Matrimonii consumationem excludant, & respective perpetuam coeundi impotentiam in Gabriele Viro concludant; quinimo cum Gabriel juraverit Matrimonium consumavisse, hinc licèt argumenta imbecillitatis, ac inertiæ dubia, solamque præsumptionem inducere dicenda sint, hoc tamen in casu propugnat Matrimonii Defensor, locum esse dispositioni alterius *cap. Laudabilem eodem tit. de Frigid. &c.*, ubi decernitur experimentum triennalis cohabitationis, juxta distinctionem, quam tradunt collecti *a Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 108. *num.* 3., & 4., illudque computandum esse non à die tentatæ copulæ, sed à die, quo dicta cohabitatio fuit à Judice decreta, juxta veriorem, magisque communem Canonistarum opinionem, de qua *Ursaya discept. Ecclesiast. tom.* 4. *part.* 1. *discept* 13. *num* 19., *Card de Luc. de Matrim. disc.* 9. *num.* 1., & *seq.*, *Rot. decis.* 192. *num.* 4. *post.* 2. *volum. consil. Farinac.*, & juxta sententiam Sacræ Congregationis, de qua *in Romana Matrimonii* 10. *Maii* 1698., & 15. *Novemb. ejusdem anni*, *in Ariminen. Nullitatis Matrimonii* 16. *Martii* 1720., *in S. Severini Matrimonii* 11. *Januarii* 1738., & 24. *Septembris* 1740., *in Narnien. Matrimonii* 26. *Augusti* 1746., *in Januen. Matrimonii* 28. *Maii* 1746, & 3. *Augusti* 1748.

Et revera ponderandum est, duplex proferri juramentum, alterum scilicet Mariæ Margaritæ consumationem Matrimonii negantis, alterumque Gabrielis affirmantis consumationem. In hac autem juramentorum contradictione fides præstatur Viro affirmanti, & juranti, & secundum eum est pronunciandum, uti probat *Text. in Can. Si quis acceperit* 33. *quæst.* 1. ibi = *Si quis acceperit Uxorem*, & *habuit eam aliquo tempore*, & *ipsa fœmina dicit*, *quod nunquam coisset cum ea*, & *ille Vir dicit*, *quod sic fecit*, *in veritate Viri consistat*, *quia Vir caput est Mulieris* = & concordat *Textus in cap. Continebatur de dispensatione Impuberum*, ibi = *Consultationi tuæ taliter respondemus*, *quod cum in decretis habeatur expressum*, *quod si Vir dixerit*, *quod Uxorem suam cognoverit*, & *Mulier negaverit*, *Viri standum est veritati*: *præfato Viro*, *qui dicit*, *se Mulierem ipsam cognovisse*, *fides est adhibenda*, *si id firmaverit juramento* = quod ipsum habetur *in cap. Accepisti de Frigid.*, & *Maleficiat.*, ibi = *Illa autem*, *si prior post annum*, *aut dimidium ad Episcopum*, *aut ejus Missum proclamaverit dicens*, *quod non cognovisses eam*, *tu autem contrarium affirmas*, *tibi credendum est*, *eo quod caput es Mulieris*.

Posthabita probatione à Maria Margarita facta septimæ manus

nus suorum Consanguineorum, quia illa locum habet, & admittitur in casu, quo uterque Conjux jurejurando declaravisset, Matrimonii consumationem fieri non posse propter perpetuam Viri impotentiam ad terminos *Textus in d. cap. Laudabilem de Frigid.*, *& Maleficiat.*, secus autem in subjecta hypothesi, in qua Gabriel juramento affirmavit, se Uxorem pluries cognovisse.

Et quamvis videatur, spreto Viri juramento, fidem potius esse adhibendam juramento Mariæ Margaritæ, & testimonio septimæ manus Propinquorum, ejus casu, quo ipsa se virginem esse ostendisset per explorationem factam sui corporis juxta *Text. in cap. Proposuisti de Probationibus*, ibi = *Cum Partes essent in sua præsentia constitutæ, Mulier proposuit, se nec a Viro cognitam, nec potuisse cognosci, quod tam proprio juramento, quam testimonio septem Mulierum probavit, quæ per aspectum corporis eam esse virginem asseverant, Viro per juramentum suum contrarium asserente, videtur igitur nobis, quod juramento Puellæ, & testimonio illarum septem Mulierum fides est potius adhibenda* = nihilo tamen minus hanc virginitatis probationem factam per aspectum corporis fallacissimam esse, cum Obstetricum manus, & oculi sæpe fallantur, docet *Can. Nec aliqua 27. quæst.1.* ibi = *Nec aliqua putet, se posse hac excusatione defendi, quod & inspici, & probari possit, an virgo sit: Cum & manus Obstetricum. & oculi sæpe fallantur* = *Gloss. dicto cap. Proposuisti sub verb. per aspectum* ibi = *Quandoque tamen probatio ista fallit, quia oculus, & manus Obstetricum sæpe fallitur* =, ea ratione, quia virginitatis signa obscura sunt, incerta, & fallacia, nihilque certi promittunt *Zacch. quæst. medic. legal. lib.4. tit.2. quæst.1. num.14. 15. & 24.*, *Bohnius de offic. medic. lib.2. cap.6. §. Non vero*, *Robert. rer. judicat. cap.10. pag.787.*, *& Rot. dec. 695. n.4. part.1. Recent.*

Ponderandum præterea est, a Medicis, & ab Obstetricibus factam fuisse recognitionem corporis Mariæ Margaritæ sine Balneo contra cauthelam *Hostiensis in cap. Causam Matrimonii num. 4. de Probationibus*, quam etiam cæteri secuti sunt, *Abbas in cap Fraternitatis num.4. de Frigid.*, *& Malefic.*, *Sanchez de Matrimon. lib.7. disput.113. num.11.*, *Panimoll. decis.51. annot.1. num.8.*, *Rota decis. 397. sub num. 16. part.4. tom.2. Recent.*, *& decis.10. & 11. post Card. de Luca ad materiam de Matrimon. tom.2.*, & Mulierem fuisse recognitam cum experimento ab Obstetricibus facto, ex quo videtur conjici posse, virginitatem potius excludi, quam probari.

E contra vero, præter juramentum Viri, firma manet inspectio illius corporis, quod absque ullo externo vitio præcognitum fuit a Peritis, qui eumdem virum judicarunt aptum ad Matrimonii consumationem, & licet ejus idoneitatem tamquam a voluntate non dependentem Gabriel non osten-

ostendisset Peritis, ii tamen, idoneitatem in Gabriele adesse affirmarunt, subdentes, quod aliter = *Si potrebbero ancora sperimentare rimedj interni, ed esterni corroboranti, per i quali ordinariamente si ristabilisce la facoltà agli organi privi della solita funzione.*

Sacra Congregatio in *Forolivien. Dissolutionis Matrimonii*, cujus iidem erant termini, qui in præsenti sunt, nimirum serotinæ petitionis, ejusdemque concursus juramentorum, recognitionum corporum, & Peritorum, Peritarumque relationis *sub die* 8. *Augusti* 1761. proposito dubio = *An sit locus dissolutioni Matrimonii in casu &c.* = prodiit resolutio = *Negative, & amplius.*

Jura circumferuntur ab utroque Conjuge, & a Defensore Matrimonii. Dubium est;

An sit locus dissolutioni Matrimonii in casu &c.

TAURINEN. Joannes Franciscus Bruneri Taurinensis anno 1705. condito Testamento hæredes suos universales instituit geminos ejus filios Petrum Jacobum, & Felicem Bernardinum, quos onere gravavit celebrationis Missæ quotidianæ in Altari privilegiato, nec non infra sexennium a die sui obitus computandum assignandi fundum, cujus redditus Missarum oneri correspondetent; Insuperque declaravit, quod Cappellania esse deberet simplex laicalis, nec umquam subjecta regulis, & oneribus, quibus Beneficia subjecta sunt; Cappellanus autem esset ad nutum amovibilis, & ad nominationem suorum Hæredum, eorumque Descendentium, qui tamen procedentes ad hanc peragendam nominationem Extraneis præferre deberent Consanguineos. *Sess.* 25. *cap.* 5. *de Reform.*

Defuncto Testatore, illius filii, & hæredes, ommissa assignatione Fundi pro Cappellania, ommissaque pariter Missarum celebratione, toti fuerunt in alienandis bonis hæreditariis, quorum redditus tunc erant annuarum librarum 12000. correspondentium annuis scutis 2400. monetæ Romanæ, nunc vero sors integri Patrimonii non excedit libras 18000., quæ scuta 3600. constituunt.

Anno 1763. decessit Severinus Bruneri nepos supradicti Testatoris, post se relictis in pupillari, & minorili ætate quatuor filiis, duobus scilicet masculis, totidemque fœminis; Is enim hæredem fiduciariam scripsit Aloysiam Luciam Uxorem suam, cui injunxit onus exquirendi, an ejus hæredes tenerentur ad celebrationem Missæ quotidianæ, & in casu detectæ obligationis providendi juxta

consilium, quod eidem probi, & honesti homines præstitissent.

De hac obligatione, deque ommissa Missarum celebratione certior facta Aloysia Lucia compositionem quoad Missas non celebratas obtinuit a Rev. Fabrica S. Petri, quo vero ad futurum preces porrexit Sacræ Congregationi, ut attenta extrema, qua premitur, paupertate, nec non attento gravi reddituum hæreditariorum decremento, attentoque demum numero quatuor filiorum orphanorum educatione, & alimentis indigentium, Missarum celebratio reduceretur ad tertiam illarum partem vel in perpetuum, vel saltem donec filii ad eam pervenerint ætatem, qua fœminæ vel in Domino, vel in sæculo nubant, & masculi propriis laboribus, & industria se valeant sustentare, in quod etiam tempus assignationem Fundi pro Cappellania differri postulat.

Archiepiscopus, qui de more fuit auditus, Oratricis favet instantiæ quoad utramque partem. Quod enim attinet ad oneris Missarum reductionem, refert, hæreditaria bona Fundatoris distracta fuisse ab illius filiis, & nepote = *Nihilque aliud ipsi, & Familiæ reliquum fuit, nisi exiguus Fundus; unde manifesta est tum Oratricis, tum ejus familiæ innocentia in hac dissipatione bonorum. Quod autem pertinet ad angustias, quibus ob rerum inopiam ipsa, & tota familia angitur, id non solum plene dignovi ex communi fama, & ex ratione, qua hæc familia se gerit, sed etiam hujus veritatis testimonium accepi a variis Viris optimis, iisque Ecclesiasticis in dignitate constitutis, qui pietate, & charitate accensi eam Oratricem sæpe solantur, eique & consiliis, & re opem ferunt, ut tot angustias æquo animo sustinere, & familiam educare possit, neve animo dejecta eam deserat.*

Subdit etiam, quod Aloysia Lucia = *constanter celebrare fecit Missam quotidianam, quod ut præstaret, æs alienum contrahere coacta fuit* = concluditque = *Cum hic non agatur de gravi tantùm angustia, & difficultate, sed de reali necessitate, precibus Oratricis mihi videtur indulgendum omnino esse.*

Quod vero pertinet ad suspendendam assignationem Fundi Cappellaniæ, inquit idem Archiepiscopus, ob easdem causas, ex quibus censuit, reducendum esse Missarum numerum, esse quoque assignationem Fundi, erectionemque Cappellaniæ differendam, & subinde prosequitur = *Enim vero si redditus annuales hujus familiæ ita exigui sunt, ut ne quidem eleemosynam Missæ quotidianæ præbere potuerint, quin Oratrix se ære alieno gravaret, tanto minus ferre poterunt distractionem Fundi necessarii ad erigendam Cappellaniam, nec solum hæc causa, sed alia etiam rei, & familiæ adjuncta hanc erectionem Cappellaniæ nunc impediunt, nam cum adsint duæ filiæ dotandæ, non potest distrahi pars fundi, quin recurratur pro filiabus ad Senatum pro separatione, & assecuratione dotis,*

quæ

quæ res ad expensas plures cogit Oratricem cum damno familiæ, insuper fieret publica hujus familiæ paupertas, quod officeret collocationi filiarum, & institutioni filiorum.

Tandemque refert, quod, vocatis interesse habentibus, si qui sunt, per publicas commonitorias litteras affixas ad valvas Metropolitanæ Ecclesiæ, nemo comparuit, & nemo est, qui = *de hac parva re curet, nec quidquam objiciat, nec comparere velit* =; ideoque suum votum aperiens dixit = *Puto tam petitam reductionem Missæ quotidianæ, quam procrastinationem erectionis Cappellaniæ per tempus in libello supplici propositum concedendam esse.*

Ad rem facit ponderatio, quod agitur de Cappellania purè, & simpliciter laicali; quæ nullam habet præscriptam Ecclesiam, nullum præscriptum Altare; quodque gratia a Matre postulatur pro filiis de familia Fundatoris, imo Fundatoris Pronepotibus & Cappellaniæ Patronis habentibus Patronatum *activum*, & *passivum* nec Sacerdotale, nec residentiale; quodque succurrendum sit Patrono, & Descendenti inopi ex canonica benignitate, de qua *Can. Contra* 26. §. *Si vero*, & *Can. Quicumque* 30. *caus.* 36. *quæst.* 7, & *cap. Nobis de Jurepatron.*; quodque demum instantia proponitur ante erectionem Cappellaniæ, quæ instantia non eversionem, minusque commutationem voluntatis Defuncti præsefert, sed illius dumtaxat suspensionem pro educandis, alendisque Patronis, & per rectam lineam descendentibus ab ipso met Fundatore, cujus cæteroquin hæreditas ad ea præstanda necessaria alimenta reperitur obstricta, quemadmodum in his terminis habetur resolutio hujus Sacræ Congregationis in *Nullius S. Michaelis de Clusa*, in qua *sub die* 2. *Decembris superioris anni* proposito dubio = *An*, & *quomodo Oratoris precibus sit annuendum in casu &c.* = responsum *die* 20. *nuper elapsi mensis Januarii* datum fuit = *Affirmative juxta votum Vicarii Capitularis, & consensum interesse habentium ad vitam Oratoris tantùm, adimpletis oneribus.*

Dignabuntur itaque EE. VV. definire

An, & quomodo Oratricis precibus sit annuendum in casu &c.

ROMANA SUBSIDII DOTALIS. Joannes Barossi anno 1 89. Testamentum condidit, quo hæredem usufructuariam esse voluit Joannam Cacciavina Uxorem suam, hæredem vero proprietarium instituit Joannem Baptistam Barossi suum ex germano fratre nepotem, ejusque filios, & descendentes masculos, quibus defectis, substituit Ecclesiam S. Eligii Fabrorum Ferrariorum, mandans, quod Præfecti dictæ Ecclesiæ, & Universitatis pro tempore existen- *Sess.* 22. *cap.* 6 *de Reform.*

stentes esse deberent Administratores suæ hæreditatis, eis tamen adjecto onere, ut ex bonorum redditibus constituerentur tot subsidia dotalia scutorum 25. pro quolibet annuatim præstanda Puellis ortis ex Patre Fabro Ferrario in Urbe, & in hujus oneris correspectivitatem Administratoribus reliquit annua scuta decem in utilitatem dictæ Ecclesiæ ad ipsorum libitum eroganda; præcepitque demum, quod cum ipse plura haberet exigenda credita, inter quæ unum aderat scutorum mille, omne id, quod exactum fuisset, in augumentum suæ hæreditatis, & in commodum suorum in ea Successorum investiri deberet in bonis stabilibus, vel censibus, vel locis montium.

Anno 1742. defecit linea masculina à Testatore contemplata, ita ut Ecclesia tamquam substituta Barossiam hæreditatem adepta fuerit. Hæc ex redditibus hæreditariis unicam tantum dotem constituit scutorum 25., eamque non prius contulit, nisi anno 1748., At vero super jure nominandi Puellam inter homines dictæ Universitatis orta fuit quæstio subinde dirempta in secretis comitiis habitis die 28. Augusti 1748., in quibus capta fuit resolutio approbata ab Apostolico Convisitatore, quod dos esset conferenda ad nominationem Confratris sorte extrahendi, & secreta comitia frequentantis, decemque punctaturas habentis mense Decembris cujuslibet anni, dummodo tamen hæreditarii redditus dotem æquarent

Alia de anno 1751. inter eosdem met homines Universitatis exorta fuit contentio circa extractionem Confratris, quoniam nemo erat ex illis, qui decem numeraret punctaturas, quia eo anno novem tantùm fuerunt habita secreta comitia: Quare ab Eminentissimo Cardinali Rezzonico, postea CLEMENTE XIII. *Pontifice Maximo* semper recolendæ memoriæ, tunc Visitatore Apostolico per organùm bon.mem. R.P.D. Petroni Convisitatoris statutum fuit, quod imposterum essent in Urna immittenda nomina illorum Confratrum, qui majorem haberent punctaturarum quantitatem relativè ad numerum secretorum comitiorum, quæ anno conferendæ dotis advocata fuissent.

Cum autem bona hæreditaria Testatoris consistant in unica Domo, & in geminis locis montium cum triginta tribus centesimis alterius loci montis, in totum annui redditus scutorum 27., & obul.86., ex quibus demptis annuis scutis 13. 35.$\frac{1}{2}$, nimirum scutis decem ut supra per Testatorem in utilitatem Ecclesiæ relictis, & scut.3. 35. pro reparationibus in dicta Domo necessariis juxta computum per novennium factum, iidem annui redditus residuantur ad scuta dumtaxat 14., & obul.50. $\frac{1}{2}$, factum hinc est, quod Dos conferri non possit, nisi singulis duobus, ac etiam tribus annis, & eo anno, quo Dos non confertur, Confratres ex defectu dotalis præmii comitiis non intersunt maximo

ximo cum detrimento Ecclesiæ, & Universitatis. Ut tamen interessent, fuit ab eisdem Confratribus in secretis comitiis habitis die 10. Februarii superioris anni resolutum, quod Dos anno quolibet ad nominationem Confratris frequentantis, & ex Urna extrahendi conferri deberet *in ea quantitate, quæ detractis oneribus superesset de redditibus hæreditariis*, dummodo residualis quantitas non excedat summam scutorum 25., pro cujus resolutionis approbatione Sacram Congregationem supplicant Officiales dictæ Universitatis.

Eminentissimus Cardinalis Protector, & visitator Apostolicus dictæ Ecclesiæ supradictam Facti narrationem confirmat, nec non captam à Confratribus resolutionem laudat, suumque votum aperiens concludit = *Siquidem quantumvis ex Testatoris dispositione subsidii summa præfinita non habeatur in scutis 25., hæc tamen lex illorum respicit utilitatem, qui dotale subsidium consequi debent. Cum autem huicce commodo ipsi cedere malint, minorique summa contenti sint, dummodo aliquod unoquoque anno emolumentum percipiant, nullam hinc Testatoris voluntati vim inferre, imo quam maxime rationi congruam esse censeo Oratorum postulationem*.

Animadvertendum tamen est, nullum ab Oratoribus proferri Inventarium Bonorum hæreditariorum Joannis Barossi Testatoris sive peractum ab illius hæredibus, sive ab Ecclesia sub lituta, & pro ipsa ab ejus Officialibus, sine quo Hæres allegare nequit insufficientiam Bonorum hæreditariorum, nec se eximere ab integra præstatione legati juxta firmata per *Rotam in Romana Cappellaniarum 27. Junii 1725 §. Porro, & seqq. coram bo. mem. Gamaches*.

Rursus exhiberi computum introitus, & exitus dictæ Hæreditatis per novennium tantum, non autem per annos decem continuos, prout ad hunc effectum exhiberi debuisset, ad regulam exornatam *à Rota in decis. 169. n. 2. coram Royas, in decis. 298. num. 10. part. 12., & in decis. 6. num. 3. part. 17. recen.*

Itemque Sacram Congregationem reiicisse petitam Dotis reductionem ad minorem summam, ea qua Testator præscripserat, ut *in Spoletana Collegii, & Dotium diei* 10. *Maii* 1687., in qua licet demandata fuisset reductio Dotium, ut *ex lib. 37. Decret. pag. 293.*, recessum tamen fuit à decisis *sub die 6. Augusti* 1689. ut *ex lib. 89. Decret. pag. 295.*, subindeque eadem repropofita Causa *sub die* 7. *Julii, &* 4. *Augusti* 1736. sub dubio *An constet de invaliditate reductionis Dotium, ita ut sit danda reintegratio in casu &c.* = resolutio prodiit = *Dilata, & firmetur status &c.* =, eoque firmato, & Causa reproposita *sub die* 18. *Maii* 1737., responsum fuit = *Reductionem non esse exequendam*.

Similiter *in Romana Subsidiorum Dotalium* 1. *Decembris* 1736., ubi proposito Dubio = *An sit locus reductioni, seu suspensioni*

sub-

subsidiorum Dotalium in casu &c. = datum fuit responsum = *Negative* =, quæ resolutio confirmata fuit *sub die 2, Decembris 1752.*, *& 20. Julii 1754.* : ac demùm *in Camerinen. Subsidii Dotalis diei 27. Junii 1761. quoad II. dubium* in hæc verba conceptum = *An sit locus reductioni in casu &c.* =, responsum fuit = *Negative*.

Et è contra ponderandum est, Ecclesiam, & Universitatem carere servitio Confratrum, & administratione, si Confratres annui Subsidii Dotalis commodo privarentur. Quibus perpensis onus erit EE. VV. sapientissime de more decernere.

An sit confirmanda resolutio capta ab Universitate in secretis comitiis die 10. Februarii 1775. in casu &c.

Die

Die Sabbathi 30. Martii 1776. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, praeter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacrae Congregationis de jure resolvenda.

CUM in Folio preteritæ Congregationis diei 2. labentis mensis sequentes Causæ remanserint indecisæ, dignabuntur EE. VV. Folium resumere, & illarum Dubiis respondere.

SENEN. DISPENSATIONIS. *Seff. 14. cap. 7. de Reform.*

I. *An constet de irregularitate in casu &c.* = & quatenus affirmative.

II. *An, & quomodo sit concedenda dispensatio in casu &c.*

Ad primum affirmativè.

Ad secundum consulendum SSmo pro dispensatione arbitrio Archiepiscopi.

ALATRINA DOTIUM. *Seff. 22. cap. 6. de Reform.*

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro assignatione subsidiorum dotalium, de quibus agitur, in casu &c.

Dilata, & coadjuventur probationes super sanguinis conjunctione cum Testatore.

ASTEN. MATRIMONII. *Seff. 24. Doctr. de Sacram. Matrim.*

An sit locus dissolutioni Matrimonii in casu &c.

Negativè.

Sess. 25. cap. 5. de Reform.

TAURINEN.

An, & quomodo Oratricis precibus sit annuendum in casu &c.

Affirmativè juxta votum Archiepiscopi, facto verbo cum SSmo.

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

ROMANA SUBSIDII DOTALIS.

An sit confirmanda resolutio capta ab universitate in secretis comitiis die 10. Februarii 1775. in casu &c.

Sess. 24. cap. 18. de Reform.

PERUSINA PRIORATUS. Anno 1774. vacata Parochiali Ecclesia, seu Prioratu S. Joannis Baptistæ Terræ Marsciani Perusinæ Dioecesis, Episcopus Concursum de more indixit, ut vacans Ecclesia de novo Rectore provideretur. Tres venerunt ad Concursum. Primus fuit Sacerdos Petrus Hieronymus Cenci Patritius Perusinus, & Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Perusiæ ætatis suæ annorum 28.: Alter fuit Sacerdos Ugulinus Corradini annorum 36. Rector Ecclesiæ Parochialis S. Mariæ Castri Cerqueti Perusinæ Dioecesis: Fuitque tertius Sacerdos Felix Calindri Vicarius Curatus Ecclesiæ Parochialis S. Crucis Portæ S. Petri constitutus in ætate annorum 39.. Hi omnes in Concursu habito die 2. Decembris dicti anni 1774. approbati fuerunt ab Examinatoribus Synodalibus, qui in Scrutinio quoad scientiam pares habuerunt tum Canonicum Petrum Hieronymum Cenci, tum Felicem Calindri, locumque secundum assignarunt Ugulino Corradini, quo vero ad merita, aliaque requisita, primum assignarunt locum æque Felici Calindri, & Ugulino Corradini, postremum Canonico Petro Hieronymo Cenci. Episcopus tamen uti digniorem Cincium prælegit, eidemque contulit Prioratum, cujus etiam possessionem fuit adeptus.

Hanc prælectionem ægre tulit Calindrius, qui cæteroquin appellationem interponere prætermisit, licet eam sub die 12. Decembris ejusdem anni hora quarta noctis exhibuerit Notario Domi suæ, sed in irritum, quia Notarius juxta stylum Pærusinæ Curiæ prohibentem receptionem juridicæ instantiæ post occasum Solis, & extra publicum Officium, exhibitam Appellationem recipere recusavit. Siluit etiam Calindrius per subsequens trimestre tempus, dum non prius, quam mense Martii supe-

rio-

rioris anni preces obtulit huic Sacræ Congregationi conquerens de mala relatione Examinatorum, deque irrationabili Judicio Episcopi, & postulans, sibi tamquam digniori Prioratum esse conferendum.

Auditus fuit Episcopus, qui Judicium suum ut pote justæ, rationabili, & præponderanti rationi innixum pro Cincio tuetur, sustinetque. Transmissa sunt acta Concursus. Causa proponitur in triangulari certamine, quoniam & quoque Corradinus, audita reclamatione Calindri, in istius, & Cincii contradictorem se præbuit.

Fundamentum conquestionis Calindri in suis porrectis precibus expressum in eo stetit, quod in prælecto Cincio nihil aliud concurrat præter nobilitatem ejus Prosapiæ, quoniam = *Nell'età non eccede gli anni 27., e da poco spogliatosi per Indulto Pontificio dell'Abito Monastico, fù bensì provisto subito di un Canonicato della Catedrale rinunziatogli dal Fratello maggiore, mà per confessione propria mai erasi applicato allo Studio di Teologia morale, molto meno aveva mai confessato* = quin imo = *avendo rilevato all'opposto, che nella Conciuncula era sino uscito dall'argomento proposto oltre la mal intesa, e ordinata composizione, e nella risoluzione de' casi di Coscienza, senza neppur contare la falsa grammatica, non aveva avuto ribrezzo di procedere col sentimento di proposizioni dannate dalla S. Sede, siccome in ordine alla spiegazione del Concilio da per se stesso si era accusato con i Colleghi di non averla ricapezzata, si riconobbe manifestamente gravato*.

Hæ autem Calindri rationes, quemadmodum earum virtute de indoctis redarguuntur nedum Cincius, sed præcipuè Examinatores Synodales, qui Cincium quoad scientiam approbaverant, & eumdem inter approbatos alterum ex primis nominaverant, itemque de indoctis redarguuntur etiam Perusinus Antistes, ejusque Vicarius Generalis, qui examini interfuerant, temeritati proximæ sunt, nisi concludentissime probetur, Cincium fuisse reprobandum, ut inquit Cælestinus Papa *in Can. Nullus distinct.* 61. ibi = *Primum enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis Ecclesiis merito præferantur* = & consonat *Textus in Can. Obitum eadem Distinct., & in Can. Sacrorum Distinct.* 63., benigna præsertim urgente præsumptione, quam Cincius pro se habet, ipsum fuisse dignum assequendi Prioratus Ecclesiam, de qua agitur, prout innuit *Glossa in cit. Can. Nullus sub verbo non credimus* ibi = *Nota benignam præsumptionem, quod semper præsumitur, quod aliquis sit dignus in Ecclesiis*.

Cæterum examinandum erit, utrum audiendi sint Calindrius, & Corradinus in eorum exceptionibus adversus relationem Examinatorum simul, & adversus Episcopi Judicium, quoties iidem penes acta, & intra præstitutum tempus ad appellandum nullam interposuerint appellatio-

 nem,

nem. Notum est enim, *S. Pium V. in sua Constitutione* 33. *tom.* 2. decrevisse, quod Parochiales Ecclesiæ conferri deberent non solum dignis, sed magis idoneis, ita tamen ut si Episcopus minus habilem, posthabitis magis idoneis, elegerit, possent ii, qui fuissent rejecti, à mala hujusmodi electione ad Metropolitanum, vel ad S. Sedem Apostolicam appellare, & præelectum ad novum examen coram ipso Appellationis Judice, ejusque Examinatoribus provocare, ut legitur *in* § 7., *&* 8. *dictæ Pianæ Constitutionis*: Æquè tamen notum est, quod ad ineptas coercendas appellationes, quæ à non approbatis in concursu interponuntur, nec non ad incongruas avertendas provocationes ad novum examen, non præventive docto de gravamine, quatuor in Sacra Congregatione proposita fuerunt *Dubia Concursuum*, quorum erat *secundum* his verbis conceptum = *An, & quantum tempus præfiniendum sit illis, qui intendunt appellationem interponere, vel a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Episcopi* =, cui *sub die* 16. *Novembris* 1720. responsum datum fuit = *Ad secundum esse præfigendum tempus decem dierum ad appellandum*.

Rursùs etiamsì Calindrius, & Corradinus essent audiendi, Cincius tamen contendit, nec Examinatores errasse in relatione, nec Episcopum in judicio. Non enim errarunt Examinatores tùm in forma, tùm in substantia Relationis. Non *in forma* præscripta à Sacrosancto Concilio Tridentino *Sess.* 24. *cap.* 18. *de Reform.*, ubi meritorum judicium exprimendum præcipit in relatione facienda, cui adhæsit san. mem. Benedictus XIV. *in sua Constitutione Cum illud la* 68. *§*. 4., ubi mandavit, ut Examinatores in ipso Scrutinio perpenderent scientiam simul, & merita Concurrentium, *hisque omnibus conjunctim expensis*, *inhabiles per sua suffragia reiiciant*, *& idoneos Episcopo renuncient* = quia Sac. Concilio Tridentino, & Benedictinæ Constitutioni satisfactum censetur, quoties Examinatores asserentes, ipsos in Scrutinio perpendisse singulorum concurrentium scientiam, & merita, *genericam* de illis mentionem habuerint in relatione Episcopo facta, juxta constantissimam hujus Sacræ Congregationis Sententiam, de qua *in Monopolitana Concursus* 28. *Aprilis* 1759, *in Salernitana*, *seù Caputaquen. Parochialis* 9. *Februarii*, *&* 8. *Martii* 1760., *& in Pinnen. Theologalis* 23. *Augusti*, *&* 20. *Septembris ejusdem anni* 1760.

Nec item Examinatores in *substantia* relationis errasse subtinet idem Cincius, quia lucupletissima documenta per eumdèm exhibita probant, ipsum incubuisse studiis Grammatices, Philosophiæ, ac Theologiæ tum moralis, tum dogmaticæ, & quidem assiduè, doctè, omniumque cum plausu, laude, & admiratione, nec non ipsum esse in Theologicis disciplinis, & in Sacrorum Canonum studiis ver-

satissimum, ejusque pietatem, ejusque mores, aliaque virtutum merita, quibus ornatur, eum omnibus reddere suavissimum. Nihil enim ultra desiderari videtur, ut justa, & non mala dicatur Examinatorum de Cincio facta relatio, & approbatio.

Judicium demum Episcopi non esse de irrationabilitate redarguendum in prælatione ipsi Cincio tributa, cum ad hunc effectum requiratur evidens, & inexcusabilis excessus, ut ex mente S. Pii V. in sua Constitutione *In Conferendis* 33. §. 7. firmat *Rota coram Ansald. decis.* 269. *num.* 4., & *decis.* 429. *num.* 19., & *in Firmana Parochialis* 26. *Junii* 1752. §. 4. *coram clar. mem. Card. Molino*. Eoque potissimum probari debeat excessus, dùm firmum in jure est, quamlibet interpretationem esse pro judicio Episcopi sumendam *ad Text. in cap. In præsentia de Renunciat.*, *Gonzal. ad regul.* 3. *Cancellar. gloss.* 4. *num.* 124., & *seqq. num.* 133., *Pignatell. tom.* 1. *consult.* 98. *num.* 5., & *Rot.* *coram Buratt. decis.* 22. *num.* 28., & *seqq.* Ea adstipulante ratione, quia nemo est, cui mores Concurrentium innotescere magis possint, quàm Ordinario; *Ex quo inferunt Doctores, quod Ordinarius tenetur illum præferre, cujus mores sunt sibi magis noti*, ut his verbis prosequitur *Pignattell. loc. cit.*, *Barbos. de Offic.*, & *Potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 60. *num.* 101. *sub vers. Et præferendum*, *Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 52. *num.* 25., *Rot. coram Celso decis.* 5. *sub num.* 4., & *coram Ansald. d. decis.* 269. *num.* 6.

Non est igitur, cur Calindrius, & Corradinus conquerantur de prælectione Cincii facta ab Episcopo, cum eligere Digniorem solius Episcopi judicio reservatum sit à Sacro Concilio Tridentino *cit. Sess.* 24. *cap.* 18. *de Reform.*, & à sa. mem. Benedicto XIV. *in Constitutione Cum illud* 68. §. 11. *tom.* 1., & in dubio censeatur Episcopum prælegisse quem digniorem in Domino judicavit, ex traditis per *Rot. coram Ansald. dict. decis.* 269. *num.* 4., & *in cit. Firmana Parochialis* 26. *Junii* 1752. §. 8 *coram clar. mem. Card. Molino*. Sat enim est, quod omnes ab Examinatoribus approbati sint, ut jure potuerit Episcopus Cincium seligere, quem tamquam approbatum digniorem putavit, licet quoad meritorum prerogativam secundo loco decoratus fuisset, ut animadvertunt *Garz. de Benef. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 109., *Card. de Luc. de Paroch. disc.* 1. *num.* 17., & *seq.*, *Rot. in Firmana Parochialis* 26. *Junii* 1752. §. 5., & *seqq.*, & censuit hæc Sacra Congregatio *in Nucerina Parochialis* 2. *Octobris* 1721., *in Lunen. Sarzanen. Parochialis* 18. *Novembris*, & 2. *Decembris* 1724., *in Ariminen. Concursus* 7. *Maii* 1735., *in Auximana Concursus* 12. *Augusti* 1747., *in Firmana Parochialis* 22. *Januarii*, & 25. *Junii* 1763., & *in Portuen. Parochialis* 30. *Julii ejusdem anni* 1763.

Duo insuper in Causa sunt, quæ certè suadent, judicium Episcopi fuisse justum, & rationabile, primum scilicet, quod Cincius prælectus acceptissimus est toto Marscianensi Populo, qui Cincium laudat, & in Cincio confidit. Alterum, quod Calindrius recurrens malé se gesserat in exercendo Confessarii Monialium munere, quo fungebatur, veluti transcripta Epistola Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium ad ipsum Perusinum Episcopum directa, in qua notantur Calindri mores, & ingenium non laudabile, ut refert idem Episcopus in sua relatione, quæ à Cincio una cum suo libello circumfertur. A Calindrio, & à Corradino nihil accepimus. Dubia sunt.

I. *An constet de mala relatione Examinatorum, & de irrationabili judicio Episcopi in casu &c.* = & quatenus affirmative.

II *An, & cui adjudicandus sit Prioratus Terræ Marsciani in casu &c.*

Sess. 25. Decret de Purgat.

HORTANA. Aurelius Celestini anno 1612. condito Testamento reliquit scuta 300. investienda in Censibus, vel in Locis Montium non vacabilium, ut ex illius fructibus biennio quolibet dotarentur Puellæ pauperes Oppidi Bassanelli Hortanæ Diœcesis, & proximiores suæ Familiæ ad nominationem Communitatis dicti Oppidi.

Anno 163×. eadem Communitas super Communitativis stabilibus Censum imposuit annuorum scutorum duodecim, eumque pretio scutorum bisentum vendidit Operæ piæ Celestini, ementi soluta rata dictorum scutorum 300.. Hunc Censum Communitas redimere curavit anno 1703., & ad hunc effectum pecunias transmisit Nicolao Celestini ejus in Urbe Procuratori, qui pecunias penes se retinuit, nec eas in Æde Sacra deposuit, nisi anno 1723., nullo de illis facto investimento, quod tamen Judice mandante factum fuit anno 1773. in Loco uno, & centesimis 54. Montis S. Petri septimæ Erectionis.

Interea Communitas credens, pecunias investitas fuisse, Puellas nominavit, & dotavit in scutis 24. pro qualibet, earumque nonnullas etiam solutione dimisit.

Detecta fraude a Celestino patrata, orta fuit quæstio Communitatem inter, & Fulvium Celestini Nicolai filium, & hæredem, cui nam cedere deberet damnum ommissi investimenti. Vicarius Generalis Hortæ rem absolvit pro Celestino. Illius Judicium confirmavit Eminentissimus Dominus tunc A.C. Giraud: Ast in gradu ulterioris appellationis valde dubitatum fuit de earumdem sententiarum justitia.

In hoc rerum statu Collitigantes devenerunt ad Transactionem,

nem, qua Celestinus in se onus assumpsit solvendi dotem scutorum 24. jam collatam septem ex undecim Puellis, quæ supersunt satisfaciendæ, idque pro omni, & toto eo, quod Communitas ab ipso Fulvio qua filio, & hærede Nicolai prætendere posset loco damnorum, sive fructuum non perceptorum ob ommissum depositum dictorum scutorum 200., ommissumque eorum investimentum: Reliquis vero quatuor Puellis similem jam pariter collatam dotem solvere promisit Communitas, reservato tamen Beneplacito Apostolico cum absolutione, & condonatione fructuum dictorum scutorum 200., qui erant in dotes erogandi, & qui in dotes erogati non fuerant ob illorum inexistentiam facto, & culpa Celestini.

Pro approbatione hujusce Concordiæ simul, & pro dicta fructuum condonatione Communitas preces porrexit Summo Pontifici, precibusque ablegatis ad hanc Sacram Congregationem, hæc, audito prius Hortano Episcopo, qui fuerat in votis indulgendi utrique Parti petitam fructuum condonationem, *sub die* 17.*Julii* 1773. rescripsit = *Eminentissimo de Zelada, qui dignetur rem perpendere, & votum suum aperire* =, quod fuit pro confirmatione Concordiæ; quo vero ad condonationem fructuum, quam satisfactis Puellis Communitas postulaverat, subdit laudatus Eminentissimus, quod = *superesse aliquid fortasse poterit ex dotibus, quæ, reinciderunt, cumque de iis Testator minime dispofuerit, idcirco illas nec investiendas, nec denuo distribuendas, sed sui commodo adscribendas censet. De hoc tamen viderit Sacra Congregatio.* = vi cujus *sub die* 17. *Junii superioris anni* 1775. fuit per summaria Precum rescriptum = *Pro approbatione juxta tamen votum Eminentissimi Relatoris, ita tamen ut de eo, quod superfuerit, particulariter supplicet Communitas.*

Licèt hujus rescripti virtute approbata fuisset Concordia, non tamen adhuc ea stipulata fuit, nec eam stipulare Communitas protestata est, nisi superaccedat etiam fructuum condonatio, quia secus essent impares Transigentes, quoniam Celestinus ex Concordia loco damnorum absolveretur à solutione fructuum non receptorum ob neglectum ab ejus Patre, & Auctore depositum, & investimentum dictorum scutorum 200., & è converso Communitas subjecta remaneret solutioni annuorum scutorum duodecim pro fructibus dicti Census scutorum 200., qui absque ejus culpa, sed ex dolo tantum Celestini redemptus non fuerat, prout redimi debebat usque ab anno 1703., & sic ipsa Communitas per Concordiam liti succubuisset.

Pro hac igitur obtinenda fructuum condonatione particulariter supplicavit eadem Communitas, precibusque propositis per summaria Precum in Congregatione diei 20 nuper elapsi mensis Januarii, rescriptum prodiit = *Dilata* =, ut

ut cognosceretur, quantum ex una parte reddidissent dicta scuta 200. ab anno 1703. ad annum usque 1772., & sic spatio annorum *69.*, si eadem scuta 200. tunc & de dicto anno 1703. reinvestita fuissent in Loco uno, & centesimis 54, prout in eo fuerunt investita de dicto anno 1772., & parte ex altera quantum ex causa Dotium hoc intermedio tempore collatarum solverit Communitas, & quantum ex eadem causa solvendum supersit.

Facto computo. Locum unum, & centesima 54. sunt annui redditus scutorum quatuor, & obulorum 52., iisque multiplicatis per annos *69.*, constituitur quantitas scut.307., & obul.*36.*

E contra patet, Communitatem tres de propriis pecuniis persolvisse dotes scutorum 24. pro qualibet, quæ simul sumptæ conficiunt solutam summam *scutorum* 72.: Itemque ex undecim similibus Dotibus, quæ solvendæ supersunt, Communitas illarum quatuor ex Transactione solvere debet, quæ ad eamdem rationem scutorum 24. summam efformant *scutorum 96.*: Fulvius verò Celestini vi dictæ Transactionis solvere tenetur residuales dotes septem, quę summam conflant scutorum *168.*

Hujusmodi tres summæ in unam collectæ constituunt scuta *336.*, quæ in scutis 28., & obulis *64.* excedunt debitum fructuum annorum *69.* unius Loci Montium, & centesimorum 54., in quibus antedicta scuta 200. investita fuerunt. Ideoque plusquam abundè satisfactum videtur debito solvendarum Dotium, & esse injustè gravatam Communitatem, si eadem damnaretur ad collationem simul, & solutionem aliarum Dotium præter promissas in prænarrata Concordia.

Quibus sic stantibus, dignabuntnr EE.VV. decernere *An, & quomodo Oratricis precibus sit annuendum in casu &c.*

Sess.25. cap.4. de Reform.

REGIEN. REDUCTIONIS SERVITII CHORI, ET MISSARUM. Proposita hæc Causa fuit in Congregatione habita die 8. Julii superioris anni, cujus Folium poterit ab EE. VV. benigne reassumi, disputatoque tunc sequenti Dubio = *An, & quomodo sit facienda reductio in casu &c.* = eidem in posteriori Congregatione diei 29. ejusd. mensis Julii responsum datum fuit = *Dilata, & scribatur Episcopo juxta mentem* =, quæ fuit, ut Episcopus certiorem redderet Sacram Congregationem de existentia, statu, & qualitate Prædiorum in Fundatione Canonicatibus assignatorum, & cujus culpa eadem Prædia, eorumque redditus decreverant, & an faciendis restaurationibus, seu melioramentis in dictis Prædiis sperari possint redditus uberiores.

His

His omnibus satisfecit Episcopus: Is enim retulit = *Che intanto dai Fondi, e Censi dei due Canonicati non si ricavano li scudi 30., e baj. 66. moneta Romana per i due pesi, che sostengono delle Messe, ed esercizio Ecclesiastico, come prescrive il Fondatore, perche furono già alienati dal Signor Duca Padrone di detti Fondi, in luogo de quali vengono passati dalla Ducal Camera i mentovati assegni; Onde non evvi luogo a verun risarcimento, o bonifico de Fondi specifici già destinati dal l' A. S.; da quali non si può ritrarre perciò maggior frutto del presente.*

Subditque = *Da tutto ciò si vede, che non resta già diminuita da Chi gode il Patronato la Pensione, ma questo unicamente è derivato dalla riduzione della moneta, mentre al tempi della Fondazione il Zecchino era valutato solo dieci lire della Mirandola, laddove in oggi ne vale sedici, ed essendo venduti, e livellati i Fondi, ne viene di conseguenza, che resta diminuita a motivo di tale riduzione, e ristretta la Pensione alla sopracitata somma di scudi num. 30., e baj. 66.*

Hæc retulit Episcopus. Onus nunc erit EE. VV. sapientissime de more deliberare:

An, & quomodo sit facienda reductio in casu &c.

FIRMANA EMPHYTHEUSIS. Proposita etiam fuit hæc Causa in Congregatione diei 29. Julij 1775. In illa quippe disceptabatur, utrum Emphyteusis Bonorum spectantium ad gemina Beneficia per Antonium Cosimi possessa, alterum scilicet nuncupatum *S. Luciæ* in Ripana Diæcesi, & alterum sub invocatione *S. Mariæ* situm prope *Menochiæ* Flumen intra fines Ecclesiæ Firmanæ, concedenda sit Joanni Guidi, qui *affixis Edictis* obtulerat annuum canonem scutorum 360., seu potius Bernardino Voltatorni, qui pensionem exhibuerat annuorum scutorum 347., & qui subinde majorem oblationem Guidi peræquaverat. *Sess. 25. cap. 11. de Reform.*

Quia vero Franciscus Sciarra coram Sacra Congregatione suam quoque pro Persona tamen nominanda, & sub certis exprimendis Fidejussoribus dederat oblationem pro annuis scutis 400., hinc in sequenti Congregatione habita die 19. Augusti rescriptum fuit = *Dilata, & ad mentem, & mens est, ut Eminentissimus Archiepiscopus nova mandet proponi Edicta in Civitate Firmi, nec non & nova proponantur in Civitate Ripæ, & Franciscus Sciarra declaret personam, pro qua obtulit die 12. currentis Augusti, nec non & personam Fidejussoris dictæ personæ nominandæ.*

Hujus rescripti virtute nova affixa fuerunt Edicta ad Oblatores alliciendos tum in Civitate Firmi, tum in Civitate Ripæ; Ast in prima Civitate nullus oblator comparuit; Non item in secunda, in qua dictus Sciarra suam oblatio-

nem annuorum scutorum 400. ratam habuit, declaravitque illam non pro alia Persona esse, sed pro se met ipso, suisque Fratribus Thoma, & Michaele, eorumque respective Successoribus; in Fidejussores vero nominavit Barnabam Petrarca, ejusque filium Romualdum.

Archiepiscopus Firmanus in postrema sua relatione testatur, quod = *His auditis, accersitus a me Voltaturnius Sciarra pensionem adaequavit, annuosque & ipse obtulit nummos quatuorcentum.*

Res ergo est in paritate oblationum, & videtur quaestio sumenda de praelatione inter Oblatores, an scilicet, postposito Joanne Guidi minorem pensionem offerente, Sciarra praeferendus sit Voltaturnio, vel é contra. Quaenam sint opes Sciarrae, ejusque Fidejussorum, & quae sit Sciarrae idoneitas in colendis Agris, penitus ignoratur, praesertim a Creditoribus Antonii Cosimi Bonorum Beneficii Titularis, quibus tamen certae sunt divitiae Voltaturni, ejusque idoneitas, & sollicitudo in solvendis pensionibus. Sciarra Creditoribus invisus est, Voltaturnius acceptissimus, qui etiam pro se habet votum Archiepiscopi Firmani his verbis conceptum = *Erit igitur EE. VV. definire, quis eorum praeferri debeat. Quantum in me est, licet Francifcus Sciarra oblata fidejussione munitus idoneus Oblator esse videatur, nihilominus anteferendum Voltaturnium existimarem.*

A Creditoribus Cosimi jura circumferuntur. A Sciarra nihil habuimus. Causa nunc iterato proponitur, ut Em. PP. *repetita lectione Folii supradictae Congregationis diei 29. Julii 1775.* idem Dubium expediant.

An, cui, & pro qua summa Emphyteusis sit concedenda in casu &c.

Die Sabbathi 27. Aprilis 1776. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

IN Postrema Congregatione habita die 30. Martii proxime præteriti indecisæ superfuerunt sequentes Causæ. Dignentur itaque EE. PP. reassumpto folio tunc distributo, illas sapientissime definire.

ROMANA SUBSIDII DOTALIS.

An sit confirmanda resolutio capta ab universitate in secretis comitiis die 10. Februarii 1775. in casu &c. *Sess. 22. cap. 6. de Reform.*

Dilata, & firmetur Status Hæreditarius per Peritum Curialem deputandum, & exhibeatur Testamentum.

PERUSINA PRIORATUS.

I. *An constet de mala relatione Examinatorum, & de irrationabili judicio Episcopi =* & quatenus affirmative. *Sess. 24. cap. 18. de Reform.*

II *An, & cui adjudicandus sit Prioratus Terræ Marsciani in casu &c.*

Ad Primum negativè, & amplius.
Ad secundum provisum in Primo, & amplius.

HORTANA.

An, & quomodo Oratricis precibus sit annuendum in casu &c. *Sess. 25. Decret. de Purgat.*

Dilata, & Episcopus cogat Communitatem præfixo termino ad reddendam rationem tàm aliorum scutorum 100. quam fructuum eorumdem scut. 100., & proponatur simul.

Sess.25. cap. 4. de Reform.

REGIEN. REDUCTIONIS SERVITII CHORI, ET MISSARUM.

An, & quomodo sit facienda reductio in casu &c.

Firmo remanente onere Missarum, pro reductione servitii Chori pro diebus Festis tantum.

Sess. 25. cap.11. de Reform.

FIRMANA EMPHITEUSIS.

An, cui, & pro qua summa Emphiteusis sit concedenda in casu &c.

Emphyteusim concedendam esse Bernardino Voltatorno pro annuis scutis quadringentis juxta Votum Emi Archiepiscopi.

Sess.23. Cap. 1. de Reform., & Sess.25. cap. 13. de Regular.

VERULANA JURIUM PAROCHIALIUM, ET PRÆEMINENTIARUM. In Terra Montis S. Joannis Verulanæ Diœcesis tres aderant Ecclesiæ Parochiales, prima scilicet S. Mariæ della Valle, cujus erat Rector Bernardus Antonini, nec non Seraphinus de Rocchis illius Coadjutor cum futura successione: Secunda S. Mariæ della Rendola nuncupata, cui præerat Aloysius Viola decoratus titulo Archipresbyteri: Tertia demum S. Margaritæ dicata, cujus Animarum curam exercebat Sacerdos Dominicus Visca. Has Ecclesias Parochiales earum Rectores resignarunt in manibus Summi Pontificis sub reservatione tamen percipiendi redditus propriæ respectivæ parochiæ, donec viverent, & illas, instante Clero, & Populo dictæ Terræ, per Apostolicas Litteras *nunc supprimendas præcepit* anno 1773. fa. mem. Clemens XIV., qui in eodemmet illarum suppressionis actu præfatam Ecclesiam S. Mariæ della Valle erigi jussit in Collegiatam, & Parochialem, ut antea erat, eique uniri reliquas duas supprimendas Parochiales Ecclesias S. Mariæ della Rendola, & S. Margaritæ una cum tribus simplicibus Beneficiis *ex nunc pro tunc* cum illa per obitum eorum respective Possessorum vacassent.

Rursus in hac noviter erigenda Parochiali Ecclesia unum præscripsit esse instituendum Archipresbyteratum pro unica, & principali Capituli Dignitate, ac etiam esse instituendos octo Canonicatus, quorum geminis Curatis nuncupandis imminere deberet Cura Animarum Parochianorum subjectorum aliis Parochialibus Ecclesiis, ut supra, Collegiatæ Ecclesiæ unitis, nimirum S. Mariæ della Rendola, & S. Margaritæ: Mandavit insuper Archipresbyteratum dictæ Ecclesiæ Collegiatæ conferendum esse Aloysio Viola, nec non primum ex duobus Canonicatibus Curatis assignandum esse Dominico Visca, & alterum Bernar-

nardo Antonini: Quo verò ad Seraphinum de Rocchis, qui eidem Bernardo fuerat Deputatus Coadjutor in regimine, & Administratione supprimendæ Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ della Valle in Collegiatam erigendæ, voluit, ut ille sine novo examine confirmaretur Bernardi Coadjutor in regimine tamen, & Administratione secundi Canonicatus Curati, & secundæ Curatæ Præbendæ, eidem, prout unicuique ex prædictis Rectoribus, quousque vixerit, reservatis fructibus Parochialis Ecclesiæ, quæ ante illius suppressionem ab unoquoque eorum detinebatur.

Verulanus Antistes, cui Litterarum Apostolicarum executio commissa fuerat, Decreto suo prædictas Parochiales Ecclesias suppressit, & in Collegiatam erexit Ecclesiam Sanctæ Mariæ della Valle, prout etiam de Archipresbyteratu providit Aloysium Viola, assignavitque primum Canonicatum Curatum Bernardo Antonini, nec non Seraphino de Rocchis illius Coadjutori, alterumque Canonicatum Curatum contulit Dominico Visca, eosque respective in veram, realem, & actualem possessionem Archipresbyteratus, & Canonicatuum Curatorum immisit.

Erecta vix dicta Collegiata, plurima exorta sunt diffidia Archipresbyterum inter, & Canonicum Curatum Bernardinum Antonini, ejusque Coadjutorem Seraphinum de Rocchis tam super exercitio Curæ Animarum ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ, quam super Praeminentiis eidem Archipresbytero debitis. Difformia super hinc inde promotis prætensionibus fuerunt Episcopi provisionalia Decreta, tandem Archipresbyter expedivit Monitorium in Episcopali Verulana Curia petens manutentionem = *in pacifica, & quieta possessione juris exercendi Curam Animarum Parochianorum dictæ Ecclesiæ S. Mariæ della Valle, quam ante illius erectionem in Collegiatam ejus Rector pro tempore existens exercebat, & in ea Sacramenta privative quoad omnes alios administrabat ad formam Litterarum Apostolicarum, & successive decreti Illustrissimi, & Reverendissimi D.* = cui petitioni lata Sententia respondit Episcopus = *Non competiisse, neque competere dicto Rev. Archipresbytero assertam manutentionem, quin immo in exercitio Curæ Animarum præfatæ insignis Collegiatæ manutenendos fore, & esse dictos RR. Canonicos Curatos Antonini, & de Rocchis.*

Et quamvis adversus hanc Sententiam appellationis Commissio fuisset directa Sacræ Rotæ Tribunali, nihilominus *SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER* per organum Eminentissimi D. Cardinalis ejus Pro-Auditoris avocata Causa a Sacra Rota, & a quocunque Judice, & Tribunali, illam utpote respicientem executionem Bullæ erectionis Collegiatæ in Monte S. Joannis, delegavit huic Sac. Con-

Congregationi cum omnibus facultatibus, coram qua jura circumferuntur ab utraque parte.

Ponderandum est, Archipresbytero Viola tam inspecta Juris Communis dispositione, tam spectato tenore Litterarum Apostolicarum, quam etiam perpenso vel ipso Executoriali Decreto, incumbere exercitium Curæ Animarum Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ della Valle, eidemque omnes supra cæteros Canonicos Preeminentias deberi. Primus namque Presbyterorum est Archipresbyter, qui aliis Presbyteris præest, & Curam habet Animarum ad *Text. in Cap. Officium 3. cap. fin., & tot. tit. de Offic. Archipresbyter. Barbos. in collect. DD. lib. 1. Decret. tit. 24. de Offic. Archipr. cap. 3. num. 1., & seqq. Gonzal. lib. 1. Decret. tit. 24. de Offic. Archipresb. cap. 1.*

Collimat in idem tenor Litterarum Apostolicarum, in quibus post sequutam erectionem Collegiatæ demandatur institutio Archipresbyteratus, qui in eadem Collegiata Ecclesia = *Dignitas principalis, & unica, Sedisque Apostolicæ præfatæ dispositioni semper reservatus existat pro uno Presbytero futuro illius Archipresbytero, qui ejusdem primodictæ Parochialis Ecclesiæ in Sæcularem, & insignem Collegiatam, quæ etiam Parochialis, ut antea, existat, Ecclesiam, ut infra erigendæ, illiusque Capituli caput existat, ac in Choro, Capitulo, Processionibus, aliisque Actibus, & Functionibus Capitularibus tam publicis, quam privatis ejusdem primodictæ Parochialis Ecclesiæ in Sæcularem, & Insignem Collegiatam, quæ etiam Parochialis, ut antea, existat, Ecclesiam, ut infra, erigendæ præsit, & præeminentiam, & præcedentiam, primumque, & digniorem locum, nec non Vocem, & Votum in eodem Capitulo habeat, cuique universa, ac omnimoda, tam actualis, quam habitualis Animarum eorumdem Parochianorum, quæ pro tempore existenti primo dictæ Parochialis Ecclesiæ Rectori ante illius suppressionem, & extinctionem hujusmodi imminebat, Curam, illiusque liberum exercitium in primodicta Parochiali Ecclesia in Sæcularem, & Insignem Collegiatam, quæ etiam Parochialis, ut antea existat, Ecclesiam ut infra erigendæ, plene, & privative quoad omnes alios immineat.*

Litteris Apostolicis optime, ut par erat, respondet Decretum Executoriale Verulani Episcopi, qui post demandatam trium Ecclesiarum Parochialium suppressionem, ac extinctionem, Ecclesiam S. Mariæ della Valle in sæcularem, & insignem Collegiatam erexit, instituitque = *in ea unum Archipresbyteratum, qui inibi Dignitas principalis, & unica sit, cui universa, & omnimoda tam actualis, quam habitualis Animarum eorumdem Parochianorum Cura, quæ pro tempore existenti præfatæ Ecclesiæ Rectori ante illius suppressionem imminebat, plene, & privative quoad omnes alios immineat.*

His, quæ superius expendimus, in nihilo adversatur jurium re-

reservatio, quam Rectores trium Parochialium Ecclesiarum ante illarum suppressionem appositam voluerunt in resignatione facta in Manibus Summi Pontificis; Ea namque respicit dumtaxat annuos redditus Ecclesiarum Parochialium a resignantibus ad eorum vitam percipiendos, non verò honores, & Praeminentias, quas in dictis Ecclesiis illarum Rectores habebant; aliud namque in jure est emolumenta, aliud honores sibi reservare.

Dignabuntur itaque EE. PP. sapientissime decernere.

I. *An, & ad quem spectet omnimoda tam actualis, quam habitualis Animarum Cura Parochianorum Collegiatæ Archipresbyteralis Ecclesiæ noviter erectæ S. Mariæ della Valle Terræ Montis S. Joannis in casu &c.*

II. *An, & quæ Præeminentiæ, Prærogativæ, ac Functiones competant Archipresbytero ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus.

OSCEN. SERVITII CHORI. Canonici Ecclesiæ Cathedralis Oscæ trium Mensium vacationibus quolibet anno perfruuntur, & suarum Præbendarum fructus integre percipiunt. Ut autem iidem frui valeant quotidianis distributionibus, quæ inter præsentes tantum partiuntur, necesse est, ut, exceptis viginti tantum diebus, intersint, & inserviant. Hinc cum grave hoc sit ipsis ob assiduum servitium, quod Ecclesiæ præstare coguntur, supplices instant, & orant, ut sibi quadraginta quinque vacationis dies elargiantur, quin distributiones, aliosque fructus a præsentibus percipiendos amittant, prout simili privilegio Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ potitur. *Sess. 24. cap. 12. de Reform.*

Episcopus de more requisitus, acceptis Testium depositionibus retulit = *Cathedralem Ecclesiam Oscensem continuum, ac laboriosum servitium requirere*, rursus = *Ecclesiam ita constructam esse, ut suapte natura, & situ a Cœli intemperie sit indefensa, aerem æstate summe fervidum, hyeme ad extremum usque rigidum experiri* = Ulterius = *Canonicos vi peculiarium Ecclesiæ Constitutionum, ac consuetudinum quatuor menses ad lucrandos fructus quolibet anno vacationis habuisse, qui post Unionis Decretum ad tres tantum reducti fuere, quin tamen extensi fuerint viginti, quos habebant, vacationis dies ad percipiendas quotidianas distributiones*, ac denique = *Cæsaraugustanam Ecclesiam hujus Provinciæ Metropolitanam tres Menses quolibet anno vacationis habere ad percipiendos fructus, ad distributiones verò quadraginta quinque dies*, proindeque censuit, gratiam esse concedendam, ut fusius hæc omnia liquent ex dicta relatione, quæ hodie a Canonicis circumfertur.

Quo

Quo circa, hisce omnibus perpensis, grave non erit EE. PP. decernere.

An Dignitatibus, & Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Oscen. sit indulgenda vacatio quadraginta quinque dierum in casu &c.

Sess. 21. cap. 6. de Reform.

CAMERINEN. TRANSLATIONIS ONERIS MISSARUM. Petrus Paulus Ferretti, hærede sibi ex asscripta Ecclesia S. Josephi Terræ Murri Camerinen. Diœcesis Jurispatronatus Familiæ suæ, ubi sepelliri voluit, quatenus inibi vita fungeretur, veluti accidit, tres in ea Cappellanias mere Laicales post ejus obitum, nonnullis oneribus, adjectis erigi jussit. Jus vero nominandi ad unam ex prædictis Cappellaniis Macario Sparapani Leviro suo, ejusque descendentibus Masculis ordine Primogenituræ reliquit, æque ac Cappellano tantum a prædicto Macario nominando, cui etiam suæ hæreditatis Administrationem tribuit, quoties in id electus Cappellanus assentiretur, eodemque postmodum servato Primogenituræ ordine, ad alias pariter duas Cappellanias erigendas jus nominandi, & Antonio Josepho quondam Nicolai Ferretti, & Dominico Conforti distinctim pertinere demandavit; Deficientibus verò Masculis ex Masculis sibi prædilectis, vocatisque, Testator nominandi jus Communitatibus Murri, & Casalis detulit.

Onus autem idem Testator Cappellanis injunxit celebrationis quotidianæ Missæ in prædicta Ecclesia S. Josephi per se ipsos, & non per alios adimplendum, distributis cuilibet ex Cappellanis celebrationis horis in qualibet hebdomada. Summo enim auroræ mane in hebdomada Sacrum celebrari jussit pro Anima Defunctorum Familiæ suæ, suique ipsius Testatoris, ac quondam Joannæ Ferretti ejusdem Testatoris Amitæ per unum turnatim ex dictis tribus Cappellanis cum applicatione Sacrificii, eumdemque in duabus subsequentibus hebdomadis hora tardiori, & magis opportuna Incolis, & Viatoribus Sacrum facere absque applicatione, idemque servari per alios duos Cappellanos mandavit.

In executionem Testamentariæ dispositionis Sacerdos Dominicus Sparapani, tanquam ex descendentibus masculis Macarii Sparapani in Cappellanum fuit nominatus, qui bonorum administrationem assumpsit, & onus celebrationis in prædicta Ecclesia S. Josephi adimplevit - Sicuti verò Ecclesia, in qua fundata fuit Cappellania à Civitate Camerini distat spatio trium fere lapidum, & quidem per viam satis asperam, montuosam, præruptamque, hyberno præsertim tempore nivibus, & gelu obsitam, ideoque prædictus Cappellanus ad tuendam propriam valetudinem, atque, ut commodius bonorum administrationem possit exercere, supplex postulavit facultatem transferendi

di onus celebrationis Missarum vel per se, vel per alium adimplendæ ab Ecclesia S. Josephi Terræ Murri ad quamlibet Ecclesiam Civitatis Camerini ab Episcopo designandam; Remissa hinc Episcopo juxta morem supplicatione, auditis interesse habentibus, is retulit, quod = *Auditis Parochianis, & Incolis præfatarum Villarum Murri, & Casalis, quorum solummodo quoddam remotum interesse in hac re considerari potest, hi eorum denegant assensum Oratoris petitioni, nulla alia ratione ducti, quam quod sic placitum fuit Cappellaniæ Fundatori* = in reliquis verò confirmavit ea, quæ in supplici Libello expressa fuerunt, censuitque gratiam petitæ Translationis esse impertiendam. Edito autem altero Rescripto ab hoc Sacro Tribunali sub die 17. Junii superioris anni, quo injunctum fuit, quod = *Præfigatur terminus Parochianis, atque Incolis Terræ Murri ad deducenda jura sua coram Sac. Congregatione, & interim producatur per Oratorem particula Testamenti Petri Pauli Ferretti respiciens fundationem Cappellaniæ per ipsum retentæ*. Mandatis obtemperavit Episcopus, præfixitque Accolis Terræ Murri, & Casalis terminum unius mensis ad deducenda jura coram Sacra Congregatione, æque ac particulam Testamenti transmisit.

Valetudinis periculum, hyberno præcipue tempore, pertimescens Cappellanus Sparapani implorat oneris Missarum translationem ab Ecclesia S. Josephi Terræ Murri ad quamlibet Civitatis Camerini, aitque facilius sibi fore concedendam, tanquam uni de linea prædilecta a Testatore, & soli gravato onere administrationis suæ hæreditatis pro Cappellaniarum fundo relictæ, quæ quidem administratio cum totum hominem requirat *ad quamplurima, & assidua negocia in diem in hac met Civitate pertractanda, & expedienda suppetere, ita ut ejus mora in ipsa Civitate etiam horum intuitu sit sæpe sæpius necessaria*, veluti retulit idem Episcopus, ex quibus infert, incompatibilia ferme reputari posse duo onera, administrationis scilicet bonorum in Civitate Camerini, & celebrationis Missarum in Ecclesia S. Josephi Terræ Murri ab eodem Cappellano adimplenda:

Fortius verò quia agitur de simplici translatione oneris Missarum præsentaneo tantum Cappellano concedenda, non autem de translatione ipsiusmet Cappellaniæ: Agitur ulterius de translatione dicti oneris ab una Ecclesia Testatori benevisa ad alteram, quam Testator præelegit in testamento jubens, quod, si decessisset in Civitate Camerini, sepulturæ traderetur in Ecclesia S. Philippi ejusdem Civitatis. Agitur demum de translatione concedenda ab una Ecclesia, in qua præter duas alias Cappellanias ab ipsomet Testatore relictas cum onere quotidianæ Missæ, alia duo Sacra quotidie celebrantur, ut itidem aliæ duæ extant Cappellaniæ, altera cum onere celebrationis Missa-

rum annuatim numero 80., altera verò numero 40., ita ut quotidianis hisce oneribus adimplendis provisum satis, superque sit Incolis Terræ, non execedentibus Animarum numerum 160. comprehensis etiam alterius Pagi Casalis Colonis, Pueris, & Advenis, cum sæpe sæpius contingat = *quod ut plurimum Sacra in dictis Ecclesiis peracta Auscultatorem habeant nullum, cum fere omnes per campestria, rusticalibus addicti curis, animaliumque custodiæ, ipso summo mane a' eant, juxta Episcopi relationem*.

Hisce tamen omnibus animadvertendum occurrit obstaculo esse literalem Testatoris dispositionem, qua Fundator Cappellanis injunxit celebrationem Missarum in Ecclesia S. Joseph Terræ Murri Jurispatronatus Familiæ suæ, ac in ea sepulturam elegit, & in ea conditus est, cum in dicto Murri Loco decesserit. Quæ quidem circumstantia sepulturæ ab ipsomet Testatore electæ tanti est, ut Sacra hæc Congregatio alias censuerit, translationem non esse concedendam: ut in *Neapolitana Cappellaniarum* 16. *Junii* & 17. *Novembris* 1731., *Romana translationis oneris Missarum* 28. *Julii* 1731., & *in Ariminen. translationis Cappellaniæ* 20. *Decembris* 1732.

Quamvis autem plures afferrentur Causæ ad impetrandam translationem, ac præsertim illa difficilis accessus ad Ecclesiam, in qua Testator Cappellanias fundavit, nihilominus ne Testatoris voluntas læderetur, Sacra hæc Congregatio petitionem translationis rejecit, ut in *Ariminen. commutationis Missæ* 14. *Martii*, & 13. *Junii* 1711., *Casalen. commutationis voluntatis* 24. *Septembris* 1718., & *in Ariminen. translationis Cappellaniæ* 20. *Decembris* 1732.

Adversatur tandem petitioni hodierni Cappellani præcisa Testatoris voluntas celebrationis quotidianæ Missæ summo Auroræ mane quotidie a Cappellanis inorbem per hebdomadam adimplendæ, ita ut quatenus petita translatio concederetur, vel una ex tribus hebdomadis prædicto Sacrificio summo mane adimplendo careret, vel opus esset alios Cappellanos hoc onere gravare.

Superest tandem instantia pro facultate celebrationis Missarum per alium adimplendæ. Sacra hæc Congregatio, cum agatur de Patrono jus habente Activum, & Passivum Cappellaniæ, sæpissime pro facultate implendi per alium respondit in *Romana Cappellaniæ, proposita die* 8., & *resoluta die* 29. *Augusti* 2722., *Januen. Cappellaniarum* 14. *Aprilis* 1736. *quoad primum, & secundum Dubium, Civitatis Castelli celebrationis Missarum* 4. *Augusti ejusdem anni* 1736., & *in Hortana* 3. *Decembris* 1775.

Hisce perpensis circumstantiis, erit EE. VV. decernere *An, & quomodo Oratoris precibus sit annuendum in casu &c.*

SY-

SYRACUSANA REDUCTIONIS MISSARUM. Michael Ardizzone Civis Syracusanus Ecclesiam Immaculatæ Beatæ Virgini Conceptioni dicatam a Civitate quatuor milliariis dissitam erexit anno 1705., in eaque laicalem Cappellaniam de Jurepatronatus suæ Familiæ fundavit cum onere celebrandi pro anima Angeli Ardizzone ejus Patris *Missam unam singulo die Dominico, ac festivo de præcepto*. Ad manutentionem verò dictæ Ecclesiæ obligavit se, suosque hæredes in perpetuum per solemne Instrumentum, nec non pro stipendio Cappellani ad solutionem quolibet anno Unciarum sex monetæ Siculæ, quæ scut. 14. & obul. 14. monetæ Romanæ respondent. *Sess. 25. cap. 18 de Reform.*

Anno 1732. decessit Fundator, ejusque filii, inter quos Antonius Orator, ære alieno dimisso paternam adivere hæreditatem, nactique sunt possessionem prædii, in quo fuerat dicta Ecclesia ædificata; Missarum verò celebratio fuit diù neglecta, etiam postquam hoc onus filiis innotuit. Antonius Orator tandem duodecim ab hinc annis tot Missas quotannis celebrare fecit, quot dies Dominici, & festi de præcepto intervenerunt tempore culturæ, & messis in dicto prædio faciendæ, solutis Tarinis tribus pro qualibet Missa, sive obulis 24. monetæ Romanæ, præter expensam in conducendo Equo pro commodo Sacerdotis.

Qua in re, ut suæ conscientiæ tutius consuleret, Sanctæ Sedi, quæ tunc vacabat per obitum san. me. Clementis XIV. preces obtulit pro absolutione quoad Missas omissas, & quoad futurum pro gratia reductionis Missarum pro intranti quantitate Unciarum sex, detractis etiam expensis pro accessu; & recessu Sacerdotis.

Exhibitas preces Eminentissimi Cardinales in ordine Priores *Quoad onera Missarum non adimpleta ad Rev. Fabricam, in reliquis ad Sacram Congregationem Concilii* = remiserunt, a cujus oraculo pendet hodie adnexi Dubii declaratio.

Orator Ardizzone ad hanc obtinendam reductionem animadvertit propter nimium æs alienum a Patre contractum, omnia pene bona fuisse consumpta, adeo ut filiis ne de dote quidem materna, quæ erat scut. 14. mil. in totum, cautum fuerit, ideoque ipsos ad nihil cogi posse, & sponte hoc onus assumere, ut Coloni tempore messis, & culturæ facilius Sacrum audire possint diebus Dominicis, & festis, ut latius ex juribus impressis circumferendis.

Auditus de more Episcopus narrata confirmat, votumque suum ita aperit = *Oratorem petita gratia non indignum arbitror, quandoquidem dictæ Cappellaniæ fundationis dote non amplius existente, pietatis potius, quam veræ obligationis causa se satisfacturum profitetur. Quin bene idcirco quantum fieri potest cum dicta Cappellania agatur, nullus dubito. An verò Orator recto, ut dicitur, stet talo EE. VV. sit judicium.*

Verba verò Instrumenti Fundationis sunt hæc: *Pro dote cujus* qui-

quidem Cappellaniæ præfatus Ardizzone per se, ejusque hæredes, & Successores in perpetuum constituit, & assignavit Cappellano eligendo tam per ipsum, quam per suos hæredes, & Successores . . . uncias sex quolibet anno. Hinc ad Causæ resolutionem notandum est, quam cito corruat omnis Ardizzoni defensio ad suam obligationem excludendam, quoties ipse fatetur & Patris se esse hæredem, & bona paterna possidere, inter quæ prædium illud, in quo Ecclesia fuit ædificata.

Firmata ergo ipsius Ardizzoni obligatione solvendi quolibet anno Uncias sex Siculas pro stipendio Cappellani ab ipso eligendi, illud insuper animadverti debet agi hic de dote Cappellaniæ quantitativa procul dubio taxative legata; quo in casu necessariò sequitur onerum reductio, si non sufficiat *Leg. Si quis de legat.* 2.

Plures prostant Sacræ Congregationis resolutiones, in quibus hujusmodi reductiones concessæ sunt, quamvis ageretur de Cappellaniis Patronalibus, Patroni verò a præstando supplemento absoluti. In eleemosina verò determinanda ratio quoque habita fuit de Ecclesiæ distantia, deque difficultate Sacerdotis inveniendi, idque Ordinarii arbitrio commissum.

Sic in *Mediolanen. Reductionis Missarum*, proposito dubio = *An supposito, quod nullus inveniatur Sacerdos, qui velit Missam quotidianam celebrare pro annua eleemosina librarum 300. a Testatore præscripta, sit locus reductioni in casu* = Responsum prodiit = *Affirmative. In Syracusana Reductionis Missarum* = cum ob tenuitatem stipendii, quod respondebat *al Carlino* monetæ Romanæ Sacerdotes recusarent eadem Sacra peragere Dubio = *An sit locus reductioni Missarum, & respective augmento eleemosinæ, & in qua quantitate in casu*, rescripsit die 10. Martii 1759. = *Affirmative pro reductione, & pro augmento arbitrio Episcopi*. Tandem in *Albintimillien. 2. Martii 1765.* agebatur de Cappellania Jurispatronatus, cui licet aliàs reductio ad manualem fuisset concessa, attamen ob distantiam Ecclesiæ, viæ asperitatem & iter unius horæ, nullus Sacerdos inveniebatur, qui vellet sola manuali celebrare, & proposito Dubio = *An sit locus reductioni Missarum*, respondit = *Affirmative arbitrio Episcopi durante tantum necessitate*.

Ponderandum denique, non constare de reportata per Oratorem compositione quoad præteritum in Tribunali Rev. Fabricæ. Quare dignabuntur EE.VV. decernere

An, & quomodo Oratoris precibus sit annuendum in casu &c.

Die Sabbathi 18. Maji 1776. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ASTEN. MATRIMONII. Dedimus hanc Causam in Folio Congregationis habitæ *die 2. Martii*, quæ in sequenti Congregatione *diei 30. ejusdem Mensis* Rescriptum *Negative* promeruit. Cum verò Mulieri succumbenti novæ Audientiæ beneficium fuerit concessum, ipsa ad præsens non sollicita de meritis Causæ ad cumulandas probationes de Viri impotentia, suaque Virginitate dilationem expostulat. Inquit enim, Peritos tam Judiciales, quam extrajudiciales de vitiis tantum extrinsecis loquutos fuisse, numquam verò de aliis internis vitiis judicium protulisse, neque debile, flaccidumque Viri temperamentum perscrutasse, quæ omnia conducere asserit ad agnoscendam Viri impotentiam, maxime si ex mulieris recognitione, quæ iterum postulatur, constet ipsam adhuc Virginem, intactamque esse. Animadvertendum tamen est prædictos tam Judiciales, quam extrajudiciales Peritos non solum perpetuam, absolutamque Viri impotentiam exclusisse, sed ne admisisse quidem temporaneam, ac præsentem, qua perpetua, & absoluta deficiente, Matrimonium dissolvi nequit. *Joan. Andr. in cap. fraternitatis num. 3. Sanchez 2. de Matrim. lib. 7. cap. 107. Rot. decis. 91. post Zacch. quæst. Medic. num. 38.*

Sess. 24. Doctr. de Sacram. Matrim.

Quæ quidem impotentia probari neque valet ex Mulieris testimonio, cujus fides suspecta est semper *Cap. super eo de eo, qui cong. gloss. in cap. Accepisti verbo probari de frig. & malef.* Maxime quia Maritus illam negavit, & Periti nullum visibile adesse vitium testati sunt.

Quod tandem Uxor adhuc virgo reperta sit; Quidquid dici debeat de hoc semper dubio experimento, certum est ex integritate Mulieris non concludi impotentiam Mariti, & quidem perpetuam, & absolutam *Sanchez de Matrim. lib. 7. disput. 109. num. 10. Rot. post Zacch. quæst. Medic. legal. decis. 14. num. 38.*

Repetita igitur lectione *Folii ejusdem Congregationis 2. Martii* partes erunt EE. VV. decernere:

An

Dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem exarandam per Dominum Secretarium,

Post editam præinsertæ Causæ definitionem, dignabuntur EE. PP. Dubiis mox describendis quatuor Causarum, quæ in præterita Congregatione *diei* 27. nuper elapsi mensis Aprilis discuti non potuerunt, nunc, resumpto Folio ejusdem Congregationis, eximia, qua pollent, doctrina respondere.

Sess. 23. cap. 1. de reform., & sess. 25. cap. 13. de Regul.

VERULANA JURIUM PAROCHIALIUM, ET PRÆEMINENTIARUM.

I. *An, & ad quem spectet omnimoda tam actualis, quam habitualis Animarum cura Parochianorum Collegiatæ Archipresbiteralis Ecclesiæ noviter erectæ S. Mariæ della Valle Terræ Montis S. Joannis in casu &c.*

II. *An, & quæ Praeminentiæ, Prærogativæ, ac Functiones competant Archipresbitero ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ in casu &c.*

Dilata, & reportentur, reformentur Litteræ Apostolicæ juxta votum Episcopi die 12. Augusti 1773.

Sess. 24. cap. 12. de reform.

OSCEN. SERVITII CHORI.

An Dignitatibus, & Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Oscen. sit indulgenda vacatio quadraginta quinque dierum in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo pro meliori informatione, & referat de numero Canonicorum, & redditu Canonicatuum.

Sess. 25. cap. 6. de reform.

CAMERINEN. TRANSLATIONIS ONERIS MISSARUM.

An, & quomodo Oratoris precibus sit annuendum in casu &c.

Consulendum Sanctissimo pro gratia tantum adimplendi per alium in Ecclesia a Testatore designata.

SY-

SYRACUSANA REDUCTIONIS MISSARUM. *Sess. 25. cap. 18. de reform.*

An, & quomodo Oratoris precibus sit annuendum in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

SPOLETANA Joannes Baptista Mazzapiotti Canonicus insignis Collegiatæ Casciæ, & Monialium dicti Oppidi Confessarius cum vidisset columbum in foramine turris campanariæ, arrepto Sclopo, ictu dictum columbum interemit, quin tamen deciderit, cum ex vi ictus repulsus fuerit in foramen, in quo ille apricabatur. Ut illum extraheret rogavit Aloysium Luciani adolescentem Fabrum murarium, eique Turris prædictæ clavem obtulit, qui mandato, vel precibus acquiescens spe muneris allectus per funem se dimisit suspensum, & mortuum columbum eduxit a foramine, eumque ad Mazzapiotti projecit ex alto; Ast imprudens juvenis cum non explorasset funis qualitatem, utrum illa vel tenuis esset, vel consumpta, nec se sustinere diu posset suspensum, distracto fune desertus, & derelictus per altitudinem 82: palmorum ad terram decidit, & contusus, elisisque visceribus post biduum interiit. *Sess. 24. cap. 7. de reform.*

Ab Altaris ministerio recedens d. Sacerdos porrexit preces huic Sacræ Congregationi pro absolutione ab irregularitate ob d. homicidium casuale forsan contracta; dum in S. C. Oratoris preces ad trutinam revocabantur, parentes defuncti institeruut penes eamdem S. C., non esse Oratori indulgendum, nisi postquam iisdem reparasset damna, quæ patiebantur ex defectu industriæ defuncti filii; Sed postea promota ab instantia recesserunt pacem Oratori per publicum actum tribuentes.

Datis litteris ad Ordinarium Loci, retulit hic ob maturam ætatem Oratoris, & probitatem illius morum, nihil posse mali contra eumdem suspicari; Fiscum adhibitis diligentiis non potuisse ulterius delicti nancisci probationem, parentes defuncti recessisse ab instantia aliàs promota; tandemque fuit in sensu, Oratorem, cum nec venationi, *ut ait*, etiam Clericis permissæ sit nimium deditus, ideò Eminentissimorum Patrum clementia dignum esse.

His itaque necessariò præmissis, quæritur an Oratoris petitioni sit indulgendum.

Ad cognoscendum an quis ex casuali homicidio irregularis factus sit, traditur a Doctoribus *celebris* distinctio; ajunt namque: vel quis dat operam rei licitæ, vel illicitæ; Si datur

datur opera rei licitæ, tenent nullam contrahi irregularitatem: si verò rei illicitæ, tunc affirmant talia facientem irregularitatis labe inquinari.

Tota igitur quæstionis difficultas posita in eo esse videretur, an venatio, quæ dedit causam morti Lucianii, sit dicenda res *licita*, vel potius *illicita*. Quantum Doctores sunt concordes circa doctrinam supra relatam, tantum circa hanc discrepant inter se sa. mem. Benedictus XIV. *in tractatu de synodo lib.* 11. *cap.* 10. *num.* 8. exposita controversia, concludit *INDECISAM* remanere = ibi = *Cum duo sint venationum genera, alia siquidem clamorosa est, alia quieta &c. hinc orta est quæstio inter DD. an utraque sit Clericis interdicta; solam clamorosam illis vetitam affirmant Glossa, Silvester, Bellett, Lessius, Pirringhius, Reinfenstuel; At licet hæc opinio communior sit, magisque inter Doctores recepta, opposita certe videtur juri conformior, siquidem allegati Canones a venatione Clericos arcent, quæ non armis, sed solis avibus, ac propterea sine ullo strepitu, & tumultu exercetur &c. Accedit, quod quamquam in jure receptum sit ex homicidio mere casuali ab eo perpetrato, qui dabat operam rei licitæ, nullam incurri irregularitatem; nihilominus S. C. Concilii sæpius irregularem declaravit Clericum, qui cum vacaret venationi non clamorosæ, sed quietæ hominem fortuito interfecerat, quod utique argumento est eam existimasse omnem venationem etiam non clamorosam esse Clericis prohibitam: Verum cum fortasse S. C. ita declaraverit eò quod non satis compertum habuerit, a Clericis, de quibus agebatur, omnem adhibitam fuisse diligentiam ad evitandum homicidium, quod profecto necesse est, ne ex illo unquam ex licito opere absque dolo subsequto inducatur irregularitas, quod cum communi docent Covarruv., Ugolinus de irregularitate, AVILA eodem tractatu &c. IDCIRCO REMANET ADHUC INDECISA.*

In hoc igitur rerum statu operæ pretium erit duo animadvertere: primum an Orator dum mandavit Lucianio extractionem Columbi immunis fuerit a culpa: alterum verò, quæ species culpæ requiratur ad contrahendam irregularitatem ob homicidium casuale, nam circa culpæ gradum diversa sentiunt Doctores.

Aliqui apud *Suarez disput.* 45. *de censuris sect.* 5. *num.* 4. putant sufficere culpam *levem*, alii *cum Abate in capite* 7. *de pænit.*, *& remiss. num.* 3. *Covarruvias in Clementin. si furiosus parte* 2. *§.* 4. *num.* 9. *Rosell. verbo homicidium* 3. *Tabien. verbo irregularitas* 2. *num.* 4., *& alii apud d. Suares loco cit. num.* 5. firmant sufficere aliquando *etiam levissimam*; denique alii existimant neque levem culpam sufficere, sed *latam requiri Avila part.* 7. *de censuris disput.* 6. *section.* 1. *dub.* 11. *Laiman. lib.* 3. *tractatu* 3. *part.* 3. *capit.* 10. *num.* 3., *& alii.*

Circa

Circa speciem culpæ videtur Orator *latam* admisisse, nam dum mandavit, NON PRÆMONUIT MANDATARIUM, ut debitas cautelas *omnino* servaret, & coniicere debebat executionem Mandati summo cum vitæ discrimine esse conjunctam; alia verò ex parte, minui culpæ pondus ex eo videtur, quod mandavit non solum illi, qui faber erat murarius, & annorum 30. circiter, *SED ERAT SOLITUS EXEQUI* talia mandata, sicut illius frater nomine Emigdius consuescit; quo casu *juxta sensum Fagnani* non esset irregularis; etenim hic Doctor *in capite quidem de homicidio num. 6. tenet*, quod ille = *qui fuit in causa ut faber lignarius incederet per tectum ut illud componeret, non esse irregularem, si ille collapsus moriatur, dummodo sponte id operis assumpserit, & alias exercere consueverit.*

Pro absolutione Oratori elargienda, ultra favorabile Ordinarii votum, collimant etiam parentes defuncti, qui pacem, & pristinam benevolentiam Oratori restituerunt, & ipse met videtur etiam defunctus præstitisse: deponit enim illius Confessarius, quod, dum morti erat proximus, fassus est neminem odio habere, quia tale infortunium subiisset.

Perpensis igitur facti circumstantiis, quæ in præsenti casu concurrunt, Emi Patres assueta clementia, & æquitate dignentur definire.

I. *An constet de irregularitate in casu &c. & quatenus affirmative.*

II. *An sit locus dispensationi in casu &c.*

INTERAMNEN. REDUCTIONIS. Paulus Porchetta Castri Rocchæ S.Zenonis Interamnen.Diæcesis anno 1635. testamentum condidit, quo scripto sibi prius hærede Nicolao ejus filio, præcepit = *Quod de bonis ipsius Testatoris post mortem Nicolai sui filii, quatenus moriatur sine filiis legitimis, & naturalibus, hæredes, vel successores in bonis ipsius Testatoris teneantur extruere, vel extrui facere unam Cappellam valoris scutorum* 200. *in Ecclesia Beatæ Mariæ SSmi Rosarii Castri Rocchæ, & ponere ad alium parpetuum Censum alia scuta ducenta monetæ, & quod de fructibus Census prædicti sit Cappellanus eligendus a Successoribus Domus, & Familiæ ipsius Testatoris, onere tamen injuncto Cappellano prædicto, & pro tempore in perpetuum celebrandi, vel celebrare faciendi unam Missam qualibet hebdomada in perpetuum pro anima ipsius Testatoris, Filii, suorumque.*

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

Piam hanc dispositionem omnibus in partibus, quibusdam tamen oneribus, ac conditionibus adjectis, Nicolaus filius adauxit. Is namque præter summam scutor.biscentum a Testatore relictam, aliam de proprio impendidit in extruenda Cappella in Ecclesia Beatæ Mariæ SSmi Rosarii Castri Rocchæ, æque ac etiam pro fundo Cappellaniæ præter summam scutorum biscentum a Testatore constabilitam, alia scuta tercenta superaddidit. Duo tamen præcipue Nicolaus Porchetta in ejus supremis tabulis an. 1672. conditis, quoad erectionem Cappellaniæ exequenda esse voluit. Primum, quod pro Fundo Cappellaniæ stare deberet = *una sua possessione posta nel Territorio di Terni in vocabolo la Sera* =, lege tamen Cappellanis adjecta, *che si debbano chiamare, e debbano stare contenti, e sodisfatti delli detti scudi* 200. *lasciati dal detto quondam Paolo, e da esso Testatore lasciatigli, ed assegnatili nella Terra come sopra senza poter pretendere, che si ponghino a Censo, giudicando esso Testatore così più espediente al detto Cappellano, e Cappella, e caso che detta Cappella, o Cappellano pro tempore non volessero, o non potessero per qualsivoglia Causa accettare li detti scudi* 200. *nella sopradetta Terra, il presente Legato, o disposizione delli scudi* 300., *come sopra lasciata si abbia come non fatta*. Alterum verò, quod Cappellanus pro tempore præter onus celebrationis unius Sacri in hebdomada ad formam Testamentariæ dispositionis Pauli Porchetta, teneretur quoque in qualibet pariter hebdomada ad celebrationem aliarum duarum Missarum. Hisce conditionibus, cum ad erectionem Cappellaniæ ordinaria Auctoritate fuerit deventum, quilibet hinc ex Cappellanis pro tempore trium Missarum celebrationem ad præsens usque adimplevit.

Modò autem cum prædictus Cappellaniæ fundus maximam deteriorationem, ac diminutionem passus fuerit occasione Alluvionum decurrentium in contiguo Foveo *la Sera*, ita ut ejusdem Fundi medietas prorsus corrosa, devastataque fuerit, neque alios fructus reddat præter annua scuta octo, & obul. 5., proindeque Clericus Joannes Claudiani Interamnensis uti præsentaneus Cappellanus supplex reductionem Missarum expostulat.

Audito de more Episcopo, is transmissis, tum dispositione utriusque Testatoris, tum etiam Peritia Agrimensorum Civitatis Interamnæ, retulit, Patronos consensum præstitisse pro reductione Missarum, & vera esse ab Oratore in supplici libello enarrata, concluditque petitam reductionem esse indulgendam.

Ponderandum est, quod cum Testator Fundum Cappellaniæ taxative designaverit =, *con assicurare li detti scudi* 300. *in tanto Terreno della medesima Possessione*, Sacra Congregatio diminutis redditibus bonorum, quæ pro Missarum adimple-

plemento constituta fuerunt, petitam reductionem indulgendam esse censuit *in Romana* 10. *Maii* 1727., *Vigilien. Decanatus* 23. *Julii* 1727., *Nepesina reductionis onerum* 3. *Julii* 1754., *Romana Subsidiorum Dotalium*, *& celebrationis Missarum* 22. *Septembris* 1756., *& in Firmana Onerum Missarum* 2. *Junii* 1764.

Quod verò pertinet ad constabiliendum Missarum numerum, Sacra Congregatio ita distinguendo respondit in *Viterbien. Cappellaniæ* 14. *Decembris* 1743. *Nam si agitur de onere Sacrorum jam agnito, & dudum impleto, & hoc casu, si diminutio sortis contingat, minuendum onus Sacrorum est, servata proportione eleemosynæ manualis*, quibus perpensis, dignabuntur EE. PP. respondere.

An, & quomodo sit locus reductioni Missarum in casu &c.

LEODIEN. PROROGATIONIS INDULTI. Decanus, ac triginta Canonici Collegiatæ Ecclesiæ S. Pholliani Oppidi Fossensis in Diœcesi Leodiensi, attenta eorundem Præbendarum modicitate, ad resarciendam Ecclesiam, ejusque angustum ambitum augendum, obtinuerunt anno 1722. a san. mem. Innocentio XIII., *ut omnes, & singulos fructus duorum annorum cujuslibet Canonicatus, & Præbendæ per obitum, nec non unius etiam, seu primi anni cujusvis itidem Canonicatus, & Præbendæ aliter quam per obitum respectivæ Ecclesiæ, ejusque ambitus reparationem, nec non in augmentum Fabricæ, attenta illius tenuitate spatio vicennii applicandi. Ac interim summam triummillium scutorum in urgentiores præmemorati Ædificii reparationes ad censum super quibuscumque Ecclesiæ bonis accipiendi cum onere, quod dictum censum ex redditibus tam ad eamdem Fabricam ad præsens spectantibus, quam illis sic applicandis redimeret.* *Sess 21. cap. 7 de Reform.*

Consulente Sacra Congregatione indultum hoc prorogatum fuit de decennio in decennium, quod modo expirat, ut ex *Leodien. Prorogationis Indulti* 19. *Januarii* 1765 De prorogatione alia ad viginti annos nuper institerunt ob eadem onera, ac infortunia, novaque adaucta. Relatis verò precibus in Congregatione *diei* 19. *Augusti proxime elapsi*, prodiit Rescriptum = *Ponatur in folio, exquiratur nova informatio juxta mentem*. Mens autem fuit, ut dispunctis Capituli rationibus secerneretur quid, & quantum ex florenis octo millibus ex postremo decennali Indulto cumulatis in causas in eodem Indulto contentas erogatum fuerit.

Retulit Episcopus Leodien., tantum abesse, ut dicta summa florenorum octo millium in alias causas in Indulto non expressas fuerit erogata, ut imò pro reparatione Ecclesiæ, aliisque ad Cultum Divinum necessariis debuerit Capitulum ex propriis redditibus superaddere aliam summam florenorum trium millium circiter; Nam omnes reparationes ascenderunt ad florenos 10921. 2. 1., adeo ut licet postremum Indultum concessum quoque fuisset pro constructione Ecclesiæ de Sosee, & Domus Parochialis, & pro congrua Vicarii, attamen Capitulum hæc omnia onera suis sumptibus ferre debuit, quæ ascendunt ad summam florenorum decem millium, veluti patet ex computis Capituli, & ex rationibus dispunctis.

Hinc concludit = *ut æri alieno, quo gravati existunt, satisfacere, & illud extinguere, Ecclesiam suam Fossensem novis ornamentis, aliisque ad Officia Divina necessariis, & summopere dirutis instruere, novi Organi, & pavimenti necessariam confectionem incipere, duas ex majoribus Campanis fractas refundi curare, nec non ligneam structuram Campanas omnes sustinentem sine mora magnis cum expensis reficere, vel forte totaliter construere, aliasquo reparationes ad decorem, & ornamentum Domus Dei desideratas perficere possint, & valeant, Sanctissimo humillime supplicarunt pro obtinenda benigni Indulti quæsit prorogatione, quam gratiam, attenta præmissorum veritate, considerataque tam Fabricæ, quam Massæ Capitularis ejusdem Ecclesiæ redditaum modicitate ipsis concedi posse censeo.*

Renovat hinc modò Capitulum preces pro petita prorogatione. Inquit eas ipsas necessitatis causas modò urgere obtenti Indulti, imò eò magis adauctas esse. Elapso decennio in reparationem Ecclesiæ ultra florenos 8000. ex Indulto perceptos, debuisse alios 3000., ære alieno contracto, absumi: Ingens aliud æs alienum florenorum decem millium pro constructione Ecclesiæ de Sosee, Domus Pastoralis, & pro Congrua Vicarii contrahi debuisse. Adhuc innumeras superesse complendas restaurationes Collegiatæ Ecclesiæ, quæ necessariæ sunt, nec dilationem patiuntur.

Supervenerunt insuper plura infortunia, novaque nuper obvenerunt onera: Auctoritate enim Consilii Brabantii ad ingentes expensas reædificationis Domorum Pastoralium de Bognee, & de Huppigne Canonici Collegiatæ Ecclesiæ S. Pheilloni adacti fuerunt, veluti etiam per tres sententias Consilii Namurcensis constructioni ex integro Ecclesiæ de Sosee, & præstationi Congruæ ejus Vicario iidem subire debuerunt, ac pariter de die in diem arbitrio Dicasteriorum Regionum ipsi coguntur, vel ad ædificandas alias Ecclesias, vel ad augendas Vicariorum, aliorumque Presbyterorum Subsidiariorum Congruas, ac tandem gravissimum sen-

tulerunt damnum ex recenti incendio, quo tota Villa de Bonee una cum fructibus, decimis, aliisque Canonicorum substentationi destinatis, & in ea servatis penitus absumpta est.

Ad hæc verò tam gravia onera ferenda neque redditus Fabricæ Ecclesiæ, qui vix ad annua scuta decem ascendunt, neque Canonicorum redditus novis hisce oneribus, ac contributionibus maxime imminuti pares esse possunt. Major quippe Bonorum pars cum in ditione Belgii Austriaci sita sit, propterea que novis in dies, iisque gravissimis oneribus subjiciatur, tum per novas subventiones Principi exolvendas, tum per nova Edicta, quibus Decimatores Ecclesiastici ad insuetas contributiones adiguntur.

Addunt demum petitam prorogationem nihil a jure exorbitare, quando agitur de favore Ecclesiarum *Concil. Roman. tit. de reædific. Eccles. cap. unic.*, *& cap. si propter de Rescript. in 6.* Similia passim extare Privilegia, & quidem perpetua Leodii in ipsa Cathedrali Ecclesia, atque in Collegiatis S. Petri, S. Pauli, & S. Dionysii.

Episcopus Leodien. in sua præcedenti informatione hæc omnia retulit, probavitque, concludens = *Hæc sane talia sunt, ut perpensis aliunde tum pauperie Fabricæ eorum Ecclesiæ, tum fructuum Massæ Capitularis ad honestam 30. Canonicorum sustentationem, vix, ac ne vix quidem sufficientium commoditate, spes nulla affulgeat, fore, ut unquam valeant dicti devoti Oratores æs alienum, quo inviti, & absque ulla sui culpa gravati sunt, extinguere, suamque Ecclesiam ornamentis, cæterisque pro decenti Officiorum Divinorum celebratione necessariis instruere, nisi de benignitate Apostolica ipsis subveniatur per petitam Indulti prorogationem ad tempus annorum viginti ad minimum. Nec enim meliorem ex parte Tribunalium Brabantinorum conditionem ipsis tam cito licet sperare. Quare prorogationem petitam ipsis concedi posse censeo.*

Quæ sanxit *Concil. Sess. 21. cap. 7. de Reform.* de Parochialibus Ecclesiis reficiendis, & restaurandis notissima habentur. Quemadmodum, & quod in eam causam aliquando etiam Subsidia dotalia collata sunt *Sacra Congregatio in Syracusana* 8. *Februarii* 1713. *Magdalunen.* 22. *Aprilis* 1719., *& in Amerina* 24. *Novembris* 1764. Aliquando etiam legata Missarum *Amostaz. de Causis Piis lib. 1. cap. 14. n. 36. lib. 2. cap. 12. n. 35.*, *Brasch. de potest. Eccles. tom. 3. cap. 24.*

EE. PP. dijudicent

An sit locus prorogationi Indulti in casu &c.

NE.

Seff. 25. cap. 4. de Reform.

NEPESINA REDUCTIONIS. Sacerdos Christopharus Amari Terra Malleani Pecudatitii postquam Cappellam Beatæ Virgini Annuntiatæ dicatam in Parochiali Ecclesia ejusdem loci erexerat, anno 1623. condito Testamento ita disposuit = *Item lascia per ragion di legato, che l'infrascritti suoi Eredi, e Successori siano obbligati in perpetuo far dire nella sua Cappella dell'Annunziata due Messe la Settimana, cantar la Messa tre volte l'anno, cioè l'Annunziazione, Assunzione, e Natività della Madonna, cantar ogn'anno il Vespero li Vigilia, e Festa dell'Annunziata, ed il primo dì non impedito dopo d. Festa far ogn'anno l'Anniversario in d. Cappella, dove si dicano almeno tre Messe di Requie, una cantata, e due lette . . . E Messa una la settimana con un Anniversario l'anno lasciata dal M. Massimiano Amari . . . Item un'altra Messa la settimana con un Anniversario l'anno lasciata da D. Vincenza Amari, e Fedelia Amari.*

Plura hisce implendis oneribus designavit Prædiola; in reliquis verò ejus Bonis perpetuum agnatitium Fideicommissum constituit, omni prorsus alienatione, & detractione prohibita, & cum hoc vinculo: *Acciò tutti li Beni stabili &c. non siano dissipati, ma si mantenghino intieramente, e perpetuamente sotto il Fidecommisso per assicurazione, e mantenimento dell'elemosina delle Messe, Vesperi, ed Anniversarii da dirsi nella detta Cappella.*

Successit nuper in hoc Fideicommisso Jo. Baptista Amari Orator jure suæ vocationis, illudque valde diminutum invenit deperditis fundis pro valore scut. 1000. circiter ob alienationes a primis vocatis præsertim factas. Quidquid verò superest id totum diuturnis litibus fuit ab ejus Authore vindicatum circa annum 1700. a tertiis Possessoribus, quibus pro melioramentis coram Judice liquidatis soluta sunt scut. 12. 82. cum translativa jurium cessione, annuus verò redditus non excedit annua scùt. 30. 90.

Hinc cum Missarum celebratio negligeretur, Jo. Baptista Orator pluries Sacræ Visitationis tempore fuit coactus a Nepesino Episcopo ad petendam quoad præteritum compositionem, & in futurum reductionem, quam ab Eminentissimis PP. fieri postulat pro viribus Fideicommissi, ut ipsi aliquod supersit emolumentum tum jure vocationis, tum pro expensis litium, & melioramentorum ab ejus Avo factis.

Episcopus pluribus documentis narrata confirmat, & Oratoris precibus censet indulgendum his verbis: *Quorum quidem Bonorum fructus utpote consistentes nunc in parva quantitate scut. 31. circiter . . . impares videntur ad sopportanda onera a Testatore fortasse inadvertenter præscripta, ni dicamus a quota, & creditis præstitis absorti, nam si consideretur etiam portio aliqua dodrantis hodierno hæredi persolvenda, nil pro legatis per-*

per-

petuis remanebit . . . Quocirca essem in sensu, ut, præmissis non obstantibus, hæres præsentaneus gravandus sit onere duarum Missarum in qualibet ex septem Festivitatibus per annum B.M.V. quas quidem Testator solemnizari peculiariter jussit . . . Et ita auditis interesse habentibus, præsertim ipsomet Loci Archipresbytero, qui mihi consensum præstitit, simulque retulit neminem alium extare, qui quamvis citatus, & per Edictum intimatus contradicat.

Dubium esse non potest ex Testamenti littera superius allata, quin omnia Bona a Testatore relicta, sive peculiariter designata, sive Fideicommisso subjecta, hypothecata sint pro istorum onerum implemento. Hinc pro petita reductione concedenda animadversione dignum videtur, an locus eidem esse possit, quoties omnia bona, quæ Orator possidet, hoc onus ex fundatione habeant infixum, & an ea sufficiant pro ejusdem implemento, uti non impugnatur. Constans enim est Sacræ Congregationis regula, ut tunc solum onera reducantur, præsertim Missarum, quando redditus iis implendis non sufficiunt.

Quo verò ad melioramenta, quæ ab ejus Authore soluta dicuntur, licet pro eorum repetitione jura faveant, ut sæpius Rota, & Sac. Congregatio definivit, præsertim in *Ruben. nullitatis alienationis* ad quartum Dubium 28. Augusti 1723., attamen in casu ponderandum videtur utrum post tot annorum lapsum imputari debeant in alienationes Fideicommissi ab hæredibus gravatis factas, & fortasse ab ipso Oratoris Authore.

Æquitas tamen maxime Canonica animadvertendum suadet tum Joannem Baptistam Oratorem esse Testatoris agnatum, & sat mediocris fortunæ, ut ex Inventario paterno conjicitur, cui ex purificata vocatione jus est ad Bona Fideicommissaria, tum Causæ piæ interesse, ut quis propria allectus utilitate Bonorum studeat reintegrationi, & manutentioni, præsertim cum Cryptæ Domunculæ, & Agelli facile decrementum patiantur, quod si quis jam non præstitisset, de ipsa Causa pia actum esset.

Si verò de modo faciendæ reductionis sermo sit, præ oculis maxime habenda videtur illa S.Congreg. regula, quod reliqua potius onera, quam Missæ ratione suffragii ex opere operato, reducenda sint, nisi aliter Testatoris voluntas suadeat. Si verò de Missis lectis, & cum cantu res sit, Sac. Congregat. die 4. Augusti 1725. in *Romana* censuit = *Quando aliquid legatum est complexivum Missæ cantatæ, & Missarum lectarum, tùnc omnes legati redditus si non sufficiant pro utroque onere implendo, erogandos esse in celebrctione Missarum lectarum, deleto onere Missæ cantatæ = lib. 75. Decretor. pag.* 431. *a ter.* Quod locum habet etiamsi bona a Testatore provenientia, opportunis adhibitis diligentiis, reperiri

riri non possint, ut ex instructione Episcopis transmitti solita fusius animadvertunt *Benedictus XIV. de Syn. Diœces. lib.*13. *Cap. ultim. num.* 23. & 34., & *Fagnan.Cap. Ex parte num.*34.*de Constitut.uterque in Secretarii munere optime meriti.*

His omnibus perpensis EE.PP. definient

An, & quomodo sit locus reductioni, in casu &c.

Die

Die Sabbathi 22. Junii 1776. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ROgantur Eminentissimi PP. Folium Superioris Congregationis resumere, & Dubiis quinque sequentium Causarum, quarum Resolutio hodierno examini reservata fuit, respondere.

SYRACUSANA REDUCTIONIS MISSARUM.

An, & quomodo Oratoris precibus sit annuendum in casu &c. — *Sess. 25. cap. 18. de Reform.*

Affirmative, & scribatur Episcopo juxta mentem, & mens est ut præter expensas accessus, & recessus Sacerdotis ad Ecclesiam designatam taxet pro sua Conscientia incommodum dicti Sacerdotis, firma remanente obligatione Oratoris pro subministratione utensilium, & ornamentorum dictæ Ecclesiæ.

SPOLETANA. — *Sess. 24. cap. 7. de Reform.*

Dubia.

I. *An constet de irregularitate in casu &c.* & quatenus Affirmativè.

II. *An sit locus dispensationi in casu &c.*

Pro Dispensatione ad Cauthelam.

INTERAMNEN. REDUCTIONIS.

An, & quomodo sit locus reductioni Missarum in casu &c. — *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

Adimpletis oneribus Legati Pauli Porchetta in reliquis pro reductione ad ratam manualis.

Seff. 21. cap. 7. de Reform.

LEODIEN. PROROGATIONIS INDULTI.

An sit locus Prorogationi Indulti in casu &c.

Affirmativè ad Decennium juxta formam præcedentium Indultorum,

Seff. 25. cap. 4. de Reform.

NEPESINA REDUCTIONIS.

An, & quomodo sit locus reductioni in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo juxta Instructionem.

Seff. 24. cap. 12. de Reform.

FAVENTINA DISTRIBUTIONUM. Fratres de Severolis anno 1517., constituta Dote in annuo redditu Ducatorum quindecim, a sa. mem. Leone X. Archidiaconatum, reservato Jurepatronatus favore eorum Familiæ, in Ecclesia Cathedrali Faventiæ erigi obtinuerunt. Cæteras intèr concessiones Summus Pontifex Archidiacono indulsit, ut de consensu Præpositi pro tempore existentis, & capitularium, quotidianas distributiones pro sua rata perciperet, nec non etiam Clericum ex prædicta Familia, dummodo septennio major esset, & impetrasset dispensationem, habilem, ac idoneum ad præsentandum declaravit. Eodem verò anno idem Pontifex, firmo remanente Jurepatronatus favore Familiæ de Severolis, Præposituram S. Bernard Archidiaconatui univit, secuta Archidiaconatus erectione iidem Fratres de Severolis anno 1518., facta oblatione tot Bonorum stabilium favore Mensæ communis, instet[...]n penes Capitulum, ut Archidiaconus ad participationem distributionum quotidianarum admitteretur. Huic pet[i]tioni anno 1526. Præpositus, & Canonici annuerunt: *dummodo dictus R. D. Achilles* (eo tempore Archidiaconus *serviat in dicta Ecclesia, prout faciunt alii Canonici, qui partici[...]pant de dictis distributionibus*. Hæc omnia verò sive in Bu[l]la erectionis contenta, sive a Capitulo favore secund[...] hujus Dignitatis Archidiaconi exarata, Summus Pontife[x] Paulus III. anno 1541. confirmavit.

Variis autem temporibus ad plures de Familia tamen Sev[e]roli, quamvis ætate Minores prædictus Archidiaconat[us] delatus fuit. Dispensationem enim ætatis a sa. mem. U[r]bano VIII. Eques Carolus Severoli annorum sexdecim o[b]tinuit, veluti etiam parem dispensationem sa. mem. B[e]nedictus XIV. Comiti Carolo Hyeronimo Severoli ann[o]rum quindecim indulsit, ac tandem anno 1773. Cleric[...]

Antonius Severoli adolescens annorum septemdecim ætatis dispensationem a sa. mem. Clemente XIV. assequutus est. Is itaque, priusquam Archidiaconatus possessionem nancisceretur, Constitutiones Cathedralis Ecclesiæ Faventinæ juxta morem Canonicorum jure jurando servare promisit, quibus, & præcipue in Constitutione quinta sancitum est = *Quod nullus ipsorum quantuncumque alias idoneus sit, admittatur ad integram perceptionem fructuum, sive distributionum quotidianarum, neque vocem in Capitulo habeat activam, etiamsì ab aliis admitteretur, donec fuerit in Præsbiterum ordinatus &c. In Minoribus verò constituti, quamquam de jure eligi, & confirmari possint, nihil tamen percipient ex distributionibus ipsis, neque vocem in Capitulo habebunt.*

Antonius Severoli prædictus postquam sui Archidiaconatus possessionem nactus fuit, supplicem obtulit libellum Summo Pontifici, postulavitque, Studiorum causa, Indultum absentiæ a Choro, & Divinis Officiis, uti etiam facultatem percipiendi quotidianas distributiones tempore illius absentiæ eo modo = *che si somministrerebbero al medesimo, se fosse presente, e costituito negli Ordini Sacri*. Voti compos factus, nondum tribus elapsis mensibus, secundas obtulit preces, quibus facultatem imploravit percipiendi dictas distributiones quotidianas tempore etiam suæ moræ in Civitate Faventiæ pro cursu Philosophiæ implendo = *non ostante qualunque Statuto, o Disposizione capitolare in contrario*. Remissaque petitione arbitrio, & conscientiæ Episcopi, qui, veris existentibus narratis, juxta petita indulgeret, Archidiaconus Severoli alterum hoc etiam Indultum obtinuit.

Adversus hoc posterius Indultum preces obtulerunt Capitulares dictæ Cathedralis Faventiæ san.mem.Clementi XIV., quibus conquerebantur de vitio obreptionis, & subreptionis hincque remissa fuit ipsorum instantia ad hanc Sac. Congregationem, ut cognoscat justitiam, vel obreptionem dicti Indulti. Renovato tamen per Archidiaconum Severoli supplici libello, ne Indultum ab eo obtentum Judiciali subiiceretur examini, Rescriptum prodiit = *SSmus D. Noster, rejecta oppositione Capituli, mandavit servari Decretum Sanctitatis Suæ favore Oratoris, quibuscumque contrariis non obstantibus* = quodque exinde fuit exequtioni demandatum.

Instauratis subinde precibus a Capitulo Faventino coram SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO feliciter regnante, iterum causæ prædictæ cognitio commissa fuit huic Sac. Congregationi, & modò Indultum ab Archidiacono Severoli obtentum obreptitium, & subreptitium esse contendit ex eo, quod prædictus Archidiaconus in utroque supplici libello reticuerit, tum Constitutiones Capitulares, tum Juramentum a semetipso præstitum, tum demum conventiones, ac pacta, quorum vigore fuit Archidiaconus

nus ad participationem admissus. Tandem ostendit, quod si Archidiaconus Indulti causa ad participationem distributionum quotidianarum, licet absens, & in Sacris Ordinibus nondum constitutus foret etiam imposterum admittendus, nil aliud sit eidem tribuendum, quam summa sc. 82. detrahenda ex Bonis ab Auctoribus Archidiaconi in causam distributionum assignatis, numquam verò particeps esse debeat eorum reddituum, qui ex Capituli Massa proveniunt, vel ab emolumentis Anniversariorum, quæ ex voluntate Testatorum iis tantummodo debentur, qui illis intersunt. His respondet Archidiaconus Severoli, necessariam esse aperitionem oris adversus Rescriptum = *Rejecta oppositione Capituli, mandavit servari Decretum Sanctitatis Suæ favore Oratoris, quibuscumque in contrarium non obstantibus* = ut hoc Indultum a se obtentum in discrimen revocari possit. Progreditur subinde ad merita Causæ, sustinetque nullum obreptionis vitium contraxisse ex eo, quod nihil falsi in utroque Libello expresserit. Quò verò ad alterum subreptionis, illud induci minime posse sustinet ex reticentia Capitularium Constitutionum, quibus præcipue cavetur, quod Clerici in Minoribus constituti nihil percipiant ex distributionibus quotidianis, neque vocem habeant in Capitulo.

Hanc enim Constitutionem Capitularem veluti in parte consonam Juris Communis dispositioni nulla indigere mentione, neque illius reticentiam subreptionis vitium inducere dictus Archidiaconus affirmat; Quatenus verò in aliqua parte juris dispositioni adversaretur, eo casu probandum esse per Capitulum, quod prædictæ Constitutioni specialis, & individua superaccesserit Pontificis confirmatio; sustinet etiam se non peccasse reticendo Juramentum, quippe quia præfatum Juramentum tanquam accessorium Capitularibus dispositionibus haberi debeat.

Animadvertendum tamen est, quod prædictæ Capitulares Constitutiones in duabus præcedentibus collationibus Archidiaconatus favore Clericorum de Familia Severoli ætate Minorum observatæ fuerunt. Clericus enim Carolus Severoli cum esset ætatis annorum sexdecim de tempore obtenti Archidiaconatus, neque distributiones quotidianas percepit, neque vocem in Capitulo habuit, veluti etiam sa. mem. Benedictus XIV. ætatis dispensationem Carolo Hyeronimo Severoli annorum quindecim indulsit *Salvis tamen remanentibus Constitutionibus Capitularibus in iis, quæ respiciunt distributiones quotidianas, prout de jure, & quatenus de jure conferre, & assignare*.

Ponderandum itidem est, quod Capitulares Ecclesiæ Cathedralis Faventiæ in supplici Libello *SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO* porrecto exposuerunt, se paratos esse distributiones illas Archidiacono concedere, quæ ex

Bo-

Bonis a Familia de Severolis in causam participationis distributionum Capitulo assignatis proveniunt.

Jura demum ab utraque parte circumferuntur, quibus perpensis, dignabuntur EE. PP. decernere.

I. *An sustineatur Indultum in casu &c.*, & quatenus Affirmativè

II. *An, & quæ distributiones debeantur in casu &c.*

CAJETANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. Juditta Fogliani in suo Testamento jure legati reliquit summam Ducatorum 60. Ecclesiæ S. Mariæ *dell' Orto* nuncupatæ, ut ex ejus fructibus annua tria Anniversaria celebrarentur, alterum scilicet in die obitus Testatricis, reliqua duo ad libitum, & ex superextantibus fructibus celebrarentur tot Sacra a designatis Cappellanis, iisque defunctis, a Sacerdote Familiæ Fogliani, si adesset, sin minus a Cappellano dictæ Ecclesiæ, quæ gentilitia est ejusdem Familiæ. Reliquit etiam jure legati Procuratori Cappellæ SSmi Rosarii Ducata decem, ut ex ejus fructibus tot Sacra pariter celebrarentur. *Sess. 22. cap. 6. de Reform.*

Decessit postmodum Joseph Fogliani, idemque Legati titulo reliquit Ecclesiæ Sanctissimæ Annunciationis Ducata 150. in tot Censibus, quos Testator ipse descripsit, ut ex illorum fructibus celebrarentur tot Missæ in perpetuum, & annuum Anniversarium a Cappellanis de Familia Fogliani, vel de Familia Janazzi, si adessent, sin minus a Cappellanis dictæ Ecclesiæ, ac voluit, ut ejus Hæres teneretur de evictione dictorum Censuum.

Reliquit ibidem Cappellæ SSmi Rosarii tot Census, qui insimul sumpti conflabant summam Ducatorum 311., ex quibus assignavit dictæ Cappellæ Ducata tantum 275. cum onere celebrandi Sacra, & Anniversarium in perpetuum, eidemque Cappellæ reliquit alia Ducata undecim cum onere celebrationis unius Anniversarii pro unica vice tantum: Reliqua verò Ducata 25. legavit Parochiali Ecclesiæ S. Crucis cum onere in perpetuum ex illorum fructibus celebrandi tot Sacra per Parochum ejusdem Ecclesiæ, & similiter cum prælatione Præsbyterorum de Familiis Fogliani, & Janazzi in celebrandis Sacris tum addictis Cappellæ Sanctissimi Rosarii, tum Parochiali Ecclesiæ S. Crucis.

Jussit etiam, quod Hæres intra biennii tempus assignare deberet Capitale valoris Ducatorum 100., ut ex ejus fructibus celebrarentur tot Sacra pro Animabus Patris, Matris, Fratrum, Sororumque suarum, & Anniversarium in die obitus Patris. Ulterius assignavit tot Bona stabilia valoris

ris Ducatorum 259., ut ex eorum fructibus annua perpetuâ Sacra celebrari deberent a Sacerdote Antonio Santilli, eoque defuncto, in Legato succederet Ecclesia S. Mariæ dell' Orto cum eodem onere Missarum: voluit insuper, quod in omnibus supradictis Bonorum, & Capitalium traditionibus Hæres teneretur de evictione, ita ut, aliquo deficiente Bonorum corpore, idem suppleret. Præscripsit insuper, quod si aliquod ex dictis Locis Piis Legatum respueret, tunc liberum esset Hæredi aliam designandi Parochialem Ecclesiam, vel eligendi Cappellanum in sæpedicta Ecclesia S. Mariæ *dell'Orto*, tandemque plura alia indixit Hæredi onera celebrandarum Missarum pro unica tantum vice.

Gabriel verò Fogliani in suo, quò decessit, elogio, jure legati reliquit Cappellæ S. Mariæ dell'Orto Ducata 50., ut ex eorum fructibus inibi celebrarentur Sacra, nec non annuum Anniversarium in Ecclesia Hæredibus benevisa: Voluitque, ut Sacra celebrarentur a Cappellanis nominandis a suis Hæredibus; existentibus verò Presbyteris in sua Familia, isti in celebratione Missarum præferri deberent Extraneis.

Occubuit demum anno 1770. Maria Amalia Fogliani, quæ, Testamento condito, in expiationem Animæ suæ reliquit Ducata 90. ab ejus Hæredibus in celebrationem totidem Missarum eroganda.

Horum omnium Testatorum Hæredes sunt Antonius, & Paschalis Fratres Fogliani Oratores, qui petunt facultatem ex omibus supradictis Legatis Piis, quæ non impleverunt, uno excepto favore Sacerdotis Santilli, unicam erigendi Cappellaniam in Ecclesia S. Mariæ dell'Orto cum onere quotidianæ Missæ in perpetuum.

Requisitus de more Episcopus retulit = *Che i primi due Legati lasciati alla Chiesa della Santissima Nunziata, e Cappella del Santissimo Rosario non furono accettati da detti Pii Luoghi, sì perchè la maggior parte de capitali era appoggiata a Persone decotte, sì perchè molti di essi appartenevano a Gabriele Fogliani fratello di detto Testatore* = Ulterius = *Che l'istessa enunciata Erede non hà curato affatto costituire il surriferito Legato di Duc.*100., *ne di far mai celebrare i succennati due Anniversarii*. Rursus = *Che delli Duc.* 259. *lasciati al Sacerdote Don Antonio Santilli per la ridetta celebrazione, ne mancarono* 150. *sin da poco tempo dopo l'accettazione di detto Legato per l'accaduta ruina di una Casa assegnata, e valutata per il detto prezzo di Duc.* 150. *Onde il rimentovato Testatore non hà ricevuto sino al giorno d'oggi altro suffragio, che quello corrisponde al fruttato dei* Duc. 109. *rimasti dalli* 259. *assegnati al ridetto Sacerdote Santilli*.

Retulit insuper, ut, præter hæc onera a Josepho Fogliani relicta, alia quoque supersint in eadem Cappella S.Mariæ dell'Orto adimplenda = *Come apparisce dalla Tabella esistent*

steute in essa &c. alla soddisfazione delle quali per qualche Anno nemmeno si è badato. Concluditque demum optimum sibi videri tam Testatorum, quam Hæredum animabus induigendum esse Oratoribus = *Che tanto delle Messe, che hanno in virtù delle dette Lascite, quanto di quelle della succennata Tabella se ne formasse una Cappellania quotidiana perpetua in beneficio promiscuamente di tutti i Testatori, oltre l'obbligo degli Anniversarii, e delle altre Messe assegnate a giorni particolari, ne' quali inviolabilmente si dovessero celebrare, e questa Cappellania assegnarla alla di loro Cappella Gentilizia di S. Maria dell'Orto coll'obbligo di tenerci la Tabella de Pesi, ed il Libro della quoitdiana sodisfazione da visitarsi dall' Ordinario in S. Visita*.

Obsequendo autem Mandatis Sacræ Congregationis diei 16. Septembris superioris anni, quibus injunctum fuit, quod= *Audiantur omnes interesse habentes*. Episcopus, visa renunciatione a Cappellanis Ecclesiarum Sanctissimæ Annunciationis, & Sanctissimi Rosarii exarata, confirmavit omnia, quæ in superiori relatione fusius exposuit. Quo circa partes erunt Eminentissimorum Patrum decernere

An sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis Judittæ, Josephi, Gabrielis, Mariæ Amaliæ, Michaelis Angeli Fogliani, & Jacobi Santilli in casu &c.

COMEN, DISPENSATIONIS. Proposita fuit hæc Causa in Congregatione habita *die* 16. *Maji superioris anni* sub dubio: *An sit locus dispensationi in casu &c.* Responderunt Amplissimi Patres *Negative*: Redit nunc ad judicium Eminentissimorum Patrum Clericus Petrus Sartori, postulatque *recessum a Decisis*, tria nunc profert exempla; duo irregularitatis incursæ ob digitorum defectum, in quibus Sacra Congregatio per summaria Precum dispensationem indulsit. Primum sub die 10. Maji 1738. favore Sacerdotis Joannis Pacevviz Præpositi Ecclesiæ Szaulensis in Diœcesi Samogitien., qui ex fortuita Sclopi explosione, salvo dumtaxat remanente pollice, quatuor digitos sinistræ manus amisit. Alterum verò sub die 26. Februarii anni 1763. lib. 113. Decret. fol. 65. favore Sacerdotis Francisci Ferrari, qui inter venandum sibi sinistræ manus pollicem, indicemque detruncavit. Tertium verò profert exemplum resolutionis Sacræ Congregationis in *Malacitana Irregularitatis* 17. *Junii* 1775. favore Simonis Serrani nondum Ecclesiasticæ militiæ addicti, qui ex quadam affectione morbi digitos sinistræ manus ita rigidos habe- *Sess. 24. cap. 7. de Reform.*

habebat, neque Missalis folia vertere, neque illius Vittas sericas tractare posset, neque Patenam ita elevare, ut imum labrum, extremamve Menti partem attingeret.

Animadvertendum tamen est, quod prædicta exempla sunt omnino diversa a præsenti casu, cum in omnibus allatis exemplis ageretur de mutilatione digitorum sinistræ, non autem dexteræ manus.

Addendum, quod Gratia concessa fuit in casibus favore Joannis Pacevviz, & Francisci Ferrari, qui actu Sacerdotali caractere erant insigniti, non autem de Clerico promovendo ad Sacros Ordines.

Tandem, quoad Simonem Serrani nondum Clericum de tempore dispensationis, notandum est, eo in casu actum fuisse de sola rigiditate sinistræ manus, non autem de totali digitorum defectu. His igitur, quæ nunc proponuntur, quæque dudum proposita fuerunt in Folio illo Congregationis habitæ *die* 16. *Maji superioris anni* rite perpensis, Eminentissimorum Patrum judicium erit respondere

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Sess. 21. *cap.* 7. *de Reform.*

BALNEOREGIEN. ECCLESIÆ CATHEDRALIS. Duæ antiquitus in Civitate Balneoregii aderant Ecclesiæ pro medietate unius milliarii inter se distitæ. Altera Cathedralis sub invocatione *S. Donati* ab Archidiacono, & septem Canonicis decorata. Altera Collegialis sub invocatione *S. Nicolai* ex prima Dignitate, & sex Canonicis constituta. Unanimi Civium voto san.mem.Innocentius XII. utramque tam Cathedralem, quam Collegiatam Ecclesiam suppressit, exindeque in simplicem Parochialem convertit Ecclesia *S. Donati*: Alteram *Divi Nicolai* sub invocatione *SS. Donati*, *&* *Nicolai* in novam Cathedralem erexit. Capitulares verò utriusque Ecclesiæ in Canonicos novæ Cathedralis Ecclesiæ cum suis distinctis Præbendis constituit, onere tantum ipsis injuncto, quod = *Detracta tamen prius ab utraque Massa hujusmodi aliqua congrua fructuum prædictorum parte, juxta providam Ordinarii Loci dispositionem designanda, & singulis annis in manutentionem Sacristiæ eroganda*.

Anno 1698. Balneoregiensi vacante Ecclesia, cum ad Episcopatum Uldericus Nardi fuerit evectus, in Litteris Apostolicis expressum fuit onus eidem injunctum = *Quodque tenearis quotannis deponere in Monte Pietatis Civitatis Balneoregien. scut.* 300. *monetæ Romanæ ad tui dispositionem una cum dilectis Filiis Capitulo, & Canonicis, qui invigilare debeant*

beant pro Ecclesiæ Cathedralis, & Domus Episcopalis Balneoregien. reparatione, donec, & quousque fuerint reparatæ, alias fructus tuos non facias. Eo vita functo, Episcopo Elisei Successori anno 1705. eadem lex in Litteris Apostolicis fuit indicta. *Volumus autem, quod tu Ecclesiæ Cathedralis reparationi pro viribus incumbas, ac Sacrarium, Sacra Supellectilia ad Divina peragenda sufficienter instituas, conscientiam tuam super hisce onerantes*.

Successor autem cum fuerit anno 1722. Episcopus Pini, Capitulares Cathedralis Ecclesiæ anno 1741. supplices Sacræ Congregationi fuerunt, & adversus Episcopum institerunt pro neglecta Cathedralis Ecclesiæ manutentione. Quæstio tamen hæc post Rescriptum *Ostendatur relatio* ulteriori judiciali examini subjecta non fuit, cum idem Episcopus manutentioni Ecclesiæ incubuerit.

Sequuto postmodum ejus obitu, promotus extitit Episcopus Baldassini, qui post decennium cum ad Episcopatum Æsinum fuerit translatus, Balneoregiensis Ecclesia hodierno Antistite provisa fuit. Is utilitati, ac manutentioni suæ Ecclesiæ incumbens, cum vi ierit dispersa fuisse Animalia pertinentia Mensæ Balneoregiensi, judicialiter institit pro deficientium Animalium reintegratione, obtinuitque Mandatum executivum adversus antecessorem Episcopum pro summa scut. 15 . 58.

Ulterius verò hodiernus ipse Balneoregiensis Antistes cum Episcopium collapsum, rurales Domos pene dirutas, eandemque met Cathedralem Ecclesiam adeo fatiscentem, ac deturpatam invenerit, ut pro necessariis restaurationibus ingentem summam impendere debeat, id totum culpæ, ac negligentiæ Prædecessoris Antistitis tribuendo, eundem in jus vocavit coram A. C. pro reintegratione damnorum.

Ad ea recognoscenda judiciales Periti hinc inde electi, deputatique fuerunt. Retulerunt ii, restaurationes Cathedralis Eclesiæ omnino necessarias ascendere ad summam scutorum 423. 90.; deteriorationes verò tam urbanarum, quam rusticarum Domorum ascendere ad alteram summam scutorum 124. 40. Sequuta hac Peritorum Judicialium relatione, præcedens Antistes non ad A.C., sed ad hanc Sacram Congregationem spectare, ex quo jam ab anno 1741. coram eadem objecta Causæ definitione, introducta fuerit quæstio, an scilicet ad Capitulares, vel ad Episcopum Cathedralis Ecclesiæ restauratio spectet. Judex igitur reservato jure agendi pro summa scutorum 423.90. usque ad exitum Causæ in Sacra Congregatione, sententiam protulit adversus R. P.D. Baldassini Episcopum, eumdemque condemnavit ad solutionem scut. 124.40. in causam deteriorationum Domibus tam urbanis, quam rusticis illatarum.

Promotor itaque Fiscalis Curiæ Balneoregiensis necessarias restaurationes illas dici debere sustinet, quæ a Judicialibus Peritis recognitæ fuerunt, proptereaque cum Judiciales Periti hinc inde electi eas liquidaverint in summa ₰423.90. non esse ambigendum, pro dicta summa Prædecessorem Antistitem ad formam Judicialis Peritiæ teneri, & obligatum esse.

Sustinet ulterius restaurationes Cathedralis Ecclesiæ soli Episcopo pertinere, nisi adsit aliquod Statutum in contrarium, vel aliqua contraria consuetudo, vel demum Ecclesia redditus habeat particulares pro Fabrica, quæ quidem circumstantiæ deficiunt in casu, de quo agitur.

Animadvertendum est, quod superiori tempore Cathedralis Ecclesiæ Balneoregiensis restaurationes ad Episcopum pertinuerunt. Constat enim ex Litteris Apostolicis expeditis de anno 1698. favore Episcopi Nardi, eundem obstrictum fuisse quotannis deponere in Sacro Monte Pietatis summam scutorum 300. pro Ecclesiæ Cathedralis, & Domus Episcopalis reparatione, Constat etiam injunctum fuisse Episcopo Elisei, ut pro viribus Cathedralis Ecclesiæ reparationi incumberet. Constat demum R. P. D. Pini multas peregisse restaurationes. Jura verò circumferuntur pro parte tantum Promotoris Fiscalis Curiæ Balneoregiensis. Partes erunt EE. PP. definire

I. *An, & quæ restaurationes, & reparationes necessariæ fuerint in Ecclesia Cathedrali in casu &c.*

II. *An, & ad quem illarum onus pertineat in casu &c.*

Die

Die Sabbathi 13. Julii 1776. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

IN postrema Congregatione habita die 22. proxime præteriti mensis Junii nulla prodiit resolutio quoad quatuor inferius descriptas Causas, ideoque, resumpto Folio dictæ Congregationis, dignabuntur EE.VV. ea, qua pollent, sapientia decernere.

FAVENTINA DISTRIBUTIONUM. *Sess. 24. cap. 12. de Reform.*

I. *An sustineatur Indultum in casu &c.*, & quatenus Affirmativè.

II. *An, & quæ distributiones debeantur in casu &c.*

Ad I. Affirmativè.

Ad II. Deberi omnes distributiones ad formam Indulti.

CAJETANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. *Sess. 22. cap. 6. de Reform.*

An sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis Judittæ, Josephi, Gabrielis, Mariæ Amaliæ, Michaelis Angeli Fogliani, & Jacobi Santilli in casu &c.

Dilata, & firmetur Status uniuscujusque Legati, & Hæreditatis respectivorum Testatorum, & ad mentem, & mens est, quod scribatur Episcopo juxta instructionem.

Sess. 24. cap. 7. de Reform.

COMEN. DISPENSATIONIS.

An sit standum, vel recedendum à decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 21. cap. 7. de Reform.

BALNEOREGIEN, ECCLESIÆ CATHEDRALIS.

I. *An, & quæ restaurationes, & reparationes necessariæ fuerint in Ecclesia Cathedrali in casu &c.*

II. *An, & ad quem illarum onus pertineat in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

FLORENTINA REDUCTIONIS MISSARUM. Hujus Causæ specimen expositum fuit in Folio Congregationis *diei* 17. *Septembris* 1774., disputatoque Dubio = *An, & quomodo sit locus reductioni onerum in casu &c.* = rescriptum fuit in Congregatione diei 8. Aprilis 1774. = *Dilata, & exhibeatur Testamentum* =, ut ex eo conjici possit, utrum Præsul Horatius Capponi Cappellaniæ Fundator addixerit Societati *del Tempio* nuncupatæ annua scuta decem, quæ ipse in Instrumento Cappellaniæ asseruerat superextare ex pensionibus Domuncularum assignatarum Cappellaniæ, & quæ sibi reservaverat pro Anniversario ab eadem Societate in gentilitia Cappella Capponi celebrando, de quo velle per separatam scripturam disponere declaraverat in ipso Fundationis Instrumento.

Exhibitum modo est Testamentum Præsulis Horatii, in quo nullum verbum a Testatore factum fuisse patet de reservatis scutis decem ex superextantibus pensionibus dictarum Domuncularum retrahendis pro explenda Anniversarii celebratione. Ex eo tamen constat, Testatorem disposuisse de fructibus scut. trium millium, quæ ipse donaverat Sacro Monti Pietatis Florentiæ, eosque distribuisse in plura legata pia anno quolibet implenda a præfata Societate Templi in Cappella S. Felicitæ de Jurepatronatus Familiæ

Cap-

Capponi, quæ pia Legata religiosissime quotannis impleri a Societate testatur Archiepiscopus in postrema sua Informatione Sacræ Congregationi transmissa.

Inter autem Legata pia illud adest celebrationis duorum Anniversariorum, adjecto modo, quem Testator in Instrumento Fundationis Cappellaniæ sibi declarandum reservaverat, ut percipitur ex edito Testamento, cujus particulam Anniversaria respicientem pro recta judicandi ratione hìc exscribitur = Ex reliquis scutis quinquaginta annuis quotannis in perpetuum, & in infinitum celebretur in eadem = Cappella S. Felicitæ unum Anniversale solemne cum Missa = parata, & cantata una cum aliis triginta Missis planis De= functorum singulo die obitus ipsius Domini Testatoris, & = pro suæ Animæ suffragio, quo quidem die scuta quatuor = dictæ monetæ in eleemosynam tot Pauperibus ejusdem = Parochiæ eodem Anniversario præsentibus, & adstantibus, = ac pro remissione ipsius peccatorum ibidem orantibus di= stribui mandavit, & in unoquoque ex prædictis Anniver= sariis pro suffragio suæ Animæ celebrandis intervenire = voluit Illustres DD. Officiales pro tempore Ven. Societatis = nuncupatæ *del Tempio* ejusdem Civitatis. Aliud verò An= niversale pro suffragio prædicti quond. D. Americi sui ger= mani fratris in die illius obitus etiam annuatim in perpe= tuum una cum Missa parata, & cantata, aliisque viginti = planis Defunctorum ibidem celebrari reliquit. Et insuper = unicuique ex prædictis DD. Officialibus prædictæ Ven. So= cietatis Templi nuncupatæ Anniversariis pro suffragio = suæ Animæ celebrandis intervenientibus, & adstantibus = qualibet vice in sui memoriam distribui voluit libram = unam Zuccari, & unam libram Piperis, & aliam libram = Ceræ albæ pro quolibet, idque perpetuis futuris tempo= ribus servari, quos quidem DD. Officiales ejusdem Ven. = Societatis pro tempore Executores prædictorum suorum piorum operum deputavit =

Qua facta Testamenti Præsulis Horatii relatione, onus nunc erit EE. VV., *resumpto Folio dictæ Congregationis diei* 17. *Septembris* 1774., sapientissime de more definire originarium Dubium, quod iteratò proponitur.

An, & quomodo sit locus reductioni onerum in casu &c.

Deleto onere servitii Chori, esse locum reductioni Missarum arbitrio Archiepiscopi ad rationem manualis.

RO-

Sess. 25. cap. 5. de Reform.

ROMANA HABILITATIONIS. Sacerdos Joseph Boghetti Anconæ natus ex Patre tamen Illyricæ Nationis, cum in eo deficeret peritia linguæ Illyricæ ad assequendos Canonicatus, & Beneficia Collegiatæ Ecclesiæ S.Hieronymi Illyricorum Urbis necessaria ex lege in illorum fundatione præscripta a san. mem. Sixto V. in ejus edita Constitutione sub datum Kalendas Augusti 1589., quæ incipit = *Sapientiam Sanctorum* =, preces obtulit defuncto Pontifici Clementi XIV., ut eum, hoc non obstante defectu Illyrici sermonis, cui addiscendo tamen quotidie incumbit, idoneum redderet ad eorumdem Beneficiorum assecutionem in respectivis illorum vacationibus.

Precibus Josephi Pontifex annuit sub die 23. Maii 1770. per organum R. P. D. Vicesgerentis. At verò de hujusmodi habilitativo Rescripto nuper habita notitia ab Illyrica Congregatione, cujus interest tueri jura Patronatus passivi in Fundatione collati illis, qui de propria Illyrica Natione sunt, & qui peritiam habent Illyrici Idiomatis, supplicem porrexit libellum *SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO fæliciter Regnanti*, quo postulat,ut declaretur nullius roboris, & effectus antedictum Rescriptum tamquam contrarium legibus, & conditionibus in Fundatione præscriptis;censuit tamen *SACRATISSIMUS PRINCEPS* hujus instantiæ cognitionem ablegare ad hanc Sacram Congregationem *citata Parte, quibuscumque in contrarium non obstantibus*.

Ab utraque Parte jura circumferuntur. Contendit enim Illyrica Congregatio, Habilitationis gratiam obtentam à Sacerdote Boghetto non esse exequendam tamquam subreptionis, & obreptionis vitio laborantem, quia Boghettus in suis precibus narraverat quidem Pontifici qualitatem Illyricæ Nationis, seu Originis Illyricæ copulativè cum peritia linguæ Illyricæ in Præsentando concurrere debere ex præscriptis in Sixtina Constitutione, non tamen ejusdem Constitutionis Datum, illiusque initiale verbum expresserat: Rursus quia reticuerat prohibitionem explicitam in antedicta Sixtina Constitutione de non derogando conditionibus in ea contentis.

Tum quia silentio præterierat decreta Sacræ Visitationis confirmata à sa. mem. Urbano VIII. cum clausula *sublata, & decreto irritanti*, quibus decretis firmatum fuerat, quod *Archipresbyter, Canonici,& Clerici Beneficiati nonnisi ex Natione Illyrica, seu alias Origenæ ejusdem tamen Illyricæ linguæ, & idiomatis recipiantur, servata in omnibus forma Litterarum Apostolicarum fælic.record. Sixti V. super erectione Collegiatæ*, sub resolutiva conditione = *& secus ab Archipresbytero facta provisio nulla sit*.

Item quia tacuerat Rem judicatam exortam in observantiam, & executionem Sixtinæ Constitutionis, & decretorum Sacræ

cræ Visitationis, qua Sacerdos Joannes Baptista Jampsi lingua Illyrica carens, licet à Patrono præsentatus, & ab Archipresbytero institutus, amotus tamen fuerat à possessione Canonicatus, tribus præeuntibus *Rotalibus Decisionibus*, geminis scilicet *coram Priolo decis.* 8., *& dec.* 23., ac tertia *cor. Dunozetto dec.* 980.

Ac demùm quia siluerat immemorabilem dictæ Collegiatæ consuetudinem inductam virtute Sixtinæ Constitutionis præcipientis Illyricæ linguæ requisitum, quod Canonici, & Beneficiati certis solemnioribus anni diebus onus habeant inter Missarum solemnia canendi lingua Illyrica Evangelium, & Epistolam. Quæ omnia si Pontifici, ut par erat, narrata fuissent, vel Pontifex habilitationis gratiam non concessisset *Cap. Majoribus. cap. dilecta, & Cap. vacante de Præbend.*, vel eam difficilius elargitus fuisset ex traditis per *Felin. in cap. super litteris num.9. de Rescript.*, *& Rota decis.*10. *num.*16. *tit. de Servitut. cor. Falconer.*

Sustinet è contra Boghettus, satis esse pro validitate, & executione gratiæ, quod ipse substantiam Sixtinæ Constitutionis, & requisita inibi adjecta Pontifici narraverit; sustinetque pariter, quod in eadem Habilitationis gratia virtualiter contineatur etiam dispensatio ab addiscenda lingua Illyrica, quoniam ipse in eo etiam Idiomate peritus habilitationis gratia non indigeret.

Animadvertendum est, quod nec Boghettus in suis precibus postulavit derogationem Sixtinæ Constitutioni, decretisque Sacræ Visitationi confirmatis à sa. mem. Urbano VIII., nec Pontifex illis derogavit in ejus habilitationis Rescripto, quæ derogatio tamquam destruens Fundationis leges, lædensque jura passive vocatorum, illorum scilicet, qui ex Illyrica Natione sunt, sive Origenæ, & Illyrici Idiomatis periti, expressa requiritur ad *Textum in cap. Pastoralis, ibique Gloss. de Privileg.*, claré *Tondut. quæst. benef. part.*3. *cap.*187. *num.*14., *Piton. discept. Ecclesiast.* 27. *n.* 9., *&* 10., *& de Controv. Patron. alleg.*1. *num* 6., *& Rota coram Ottbobon. dec.*53. *num.*6., *&* 13., *& decis.* 185. *n* 14., *& seqq.*

Præterea cum Pontifex habilitationis gratiam concesserit inductus ab expressione facta in precibus Boghetti, nimirum = *tanto più, che il detto estremo* (scilicet peritiæ linguæ Illyricæ) *è acquisibile, come non lascia d'applicarsi per apprenderlo, risultando ciò dagl'annessi Documenti, che s'umiliano alla Santità Vostra, e dalla buona disposizione del Duca Sforza Cesarini, à cui appartiene il gius nominandi, verso l'Oratore* = pandita in ejus Epistolio precibus adnexo, ponderandum occurrit, utrum voluntas Ducis Cesarini nunc unici Collegiatæ Patroni fuisset nec ne proclivis erga Boghettum tam in casu fictæ per dispensationem, quàm in casu veræ peritiæ linguæ Illyricæ, dum *triennio* ante petitam à Boghetto dispensationem Apostolicam ita scripserat = *Quante volte il*

Sa-

Sacerdote Giuseppe Boghetti raccommandato da Vostra Eccellenza faccia costare d'essere fornito dei Requisiti necessarj per essere ammesso nella Collegiata di S. Girolamo degli Illirici, che sono l'Origine, che Egli asserisce, e la Perizia della lingua Illirica, à riflesso delle rispettabili premure di Vostra Eccellenza sarebbe in grado il Duca Sforza di nominarlo fra tanto ad un Beneficiato vacante in d. Chiesa.

Quoties igitur dicendum esset, Patronum loquutum fuisse de vera tantum peritia linguæ Illyricæ in executionem Legum Fundationis, quas ipse evertere non poterat, servatasque optabat, esset pariter consectariè dicendum, Pontificem, perspecta voluntate Patroni loquentis de casu veræ, & non fictæ peritiæ Illyrici Idiomatis simul, & de assiduo studio Boghetti in illum addiscendo, quem dixerat acquirendum, nihil aliud indulgere Boghetto voluisse, nisi *provisionalem* habilitationem in casu tunc proximæ vacationis Beneficii, non autem illum eximere ab onere acquirendi linguam Illyricam, ut ea tantum acquisita, jure concurrere, seù retinere posset Beneficium, sive Canonicatum in Collegiata Ecclesia S. Hieronymi Illyricorum Urbis.

Quibus perpensis dignabuntur EE. VV. decernere.

An sustineatur Rescriptum habilitationis, de qua agitur, in casu &c.

Affirmativè.

Sess. 25. in decret. de Purgat.

TAURINEN. Horatius Silvesco geminos condidit Codicillos, alterum die *6.* Septembris 16*.9.*, & alterum die *19.* Januarii *1624.*, in quorum primo legavit annua scuta octo Capitulo Parochialis Ecclesiæ S. Dalmatii di Cuorgnè cum onere annualiter, & perpetuò celebrandi Sacrum unum pro Defunctis in expiationem animæ ejusdem Codicillantis: Itemque reliquit Legati titulo Patribus Ordinis S. Francisci Ecclesiæ B. Mariæ Gratiarum de eodem loco di Cuorgnè annua, & perpetua scuta 50. composita ex florenis octo pro quolibet scuto, onere eis adjecto celebrandi in ejus Cappella Pietatis existente in supradicta Ecclesia Parochiali S. Dalmatii quotidianum Sacrum, cujus qualitatem præscripserat in unoquoque die.

In secundo verò Codicillo voluit Testator, ut ejus Hæredes, eorumque Successores teneantur = *di far celebrare annualmente, perpetuamente, e giornalmente una Messa alla Cappella di detto Signor Codicillante detta della Pietà esistente nella Chiesa Parochiale di Cuorgnè Collegiata di S. Dalmasso dal Sacerdote, che meglio li parerà, come hà stabilito nel detto Codicillo circa la qualità delle Messe solamente, per qual considera*

razione hà rivocato, e rivoca il legato di scudi cinquanta fatto alli RR.PP. di S.Francesco, ed altro di scudi otto fatto al Rev. Capitolo, quali cancella, ed annulla.

Die 16. Novembris *1696.* decessit Comes Horatius Amadeus Volperga condito Testamento, quo jussit Comiti Julio filio suo, quem Hæredem universalem instituerat, ut impleret Legatum à præfato Horatio Silvesco relictum, juxta tamen Missarum numerum, & quantitatem ab Archiepiscopo Taurinensi, aliisque Superioribus Ecclesiasticis declarandam ad ratam eleemosynæ ab eodem Silesco in ejus dicto Codicillo constabilitæ.

At verò pluribus non obstantibus diligentiis adhibitis à Comite Ignatio Volperga mediato hærede tùm dicti Silvesco, tùm memorati Comitis Horatii Amadei, invenire non potuit documentum ullum comprobans vel recursum habitum ad Archiepiscopum, sive ad alios Superiores Ecclesiasticos pro declaranda Missarum quantitate, vel decretum ullum ab Archiepiscopo editum super eadem Sacrorum quantitate servanda. Compertum tamen nihil aliud fuit, nisi quædam Enunciativa, sive Nota in Codicibus supradictæ Ecclesiæ ab eodem Archiepiscopo reperta in actu suę Pastoralis Visitationis factæ præfatæ Cappellæ Pietatis, quod virtute titulorum antiquorum Legatum aderat ibidem celebrandi quatuor Sacra in qualibet hebdomada: Quinimo ex viginti syngraphis de recepto colligitur, Hæredes dicti Silvesco geminas tantùm Missas in qualibet hebdomada celebrare fecisse.

In hoc autem rerum statu prædictus Comes Ignatius Volperga consulens Conscientiæ suæ, preces obtulit Sacræ Congregationi, ut declaretur, in quo nam numero vi dicti Legati sint Sacra quotannis celebranda.

Hìc enim non agitur de Missarum reductione, sed solùm agitur de illarum quantitate declaranda, ut certum sit Oratoris onus, ejusque certa obligatio, quoniam in postremo Codicillo Horatii Silvesco adjectum fuit hæredibus suis onus celebrandi quotidianum Sacrum; ex nota verò ab Archiepiscopo reperta in Sacra Visitatione habetur onus celebrationis quatuor Missarum in qualibet hebdomada; Tandemque ex syngraphis de recepto palam fit, geminas tantum Missas qualibet in hebdomada celebratas fuisse.

Orator in suis precibus animadvertit, quod cum Horatius Silvesco in primo Codicillo Legati titulo reliquisset Patribus S. Francisci annua scuta quinquaginta ex florenis octo pro quolibet scuto, onere adjecto celebrandi quotidianum Sacrum: Cumque in secundo Codicillo hoc ipsum onus præscripsisset illius hęredibus, adempto Legato dictorum scutorum 50. Patribus S. Francisci relicto, censendum sit, hoc onus, quod illis ademerat, & quo suos hæredes gravaverat, non majori emolumento impleri debere, nisi

eo ſcutorum quinquaginta Patribus legatorum, eiſque ademptorum in correſpectivitatem ejuſdem oneris in hæredes translati.

Addit inſuper, dicta ſcuta quinquaginta ex florenis octo pro quolibet ſcuto efformare libras 130., nullumque inveniri Sacerdotem, qui cum emolumento annuarum librarum 130. onus adimpleat quotidianæ Miſſæ celebrationis, ideoque præſumendum ſit, Archiepiſcopum declaraviſſe, Legatum eſſe deinceps implendum pro numero duarum tantum Miſſarum in qualibet hebdomada.

Auditus de more fuit Archiepiſcopus, qui retulit, vera eſſe ea, quæ ab Oratore fuerunt expoſita, ſubditque = *quidquid ſit de hoc facto Calculo* (quod ſcilicet ſcuta 50. ex florenis octo efforment libras 130.) *ommitto; nam mihi non eſt de hac re judicandum, ſed ad præcipuum rei objectum animum intendens, puto, hanc pecuniæ in celebratione Miſſarum erogandæ ſummam non modo definiendam eſſe pro ratione ſcutorum* 50., *ſed etiam pro ratione aliorum ſcutorum octo, ut nimirum Orator in ſingulis annis eroget valorem ſcutorum* 58., *atque hoc modo ejuſdem precibus faveri ſentio.*

Dignabuntur itaque EE. VV. ſapientiſſime definire.

An, in quo numero, & pro qua ſumma ſint Sacra annuatim celebranda in caſu &c.

Non propoſita cum ſequentibus.

Seſſ. 25. cap. 4. de Reform.

PISAUREN. REINTEGRATIONIS, ET REDUCTIONIS MISSARUM. Redit nunc ad Ampliſſimorum Patrum judicium hæc Cauſa, quæ fuit expreſſa in Folio Congregationis habitæ *die* 19. *Decembris anni* 1772.. Cenſuit Sacrum hoc Tribunal geminis, quæ tunc proponebantur, Dubiis in hæc verba conceptis I. *An, & in qua ſumma conſtet de credito Archiconfraternitatis Pii Suffragii Piſauri, ita ut ſit locus reintegrationi ſuper Bonis hæreditariis quond. Vincentii Lucatelli in caſu &c.* = & quatenus Negative = II. *An, & quomodo ſit locus reductioni Miſſarum in caſu &c.* = in proximè ſequenti Congregatione reſcribere = *Dilata, & firmetur Status, citato Promotore Fiſcali* = Hinc pro firmatione Status activi, & paſſivi hæreditatis Vincentii Lucatelli ſervatis de jure ſervandis, citatoque Promotore Fiſcali Eccleſiaſticæ Curiæ Piſauri deventum eſt ad electionem Periti Curialis, cujus abſolutum opus Epiſcopus ad hanc Sac. Congregationem tranſmiſit.

Ex

Ex relatione Periti Curialis satis compertum est, Statum *activum* præfatæ hæreditatis Lucatelli singulis cumulatis Bonis stabilibus, mobilibus, semoventibus, creditis, & pecuniis in hæreditate repertis juxta illorum descriptionem in legali Inventario factam ascendere una cum eorumdem Bonorum fructibus à Sodalitio Pii Suffragii hærede proprietario perceptis ad scuta 10357. 01. 3.

Passivum verò Statum, in eo comprehensis scutis 6297. 95. à dicto Sodalitio in executionem præcepti Testatoris erogatis in Ædificio novæ Ecclesiæ, computatisque pariter scutis 3850. ab eodem Sodalitio solutis Cappellano novæ Ecclesiæ lapsu annorum 77. ad rationem annuorum scutor. 50. juxta taxam ab eodem Testatore præfinitam efformare summam scutorum 12423. 97., ex quibus dempta summa Status activi in scutis 10357. 01. 3., passivum Statum superare activum in summa scutorum 2066. 95. 2., ex quibus etiam supputato valore Prædii Montis Levecchie una cum ejus adnexis, quod unicum ex hæreditate Lucatelli superest, scutorum 1104. 04., Sodalitium, tota consumpta, & absorpta moxdictæ hæreditatis substantia, creditorem remanere in quantitate scut. 962. 91. 2.

Hoc est firmationis Status activi, & passivi Hæreditatis Lucatelli compendium. Rogantur modò Eminentissimi Patres, ut *Folium supradictæ Congregationis habitæ die 29. Decembris anni* 1773. iterum inspiciant, ut expendant

I. *An, & in qua summa constet de credito Archiconfraternitatis Pii Suffragii Pisauri, ita ut sit locus reintegrationi super Bonis hæreditariis quond. Vincentii Lucatelli in casu &c.* = & quatenus Negativè

II. *An, & quomodo sit locus reductioni Missarum in casu &c.*

CAPUTAQUEN. Doctor Physicus Andreas, & Sacerdos Thomas germani fratres Coccelli Terræ Novi Diæcesis Caputaquen. erectam voluerunt Cappellam S. Philippo Nerio dicatam in Ecclesia S. Mariæ Longobardorum dictæ Terræ. Anno 1665. pro dote dictæ Cappellæ plura cesserunt, assignaruntque Bona in quinque separatis Territoriis existentia, cum reservatione in eorum favorem, Hæredum, & Successorum Jurispatronatus iis adjectis conditionibus = *ut Bonorum addictorum tot Missæ sint celebrandæ, quot fuerint introitus, vita durante J.V.D. D. Lau-* *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

rentii Coccelli eorum Filii, & Nepotis respective ad rationem granorum quindecim, & post mortem ipsius per Cappellanum per eos, & eorum Hæredes, & Successores eligendum ad illam rationem statuendam per Superiores, & ut erit charitas Missarum votivarum.

Voluerunt itidem in ejusdemmet Testamenti contextu, quod Cappellani = *Siano amovibili propria auctoritate, senza decreto, ne licenza di Giudice Ecclesiastico, ancorche nel Cappellano predetto non vi sia demerito alcuno, e senza espressione di causa, e che esser debba pura Laicale, senza soggezzione di visita del Vescovo, o altro Superiore Ecclesiastico, o altra spesa, mà sol che essi Cappellani col consenso degli Elettori possano applicare qualche cosa mera necessaria.*

Anno *1669.* iisdem fere verbis, & conditionibus præfatus Andreas Coccelli aliam fundavit, dotavitque Cappellam sub invocatione S. Petri in Vincula suis Domibus adnexam, altera tamen superaddita conditione, quod Cappellanus proprio arbitratu Sacra possit celebrare vel in hac Cappella, vel in supradicta S. Philippi Nerii.

Successivis inde temporibus alia ex pia dispositione Stephani Valletta accesserunt Bona Cappellæ S. Philippi Nerii cum onere Missarum ad ratam fructuum ab aliis assignatis Bonis percipiendorum. Item alia Bona pervenerunt ad utramque Cappellam ex donatione Josephi Coccelli, onere adjecto tot annua celebrandi Sacra ad rationem granorum decem pro quolibet, quot erunt Bonorum redditus, demptis expensis superextantibus.

Patronus utriusque Cappellæ simul, & Bonorum administrator ad præsens est Philippus Maria de Licteriis ex Fundatoribus Coccelli descendens. Cum autem eidem perdifficile sit, quod exactissimum quotannis retinere possit computum omnium fructuum etiam minimorum ex Bonis Cappellarum recollectorum, qui sunt in celebratione Missarum erogandi, cumque incerta sit fructuum recollectio, incerta pariter efficiatur celebratio, & incommodum satis sit conficere computum, & magis incommodum partitionem explere illorum fructuum ex Bonis fundationis, & Legati, ac illorum ex donatis Bonis percipiendorum, ut primi erogentur in celebratione Missarum ad rationem tareni unius monetæ Regni pro qualibet juxta reductionem obtentam à fa. mem. Benedicto XIII., secundi verò ad rationem unius caroleni pro qualibet Missa, quodque gravius est imminuto Presbyterorum numero inveniri Sacerdotem, qui recepto stipendio unius Caroleni Sacrum celebrandum suscipiat.

Ideoque his fretus rationibus antedictus Philippus Maria Patronus auctoritatem Sacræ Congregationis implorat, & instat, ut certus præfiniatur Missarum annuatim celebrandarum numerus, ut ita consultum sit indemnitati propriæ, suo-

suorumque Descendentium conscientiæ propter quamlibet inconsideratam omissionem, vel oblivionem perceptorum fructuum in computis notandorum, utque ita Testatorum Animæ debitis non fraudentur suffragiis.

Hæc omnia, quæ Patronus exposuit, approbavit Episcopus pro informatione, & voto requisitus: Additque = *proportionem Missas inter, & fructus servare durissimum: denique Missas inter, & Missas pro aliis Carolenorum duorum, pro aliis unius tantummodo Caroleni stipendium secernere. Quoad Missarum numerum eo difficilior est calculus, quo magis incerti sunt annui Prædiorum dotalium fructus sive ex legato, sive ex donatione adjectorum, idque incertum unius, ac alterius Anni Missarum numerum constituit.*

Itemque refert Episcopus, quod coacervato Missarum numero per integrum decennium celebratarum ex redditibus dictorum Bonorum, eoque pro anno quolibet partito, repertum fuit, Missas quotannis celebratas fuisse in numero 1335.

Tandemque rationes affert, ut Missæ reducantur ad certum numerum fixum annuatim, & perpetuo servandum, illæque sunt, quæ sequuntur = *quod minuitur in dies Presbyterorum numerus, ut oneribus injunctis non sit satis; idque non difficultate vacat Presbyterum invenire, qui recepto Caroleni unius taxato pro aliquibus Missis stipendio, easdem suscipiat celebrandas. Est insimul consideratione dignum, Oratorem à Primioribus Civitatis hujus ortum, pietate, ac pari nobilitate conspicuis, magnis premi, ac exagitari angustiis: Novem sunt eidem filii, Uxor adhuc juvenis cum ventre pregnante, Matrem habet, cui alimenta decenter subministret, famulos, famulasque pro conditione, ita ut octodecim quotidie Viros inter, & Mulieres victum, vestitum, & cætera, servata proportione, ab eodem accipiant. Sunt inter filios quinque Mares, quorum educationi in Civitate præstandæ vires non suppetunt, multo minus pro filiabus vel nuptui, vel Matrimoniis decenter stabiliendis, quas si pii nunc conspicerent Dispositores, coniiciendum esset, se potius velle mutatis circumstantiis suæ Familiæ pro Bonorum suorum adsignatione prospicere, quàm totam in pia legata pro Missarum celebratione substantiam alienare.*

Ponderandum est, quod hìc non agitur de commutanda, seu declaranda, vel interpretanda voluntate Testatorum, nec quæritur de reductione præscriptarum Missarum, vel de statuenda illarum eleemosyna, sed quæritur unicè, ut præfiniatur Missarum celebrandarum numerus, qui non fuerat à Testatoribus præfinitus, quodque gratia à Patrono postulatur pro se, suisque filiis, & Descendentibus Patronatum habentibus, quodque demum ex canonica benignitate seccurrendum esse Patrono inopi, & à Fundatoribus dependenti sancitum est *in Can. contra 26. §. Si verò, & Can. quicumque 30. caus. 36. quæst. 7., & cap. Nobis de Jurepatr.*

Sa-

Sacra Congregatio in fraternizantibus terminis suspensionis scilicet voluntatis Defuncti pro educandis, alendisque Patronis ab ipso met Fundatore descendentibus decrevit *in Nullius S. Michaelis de Clusa proposita sub die 2. Decembris* 1775. *& resoluta die 20. Januarii currentis Anni* 1776., nec non *in Taurinen. proposita die 2., & resoluta die 30. proxime præteriti mensis Martii*: Et ad rem, nimirum esse præfiniendum numerum Missarum, quarum celebratio demandata fuerat ex redditibus Bonorum Cappellaniæ adsignatorum decrevit *in Maceraten.* proposita *die 3. Februarii*, & resoluta *die 2. Martii præsentis anni* 1776., ubi disceptato Dubio = *An, & in quo numero Missæ sint annuatim celebrandæ in casu &c.* responsum fuit = *esse celebrandam à Cappellano Missam quotidianam*. Videant igitur Amplissimi Patres, omnibus perpensis, quæ in Causa sunt.

An, & in quo numero Missæ sint annuatim celebrandæ in casu &c.

Die Sabbathi 17. Augusti 1776. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

QUatuor, quæ mox subiicientur Causæ, descriptæ quoque fuere in Folio Congregationis habitæ die 13. Julii proxime præteriti; Sed cum tempus ad eas proponendas defuerit, non graventur EE. VV. nunc illas discutere, & ea, qua solent, sapientia definire.

BALNEOREGIEN. ECCLESIÆ CATHEDRALIS. In qua gemina disputantur dubia. *Sess. 21. cap. 7. de Reform.*

I. *An, & quæ restaurationes, & reparationes necessariæ fuerint in Ecclesia Cathedrali in casu &c.*

II. *An, & ad quem illarum onus pertineat in casu &c.*

Ad I. Affirmativè ad formam Peritiæ.

Ad II. Spectare ad Episcopum Baldassini, dempto eo, quod exactum fuit ex gratia SSmi, juxta liquidationem faciendam coram D. Secretario.

TAURINEN. In qua quæritur. *Sess. 25. in decr. de Purgat.*

An, in quo numero, & pro qua summa sint Sacra annuatim celebranda in casu &c.

Teneri ad celebrationem Missæ quotidiane.

PISAUREN. REINTEGRATIONIS ET REDUCTIONIS MISSARUM. Cujus duo sunt Capita. *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

I. *An, & in qua summa constet de Credito Archiconfraternitatis Pii Suffragii Pisauri, ita ut sit locus reintegrationi super Bonis hæreditariis quondam Vincentii Lucatelli in casu &c.* = & quatenus Negative.

II. *An, & quomodo sit locus reductioni Missarum in casu &c.*

Dilata, & audiatur Emus Episcopus.

CA-

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

CAPUTAQUEN. Cujus Dubium est.
An, & in quo numero Missæ sint annuatim celebrandæ in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo pro firmatione status relative ad unumquodque Legatum, & referat de fructibus Bonorum unicuique ex dictis Legatis assignatorum, facto Calculo per Decennium.

Sess. 21. cap. 4., & 7. de Refor.

FIRMANA. In amplissimo Territorio Oppidi S. Elpidii ad Mare geminæ sunt Regiones ab eodem Oppido valdè dissitæ, nimirum una nuncupata *della Corva*, & altera, quæ vocatur *della Rella*, in quibus respectivè plurimi morantur Incolæ domicilium in eis habentes, qui, & præsertim illi inter Flumen Cluentum, & Ethnam existentes nedum ob loci distantiam quatuor, quinque, ac sex quoque milliarium, sed etiam ob incommodas vias præcipuè tempore hyemali pro Sacramentorum receptione accedere non poterant ad Collegiatam, & Parochialem Ecclesiam dicti Oppidi, & respective Parochus pro Sacramentis administrandis se conferre nequibat ad præfatas dissitas Regiones, unde eveniebat, quod Incolæ sine Sacramentis ut plurimum decederent. In unaquaque tamen Regione aderat Ecclesia Ruralis, in qua diebus tantum festivis Sacrum celebrabatur ad instantiam Incolarum, qui ad hunc effectum annua Rubra quinque frumenti tradebant unicuique Cappellano non Curato, ibique minimè residenti.

Tam gravi Incolarum indigentiæ occurrit anno 1745. vigilantissimus Firmanus Archiepiscopus quoad Incolas Regionis *della Corva*, quoniam suis sumptibus ampliata rurali Ecclesia sub invocatione S. Mariæ *della Corva* simul, & constructis Ædibus Ecclesiæ adnexis pro Cappellano Curato, qui ibidem resideret, & Sacramenta administraret illis Incolis, aliisque conterminæ Regionis nuncupatæ S. Philippi, & Plani de Turri usque ad Flumen Tennæ, eam, accedente consensu Capituli supradictæ Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ, in Cappellaniam curatam erexit, assignavitque pro stipendio Cappellani Curati inter cætera ea Rubra quinque frumenti à dictis Incolis præstari solita Cappellano non Curato, nec residenti.

Exemplo Archiepiscopi moti Confratres Sodalitii S. Mariæ Misericordiæ, cujus est institutum auxilium vel temporale, vel spirituale præbere Pauperibus, anno 1750. preces porrexerunt huic Sacræ Congregationi, postulantes, ut

ut similis erigeretur Vicaria curata in altera Regione *della Rella*, pro qua promiserunt de propriis Sodalitii pecuniis rependere scuta tercentum pro construenda Domo residentiæ Cappellani Curati ab ipsis eligendi cum approbatione Archiepiscopi, pro cujus manutentione polliciti sunt, se præbituros anno quolibet Rubra decem frumenti præter alia Rubra quinque ab Incolis dictæ Regionis tradi solita quotannis Cappellano non Curato, precibusque remissis ad Firmanum Archiepiscopum, ut *super præmissis gereret, statueret, atque decerneret quidquid pro suo arbitrio, & conscientia sibi in Domino expedire videretur*, hic post noviter constructam Ecclesiam, Domumque residentiæ sumptibus Sodalitii, quam anno 1753. construi mandaverat in actu pastoralis suæ Visitationis, eamdem Ecclesiam sub titulo, & invocatione SS. Angelorum Custodum erexit die 13. Januarii anni 1758. in Cappellaniam curatam cum assignatione Plebis certis limitibus circumscriptæ, ac dismembratæ à dissita Collegiata, & Parochiali Ecclesia Oppidi S. Elpidii, cujus dismembratio, contradicente Capitulo, approbata, & confirmata subinde fuit ab hac Sacra Congregatione, ut habetur *in Firmana Dismembrationis proposita, & resoluta sub die 15. Decembris 1759.*

In hac autem erectione Ecclesiæ in Cappellaniam curatam jussit Archiepiscopus, quod in ea *Sanctissimam Eucharistiam, Olea Sacra, & alia, quæ ad Ecclesiam Parochialem pertinent (excepto Fonte Baptismali) retineri, & custodiri* deberent, quodque Cappellanus Curatus *in Ædibus eidem Ecclesiæ Sanctorum Angelorum Custodum adnexis resideat, Missas celebret, præsertim diebus Dominicis, & festivis, Sacramenta Populo administret, eumque instruat in rebus necessariis ad salutem, verbis, & exemplis pascat, aliaque onera Parochialia subeat =*

Mandavitque pariter, quod eidem Cappellano Curato pro ejus stipendio traderentur *Rubra decem Frumenti per Societatem supradictam quotannis assignanda tempore Messis, & alia quinque, quæ annuatim subministrabuntur à Syndicis ad hunc effectum eligendis colligenda ex Familiis Rusticorum circumpositis, & eidem Ecclesiæ, ut supra, assignatis, prout hactenus factum est pro stipendio Cappellani non Curati Sanctæ Mariæ Magdalenæ, qui Syndici propterea teneantur Ecclesiam, & Ædes adnexas manutenere, & Oleum pro Lampade coram Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento diu, noctuque ardente subministrare sumptibus omnium Parochianorum.*

Demumque perpetuo assignavit *supradictæ Societati Sanctæ Mariæ Misericordiæ, ejusque Confratribus jus nominandi, & præsentandi tres Sacerdotes idoneos, quoties vacare contigerit, pro eadem Cura Animarum, examinandos deinde ab Examinatoribus Synodalibus, & unus ex approbatis à Nobis, &*

Successoribus Nostris eligatur, & instituatur in eadem Cura Animarum.

Quilibet in hisce erectionis litteris compræhensus onus sibi impositum agnovit; quoniam Confratres dicti Sodalitii tres nominarunt idoneos Sacerdotes, nimirum *Fornari*, *Pennesi*, *& Capparucci*, quorum alter, hoc est *Natalis Pennesi*, prævio examine, fuit in Cappellanum Curatum ab Archiepiscopo electus, & institutus die 24. supradicti mensis Januarii 1758., & cui Rubra decem Frumenti ab ipsis promissa quotannis tradiderunt: Incolæ verò Rubra quinque frumenti pro stipendio Cappellani Curati, nec non Oleum pro Lampade perpetua *coram Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento* juxta erectionis legem, factumque de utroque traditionis genere repartimentum inter Familias Cappellaniæ curatæ subjectas per plures annos subministrarunt, ut retulit Archiepiscopus pro Informatione requisitus.

Postremis temporibus Incolæ detrectarunt Oleum pro Lampade tradere Cappellano Curato, qui proinde ab hac Sacra Congregatione, citatis omnibus de jure citandis, definiendum proponit, utrum onera in erectionis Bulla præscripta, ut sunt præstatio tùm Rubrorum quinque frumenti, tùm Olei pro Lampade, prout etiam manutentio, & reædificatio fatiscentis Ecclesiæ, Domusque residentiæ Cappellani Curati, subire teneantur Incolæ, qui Sacramenta recipiunt, & qui dictis oneribus, excepta reædificatione Ecclesiæ, Ædiumque adnexorum, in præfato erectionis actu gravati fuerunt, vel Sodalitium S. Mariæ Misericordiæ, quod Patronatu, jureque nominandi, & præsentandi Cappellanum Curatum potitur, seu potius Ecclesia Matrix, quæ Decimas exigit ab Incolis Cappellaniæ curatæ subjectis.

Cappellanus quippe fundatam habet intentionem in Erectionis Bulla, ubi ad hæc onera ferenda Incolæ non immeritò gravati fuerunt, quia præstatio annuorum Rubrorum quinque Frumenti nec Decima est, nec fuit loco Decimarum præscripta, sed dumtaxat demandata pro *partiali stipendio* Cappellani Curati, eo ferme modo, quo ante Erectionem ab Incolis, & Agricolis Regionis Arellæ per Syndicos ab ipsis electos præstabatur pro stipendio Cappellani non Curati, ita ut in hypothesi considerari non possint termini Decimarum, & Redecimarum à Jure improbati, de quibus fuerat loquuta *Rota coram Buratt. decis. 575. num. primo, coram Crescent. decis. 368. num. 9., & in Recent. decis. 458. num. 6. part. 5.*

Rursus quemadmodum Incolæ Regionis *Arellæ* agnoverunt onus præstandi necessarium Oleum pro Lampade ante *Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum*, quod ipsis tamquam Sacramenta recipientibus in nova Ecclesia fuerat impositum

tum in Bulla Erectionis, dum Oleum per plures annos reapsè tradiderunt, ut retulit Firmanus Archiepiscopus in sua Informatione, ita Incolas ex eorum oneris agnitione, sive ex consuetudine Oleum etiam imposterum præstare debere firmavit *Barbosa de Officio*, *& potestate Parochi part.*2. *cap.*20. *num.*29., *&* 30., *& Bellett. Disquis. Clerical. part.*1. *de Clerico Debitore* §.13. *num.*8.

Quod verò pertinet ad manutentionem, sive reædificationem Ecclesiæ, Ædiumque illi adnexorum, quæ eodem jure definiuntur juxta Cap. *Boni Principis distinct.*96., & firmavit *Rota in Constantien. Reædificationis Ecclesiæ* 3. *Martii* 1758. §.7. *coram Reverendissimo P.D. Ratta Decano*, quidquid sit, an onus restaurandi *conscissam* Ecclesiam, eique Domum adnexam, vel eam *contritam* reficiendi pertineat ad Decimatores, ubi tamen nullus adsit Ecclesiæ Patronus, ut in terminis restaurationis est casus *Textus in cap.*4. *de Eccles. ædifican.*, *Rotæ decis.*7. *num.*8. *coram Crispo*, & in terminis Reædificationis loquitur *eadem Rota in Constantien. Reædificationis Ædium Parochialium* 21. *Iunii* 1773. §.3., *& in confirmatoria diei* 11. *Martii* 1774. *similiter* §. 3. *coram Eodem*.

Attamen ponderandum occurrit, in Erectionis Bulla nullos assignatos fuisse redditus pro Fabrica Ecclesiæ, illos verò pro stipendio Cappellani Curati præscriptos, atque in annuis Rubris quindecim frumenti consistentes adeo modicos esse, ut nedum oneribus eidem adjectis non correspondeant, sed vix sufficiant, ut retulit Archiepiscopus, ad congruam vitæ Cappellani sustentationem, unde cum nihil sit, quod ex redditibus assignatis Cappellano supersit, nihil pariter est per ipsum erogandum in restaurationem, & reædificationem Ecclesiæ, Ædiumque adnexorum, ne sine alimentis deservire cogatur *cap. Si Monachus, ibique Gloss. sub verb. Restaurandam Caus.*16. *quæst.*1., *Barbos. ad Concil. Trident. sess.*21. *cap.*7. *de Reformat. num.*6., *Bellett. Disquis. Cleric. part. prima de Clerico Debitore* §.14. *num. primo*, *& Pignattell. tom.*8. *consult.*60. *num.*7.

In quibus circumstantiis subintrare videtur sanctio Conciliaris *Sess.*21. *cap.*7. *de Reformat.* præscribens, Patronum primo loco teneri ad reparationem, & reædificationem Ecclesiæ, Ædiumque Parochialium, quia ipse fructus percipit consistentes in honorantiis, nominatione, & præsentatione Cappellani Curati ex traditis per *Barbos. loc.cit. num.*8., *Bellet. ubi supra num.*11., *Pignattell. d. consult.* 60. *num.*2., decrevitque nuperrime Sacra Congregatio in *Alatrina Reædificationis Cappellæ quoad I. Dubium*, proposita *die* 8., & resoluta *die* 29. *mensis Julii* 1775.: Patrono verò egestate laborante, teneri Parochianos, qui proinde remediis omnibus opportunis cogendi sunt, ad restaurandam, ac etiam reædificandam Ecclesiam, Ædesque Parochiales,

quia ipsi in eadem Ecclesia audiunt Divina, & Sacramenta recipiunt. Sic enim jussit, præcepitque DEUS OPTIMUS MAXIMUS, ut Populus contribueret ad ædificationem, ornatum, & necessaria Sanctuarii *Exod. cap. 25. 36., & 38.*, consonantque Doctores supra allegati, nimirum *Barbos. sub num. 13.*, *Bellet. sub num. 6., & 9., & Pignattell. num. 5.*

Hæc, & alia sunt in Libello ab unaquaque Parte circumferendo. Onus nunc erit EE. VV. quatuor, quæ sequuntur, definire Dubia.

I. *An, & ad quos ultra Rubra decem Frumenti præstanda a Societate S. Mariæ Misericordiæ spectet præstatio aliorum Rubrorum quinque Frumenti, Olei pro Lampade, nec non manutentio Ecclesiæ, ac Ædium pro Cappellano Curato SS. Angelorum Custodum in casu &c.*

II. *An, & quibus prædicta onera sint exigenda, & consignanda Cappellano Curato dictæ Ecclesiæ in casu &c.*

III. *An, & quatenus Habitatores, & Coloni Territorii S. Elpidii assignati dictæ Ecclesiæ SS. Angelorum Custodum teneantur subire onus dd. præstationum, & teneantur quoque persolvere Decimas Ecclesiæ Matrici in casu &c.*

IV. *An, & ad quos spectet reædificatio dictæ Ecclesiæ, & Ædium pro Cappellano Curato SS. Angelorum Custodum in casu &c.*

Sess. 24. cap. 1. de reform.

CALLIEN. MATRIMONII. Nicolaus Castracane Civitatis Calliensis detinens in famulatu Vincentiam Fabrini Civitatis S. Marini, eam sub jurata Matrimonii promissione, ac fide compressit, filiusque ex ipso conceptus est. Conscientiæ stimulis permotus Nicolaus fidem Vincentiæ datam implere satagens, curavit, ut celebratio Matrimonii fieret secretò, vel saltem, ut præambulæ Denunciationes dispensarentur, ne palam esset hujusmodi inæquale Matrimonium. Neutrum obtinere potuit Nicolaus, ita ut cum imminens esset Vincentiæ partus, idem Nicolaus hora circiter tertia noctis diei 15. Augusti anni 1775. una cum Sponsa aggressus est Vicarium Generalem Calliensem, flexisque genibus coram eo, & Testibus solemnia consensus, & Matrimonii verba protulit = *Siate Testimonii, che io intendo di sposare, e sposo per mia legitima Sposa questa* = hoc est Vincentiam, cujus brachium appræhenderat. Vicissim respondente Vincentia = *ed io intendo di sposarmi, e prendo per mio legitimo Sposo il Signor Nicolino.*

Qui-

Quibus ita sequutis, Vicarius Generalis rem illicò detulit ad Episcopum Calliensem, a quo postridie præcepta mutuæ cohabitationis prohibitoria fuerunt expedita, fueruntque relaxata mandata de capiendo. Nicolaus in pœnam sic contracti Matrimonii ad Arcem Pisauri traductus fuit; Vincentiæ verò proximæ partui loco custodiæ designata fuit ab Episcopo certa Domus, in qua filium peperit masculum, cui *Philippi* nomen in sacris regenerationis aquis impositum fuit, eaque postmodum una cum neonato filio penes honestas personas deposita fuit. Bonis autem Nicolai per Calliensem Antistitem datus fuit Æconomus, qui proprio arbitratu fructus recollectos, & semoventia vendidit, bona administrat, & Nicolaus, ut ipse dolens asserit, extrema premitur egestate.

Dum in Curia Ecclesiastica Calliensi super his omnibus conficiebatur Processus cum examine Testium, qui fuerant Matrimonio præsentes, censuit hæc Sacra Congregatio ad se Causam avocare, supplicantibus Nicolao, & Vincentia. Litteræ datæ sunt Episcopo pro confectione Processus, servata forma Benedictinæ Constitutionis incipientis = *Dei miseratione* =, citatis, & auditis omnibus interesse habentibus simul, & Defensore Matrimonii, illis competenti præfinito termino ad deducenda jura sua in Sacra Congregatione; Processu verò absoluto mandatum fuit eidem Episcopo, ut illum ad hanc Sacram Congregationem transmitteret, eamque super præmissis distinctè redderet instructam, animique sui sensum aperiret.

Pervento tandem aliquando Processu, deputatoque hic in Urbe Defensore Matrimonii, duo postulant Nicolaus, & Vincentia; primum, ut eorum Matrimonium validum declaretur; & alterum, ut Philippus ex Vincentia natus dicatur Nicolai filius legitimus, & naturalis.

Sustinent enim Nicolaus, & Vincentia, sustinetque simul Matrimonii Defensor, Sanctam Dei Ecclesiam ex justissimis causis Matrimonia clandestina semper fuisse quidem detestatam, ac prohibuisse, ea tamen numquam irrita fecisse, quin immo Sanctam Synodum *Sess.* 24. *cap.* 1. *de Reformat.* disertis verbis declaravisse, hujus generis Matrimonia, quæ libero Contrahentium consensu facta sunt, rata, & vera esse Matrimonia, adjecta negantibus anathematis pœna, quemadmodum ad eamdem Conciliarem sanctionem tradit *Barbosa in Concil. Trident. per tot.*, ubi præsertim *num.* 28. firmatur, Denunciationes non esse de substantia, aut forma, earumque omissione Matrimonia minimè irritari. Ut enim Matrimonium fiat validum, satis est, quod coram Parocho, Testibusque reciprocus accedat Contrahentium assensus per verba de præsenti prolatus, utcumque Parochus dissentiat, vel aufugiat *Gallemart. in addit. ad Sac. Concilium sess.* 24. *cap.* 1. *de Reformat. vers. Congregatio*

Con-

Concilii, *Sanch. de Matrimon. lib.3. disput.39. num.9.*, *Guttierez eodem tract. cap.69. num.3.*, ubi in fine refertur ad litteram declaratio hujus Sacræ Congregationis edita *de anno* 1582., quæ normam præbuit quamplurimis successivis pro validitate Matrimonii resolutionibus, ut præsertim videre est in *Cæsenaten., seu Foroliviens. Matrimonii* 20. *Februarii* 1723., *in Firmana Matrimonii* 24. *Aprilis ejusdem anni*, *in Neritonen. Matrimonii proposita die* 24. *Maii*, & *resoluta die* 14. *Junii* 1738., *in Nicien. Matrimonii* 13. *Februarii* 1751., & *in Cosentina*, *seu Bisinianen. Matrimonii* 15 *Aprilis* 1752.

Sustinentque pariter, validum esse Matrimonium coram Vicario Generali celebratum, quia Vicarius Generalis æque ac Contrahentium Parochus ex proprio officio, & facultate potest absque speciali Episcopi commissione Matrimoniorum celebrationi interesse, ac etiam simplici Sacerdoti licentiam illis assistendi concedere, juxta communem sententiam, quam tuentur adducti per *Sanchez de Matrimon. lib.3. disput.29. num.18. & 19.*, *Monacell. in Form. Legal. tit.16. form.2. num.34. tom.2.*, *Ursay. tom.1. part.2. discept. Eccles.2. num.156.*, & constat tum ex Rescripto Sacræ Congregationis *in quadam Causa Matrimoniali* edito sub die 4. Julii 1602. in hæc verba = *Sacra Congregatio censuit, coram Vicario Episcopi Matrimonium contrahi posse perinde ac coram Parocho* = ut in *lib.10. Decret. pag.36.*, tum etiam ex illius Resolutionibus, ut in *Taurinen. Matrimonii* 26. *Septembris* 1697. *lib.4. Decretor. pag.* 454., & *seq.*, *in Pistorien. Matrimonii proposita die* 1., & *resoluta die* 22. *mensis Aprilis* 1719., & *in Segnen. Matrimonii die* 17. *Novemb.* 1736.

Hæc non inficiantur ab Episcopo in sua Informatione, & voto ad hanc Sacram Congregationem transmisso: Credit tamen, validitati Matrimonii adversari verba immediatè ante a Vicario Generali prolata, nimirum non aliter, nisi præmissis ab Ecclesia præscriptis Denunciationibus publicis Matrimonium celebrandum, ex quo considerat, Matrimonium post illa verba immediatè contractum præseferre spretum apertissimum tum Ecclesiæ, tum Episcopi, ideoque concludit, quod *in his terminis Denunciationes plusquam culpabiliter fuerunt omissæ, hinc Matrimonium invalidum videtur, & irritum*.

Huic sententiæ Episcopi satisfecit Defensor Matrimonii. Siquidem ex hoc ipso, quod Denunciationes propria auctoritate, & culpabiliter, cæteris tamen servatis solemnibus, omissæ fuerunt, Matrimonium dicitur illicitum, & clandestinum, largo tamen modo sumptum, quod pœnis quidem præscriptis Matrimoniis clandestinis, nunquam autem invaliditati subjicitur, teste *Barbos. ad Concilium Trident. sess. 24. cap. 1. de Reformat. num.28.*, & 32., & *de Offic.*, & *potest. Episc. part. 2. alleg. 32. num. 8.*, *Guttier. de Ma-*

Matrimon. cap. 55. *num.* 5., *& cap.* 56. *sub num.* 3. At verò perpendendum est, quisnam fuerit in majori culpa versatus, an scilicet qui Denunciationes contempsit, seu potius qui denegavit illarum dispensationem, quam, justis concurrentibus causis, ut sunt illæ inæqualitatis Personarum, & Fæminæ jam compressæ, & prægnantis, nec non Consanguineorum Adversatio, admittere omnino tenebatur *Barbosa ad Concil. Trident. loc. cit. num.* 63., 67., *&* 70., *& de Offic.*, *& potest. Episcopi loc. cit. num.* 41., 43., *&* 46. Cæterum non desunt Doctores relati *a Barbosa locis supra citatis*, nimirum *ad Concil. Trident. num.* 71., *& de Offic.*, *& potest. Episc. num.* 51. affirmantes, Ordinarium, justa concurrente dispensandi causa, teneri sub pæna peccati mortalis ad petitionem Partis Denunciationes dispensare, maxime si scandalum sequeretur, vel esset suspicio malitiosi impedimenti.

Posita validitate Matrimonii, urget Nicolaus, ut suus filius legitimus, & naturalis declaretur Philippus nuperrime natus a Vincentia Sponsa sua, quoties ille venerat in lucem mense post initum Matrimonium juxta litteralem *Textum in Leg. Cum quis §.* 1. *Cod. de Natur. liber.*, *& Rot. decis.* 16. *num.* 1., *& decis.* 201. *num.* 1. *& seqq. part.* 5. *recent.*, non attenta illius conceptione tempore Concubinatus cum Vincentia, quoniam si ante Matrimonium Filii progeniti, natique per subsequens Matrimonium legitimi fiunt ad aureum *Text. in Cap Tanta est Qui filii sint legit.*, ibique *Gloss. in verb. Legitimi*, quanto potiori jure Philippus, utpote natus in constantia Matrimonii, dicendus est filius legitimus, & naturalis Nicolai, qui illum in suum filium recognoscit.

Quæ relata sunt, proponuntur a Conjugibus Castracane, & a Defensore Matrimonii. Superest modò, ut EE. VV. decernant

I. *An constet de nullitate Matrimonii in casu &c.*

II. *An Philippus censeri debeat filius legitimus, & naturalis Nicolai in casu &c.*

LEODIEN. JUBILATIONIS. Philippus Von-Thenen Canonicus Decanus Collegiatæ Ecclesiæ Divi Adalberti sitæ in Civitate Aquisgrani Diæcesis Leodiensis onus habens Animarum Curæ in Canonicos, aliosque addictos Ecclesiæ servitio, post exactum quadragenarium tempus servitii præstiti dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, vacationem à Choro, seu ut vocant *Jubilationem*, quam Capitulum ei negaverat utcumque petitam sub hac declaratione, quod = *omnibus, & singulis Functionibus Decanalibus Ecclesiam, &* *Sess.* 24. *cap.* 12. *de Reform.*

Ca-

Capitulum, ipsiusque Negocia concernentibus more solito, & vigore juramenti præstiti adamussim satisfacere non desinam =, eadem repetita declaratione postulavit huic Sacræ Congragationi cum integra fructuum, & quotidianarum distributionum perceptione.

Preces transmissæ fuerunt Nuncio Apostolico Coloniæ *pro Informatione, & Voto, audito Capitulo*. Habetur enim ex Informatione Nuncii Apostolici, Capitulum componi quatuordecim Canonicis, quatuor supranumerariis, septem Vicariis, & Custode, qui Ecclesiæ inserviunt, & Choro præstant servitium, simulque Capitulum fateri, Canonicum Decanum Von-Thenen spatio annorum quadraginta continuum, & laudabile servitium Ecclesiæ præstitisse, negare tamen petitæ Jubilationis concessionem ex tribus; *primo* quia ob defectum Ministrorum inservientium Choro Divinum Officium detrimentum pateretur; *secundo* quia præsentia in Choro Canonici Decani necessaria est, cum ad eum pertineat curare, ut nedum Officium Divinum rite, & decenter ab omnibus absolvatur, sed etiam paternè monere tum negligentes, tum contravenientes, eosque, quatenus opus esset, ad Capitulum deferre: Ac *tertio* demum quia licèt esset concedendum postulatum Indultum vacandi à Choro, attamen Canonicus Decanus Orator de Distributionum parte, quæ Interessentibus accrescit, participare deberet eo tantum casu, quo Choro interesset, ob eam rationem, quia cum alii Canonici numquam gaudere possent de illius absentiis, ita nec ipse aliorum absentijs frui deberet.

Hisce tamen non obstantibus Nuncius Apostolicus in Voto fuit, *ut Oratori tribuatur Indultum vacandi à Choro, firma remanente obligatione tam residendi in loco, quia Decanus curam exercet Animarum in Canonicos, aliosque Ecclesiæ servitio addictos, tam etiam de more peragendi omnes Functiones Decanales Ecclesiam, & Capitulum concernentes*. Qua de re necesse fuit proponere Dubium inferius exprimendum, definiendumque sapienti EE. VV. judicio.

Urget Canonicus Decanus, cui à Capitulo non impugnatur ejus Ecclesiæ servitium continuum, & laudabile spatio quadraginta annorum, ut ex universali consuetudine sibi ætate gravi, morboque laboranti largiatur Indultum vacandi à Choro juxta constantissimam Sacræ Congregationis sententiam, de qua testantur plurimæ illius Resolutiones, & præsertim in Causa *S. Angeli in Vado* 15. *Aprilis* 1690. *lib.* 4. *Decr. pag.* 255., *in Patavina Jubilationis* 9. *Junii* 1714. *lib.* 64. *Decr. pag.* 217., *in Aversana* 20. *Martii* 1720., *in Calaguritana Jubilationis ad secundum Dubium* 2. *Maii* 1733., *in Civitatis Castellanæ* 29. *Novembris* 1766., & in terminis Præpositi curam Animarum exercentis *in Lau-*

Lauretana Jubilationis proposita diebus 11. Julii 1774., & 16. Septembris 1775., & resoluta die 2. Decembris ejusdem anni 1775.

Idque licèt nullum afferri possit exemplum, quod hujusmodi Indultum fuerit à Sacra Congregatione concessum alicui ex Canonicis dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, quia eo ipso modo, quo prædecessores Canonici quatenus muniti necessariis requisitis sese abstinuerunt à petenda Jubilatione, poterant pro eadem instare, proindeque illorum abstinentia traduci non potest ad prohibitionem petendi Jubilationem, cum ejus materia mere sit facultativa, quemadmodum etiam fuit pro prima vice concessum Jubilationis Indultum Canonico Ecclesiæ Cathedralis Feltrensis, veluti monstrat Resolutio Sacræ Congregationis edita *in Causa Feltren. Jubilationis 11. Januarii* 1721.

Similiter urget Canonicus Decanus Orator, ut declaretur, ipsum vigore hujus Jubilationis Indulti nedum integros percipere posse suæ Præbendæ fructus, sed etiam lucri facere debere quotidianas Distributiones, fallentias, cæteraque emolumenta, quæ ab Interessentibus lucrantur, & eos inter distribuuntur, perinde ac si ipse præsens esset in Choro ad communiter firmata *per san. mem. Benedictum XIV. de Synodo Diœcesana lib. 3. cap. 4. §. 6., & lib. 13. cap. 9. §. 15.*, & prius tradiderunt *Pignattell. tom. 3. consult. 19., Monacell. tom. 2. tit. 13. for. 2. num. 76., Scarfanton. ad Ceccoper. lib. 2. tit. 6. num. 17., & tit. 11. num. 26. & seq.*, & consonant Rescripta Sacræ Congregationis edita *in Aquilana Servitii 27. Septembris 1659. lib. 21. Decr. pag. 772. ad II. Dubium, in Romana Jubilationis 29. Januarii, & 5. Martii 1678. lib. 30. Decr. pag. 16., & 36., in Perusina 17. Julii 1688. lib. 38. Decr. pag. 326.*, & nuperrime *in Lauretana Jubilationis 2. Decembris 1775. quoad II. Dubium* in hæc verba conceptum = *An Præpositus Bartolini vigore Indulti Jubilationis, si Choro non intersit, participare debeat de punctaturis, seu fallentiis in casu &c.* = responsum fuit = *Affirmative & amplius*.

Subditque Canonicus Decanus, non obstare ea, quæ contra obtinendum Indultum excepit Capitulum, quæque fuerunt à Nuncio Apostolico relata in ejus Informatione: Non *primum* exceptionis caput consistens in detrimento Divini cultus, quia illud incassum proponitur à Capitulo, in quo, dempto Canonico Decano, alii supersunt tresdecim Canonici, quatuor Supranumerarii, septem Vicarii, & Custos, qui Ecclesiæ inserviunt, & Divinis Officiis intersunt. Non *secundum* sistens in necessaria in Choro præsentia Canonici Decani, quia huic exceptioni satis respondit Nuncius Apostolicus his verbis = *Decani verò præsentia in Choro necessaria non videtur, quia ad Punctatorem pertinet adnotare de die in diem absentes à Choro, eosque, quate-*

aus opus, ad Capitulum deferre, & quilibet Canonicus propria conscientia adstringitur ad deferendum Decano absenti defectus in Officio Divino occurrentes, ad effectum, ut ab eo corrigi possint.

Demumque non *tertium* caput exceptionis, quod versatur circa participationem de quotidianis Distributionibus, quas omnes percipere debere contendit Canonicus Decanus. Atque hinc animadvertendum est, geminas esse Distributionum species, in quarum prima numerantur fallentiæ, Anniversaria fixa, aliaque hujus generis emolumenta, quæ inter præsentes partiuntur, & super quibus peculiariter non fuit à Testatoribus, sive ab Ecclesiæ Statuto dispositum. In altera verò Distributionum specie comprehenduntur Funeralia, & Anniversaria incerta, & extraordinaria, aliæque manuales obventiones, quæ ex Testatorum mente, consuetudine, aut ex peculiari Ecclesiæ Statuto inter Canonicos dumtaxat Choro inservientes distribuuntur. Primam enim distributionum speciem deberi Canonico absenti, & Jubilationis Indulto munito docent *Resolutiones Sacræ Congregationis supra relatæ*.

Non item quoad secundam distributionum speciem, ubi nimirum diversimodè fuerit à Testatoribus, vel ab aliqua Capitulari dispositione præscriptum, ut præsto sunt aliæ ejusdem Sacræ Congregationis Resolutiones utramque Distributionum speciem amplectentes *in Novarien. Jubilationis 29. Novembris 1681. lib. 32. Decr. pag. 44., in Lunen. Sarzanen. Jubilationis 30. Septembris 1684., in Reatina Distributionum 19. Aprilis 1692. ut in lib. 42. Decr. pag. 117., in Mantuana Distributionum 31. Julii 1694., ut in lib. 44. Decr. pag. 357., in Aquipendien. Iubilationis ad III. Dubium 28. Martii 1697., ut in lib. 47. Decr. pag. 85., & 111., & in Romana Jubilationis 24. Martii 1703. lib. 53. Dec. pag. 74., & 113.*

A Canonico Decano jura circumferuntur. A Capitulo nihil habuimus. Grave igitur non erit EE. PP. decernere.

An, & quomodo sit concedendum Indultum Iubilationis in casu &c.

Seff. 24. cap. 12. de Reform.

HORTANA STIPENDII, ET LIBERATIONIS A MOLESTIIS. Causa hæc sub duobus Dubiis inferius adnotandis descripta fuit in Folio distributo pro Congregatione *diei 29. Julii superioris anni* 1775., sed ea die propter aliarum Caussarum copiam proponi nequivit. Cum autem posita iterato fuerit in folio subsequentis Congrega-

gationis habitæ *die* 19. *Augusti*, placuit EE. VV. illius resolutionem differre, prodito Rescripto = *Dilata*, *& ad mentem*; *Mens est*, *ut doceatur*, *quid*, *& in qua summa receptum fuerit a Paroco Raganoni*, *& utrum applicaverit Missam pro Populo Parochiæ S. Mariæ Lauretanæ Balneoli* =

Utrique oneri satisfecisse propugnat Parochus Raganoni. Is enim exhibitis Notario Codicibus exactionis Decimarum, probat, non aliam in eis descriptam reperiri Decimarum exactionem factam in Castro Balneoli, nisi parvam Frumenti mensuram, quæ Rubro minor est, & cujus valor non excedit summam scutorum quatuor, prorsus imparem stipendio, quod Parochus pro Animarum curæ exercitio promeretur. Rursus fatetur, se pluries postulavisse Decimarum solutionem, eamque ab Incolis dicti Castri præ inopia laborantibus obtinere nequivisse.

Quod verò pertinet ad applicationem Missæ pro Populo, docet Parochus ex adnotationibus per Notarium extractis e Libris Sacrarii Ecclesiæ SS. Josephi, & Marci extra mœnia Civitatis Hortanæ, ipsum singulis diebus festis Sacrosanctum Missæ Sacrificium in dicta Ecclesia celebrasse, & applicasse quoque pro Populo Castri Balneoli ipsius curæ subjecto, ut idem solemni præstito juramento testatus fuit. Siquidem ex Codicibus Sacristiæ plenè probari Missarum celebrationem docet *Ursay. Compend. Privileg. Rev. Fabric. num.* 121., *& Constant. Vot. decis.*34. *tom.*1. *num.*3. *& seqq.*, & illarum applicationem etiam pro Populo Castri Balneoli factam, utpotè a voluntate, & ab actu interno Celebrantis dependentem, probatam esse ejusdem Parochi juramento firmat *Pignattell. Canon. Consult.* 215. *num.*1. *& seqq. tom.* 4.

Præterea quamvis Missam pro Populo Parochiæ S. Mariæ Lauretanæ Balneoli Parochus non applicasset, contendit tamen sibi debitum esse stipendium, quod postulat loco Decimarum, quas vel non percepit, vel ob Parochianorum egestatem percipere nequivit, quia obligatio ad celebrandum, & obligatio ad applicandum diversæ sunt, & stipendium Parocho debetur non præcisè, ut Sacrum celebret ad intentionem Populi, sed potius ratione sui Pastoralis officii ex traditis per *Barbosam de Offic.*, *& potestat. Paroch. part.*1. *cap.* 11. *num.* 10., *& Rot. coram Tanar. decis.* 133. *num.* 14.

Quibus perpensis, rogantur Eminentissimi PP. resumpto Folio dictæ Congregationis *die* 29. *Julii* 1775. definire

I. *An constet de nullitate Matrimonii in casu &c.*

II. *An Philippus censeri debeat filius legitimus*, *& naturalis Nicolai in casu &c.*

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

INTERAMNEN. Petrus Antonius Mazzitelli Interamnensis in suo ultimo, cum quo decessit, elogio publicato die 1. Augusti 1716. ita dixit, quod cum ipse nonnullis retro annis assignavisset Sacerdoti Francisco Mauri in titulum Patrimonii Sacri = *Due pezzi di Oliveti uno in vocabolo Tescino, e l'altro in vocabolo la Piaggia di Valle per la celebrazione di due Messe la settimana per l'Anima de' Defonti, e che moriranno di questa Casa* = , proindeque jussit, ut Valentinus Mazzitelli ejus filius, ac hæres institutus = *Accresca un altro pezzo di Terra a quest'Opera pia, acciò siano quattro Messe la settimana per suffragio, come sopra, comprendendoci l'Anima della bon. mem. Signora Agata già mia Consorte.*

Paternum præceptum implevit Valentinus filius, dum in illius executionem die 9. Februarii 1720. in Patrimonium Sacrum Clerici Valentini de Angelis, ut ad Sacros Ordines promoveri posset, assignavit duo Terrarum petia arativa, alterum in vocabulo *Capo di Croce*, & alterum in vocabulo *la Selva* situm prope Flumen Naris, onere adjecto, quod idem Clericus statim ac esset Sacerdotali caractere insignitus, teneretur in singulis hebdomadis gemina celebrare Sacra juxta mentem supradicti Petri Antonii Mazzitelli.

Donec vixit præfatus Valentinus de Angelis, ac donec post ejus obitum in humanis fuit Canonicus Carolus Mazzitelli, qui postremum pium Opus possidebat, adamussim Sacra celebrata fuerunt; eo verò defuncto sub die 20. Junii 1774., institutis Hæredibus Dominico Pecoli olim Massarucci, ejusque Fratribus Capitaneo Carolo, & Francisco de Massaruccis, prætermissa fuit Missarum celebratio, quia unum ex dictis assignatis Prædiis, illud scilicet in vocabulo *la Selva* fuerat erosum a conterminо Flumine Naris, & alterum in vocabulo *Capo di Croce* prorsus incultum reperiebatur, ideoque nullus inventus fuit, nec invenitur Sacerdos, qui hoc accepto superextante Prædio *Capo di Croce*, adimplere velit celebrationem duarum Missarum in qualibet hebdomada.

Quibus sic stantibus, antedicti Fratres de Massaruccis preces porrexerunt huic Sacræ Congregationi pro obtinenda suspensione celebrationis dictarum geminarum Missarum, donec cum fructibus recolligendis ex dicto Prædio *Capo di Croce*, quod iidem Fratres propriis sumptibus ad culturam redigere sese offerunt, sint de hujusmodi expensis integraliter satisfacti, deindeque, ut reducantur Missæ juxta redditus annualiter percipiendos ab eodem Prædio ad culturam redacto, & ad rationem Eleemosynæ manualis.

Auditus de more fuit Episcopus Interamnensis, qui in sua Informatione ad Sacram Congregationem transmissa confir-

firmavit ea omnia, quæ in precibus narrata fuerunt, & quæ postulata sunt a Fratribus de Massaruccis, subdit tamen, redditus Prædii *Capo di Croce* non excedere annua scuta quatuor.

Regula juris est, quod si Bonorum assignatio pro implemento Legati pii facta fuit ante præscriptum Missarum onus, tunc ea dicitur *taxativè* relicta, ex traditis per *Rotam in Romana Supplementi, & Applicationis* 11. *Junii* 1731. §. *Tunc coram bon. mem. Card. Aldrovando, & in Romana Salviani* 16. *Februarii* 1753. §. 5. *coram clar. mem. Card. Molino*. Si verò Legatum incipit ab onere, & post illud sequitur designatio Fundi, vel quantitatis pro illius implemento, & eo casu dicitur *demonstrativè* facta Bonorum assignatio *Rot. cor. Ansaldo decis.* 795. *num.* 7., *& in Urbevetana Legati* 3. *Decembr.* 1753. §. 6. *cor. cl. me. Card. Bussio*.

Hujus distinctionis est effectus, quod si Bona *taxativè* assignata in parte perierint, vel eorum redditus imminuantur, tunc onus proportionabiliter est minuendum, nec hæres cogi potest ad supplendum, quod deest *L. Si quis de Legat.* 2., secus verò si Bona fuerint *demonstrativè* assignata *L. Quidam ff. de Legat.* 2., *Felin. in cap. Super Litteris de Rescript.*, *Fargn. de Jurepatr. par.* 2. *cas.* 20. *num.* 27., *Cyriac. controv.* 336., & *Card. de Luc. de fideicom. disc.* 167. *num.* 11.

Porrò in subjecto casu nulla ambiguitas, quin Testatores Mazzitelli, quorum sunt mediati hæredes Fratres de Massaruccis, in instituendo pio Opere incœperint a Bonorum assignatione, deindeque onus adjecerint celebrationis duarum Missarum per singulas hebdomadas, & sic res sit de assignatione Bonorum *taxativè* facta nequaquam gravante hæredes ad supplendum. Vis autem stat, utrum ex deperitione unius, & ex decremento alterius ex assignatis Prædiis locus esse possit reductioni oneris, ut jura præscribunt, seu potius ejusdem oneris suspensioni ab Oratoribus postulatæ, donec ad culturam redigatur unicum, quod superest, Prædium in vocabulo *Capo di Croce*.

Præcipit enim Sancta Synodus *Sess.* 25. *cap.* 4. *de Reform.*, ut quò plenius, & utilius potest, custodiantur ea, quæ ad pios usus relicta sunt. Siquidem cum redditibus annuorum scutorum quatuor, quot modò reddit Prædium *Capo di Croce*, impleri certè nequit voluntas pii Testatoris bina celebrandi Sacra in qualibet hebdomada. Attamen ex meliorамentis a Fratribus de Massaruccis faciendis in dicto Prædio sperari potest, ut Opus pium conservetur, illiusque redditus redintegrentur, itaut sufficiant pro præscriptarum Missarum oneris implemento. An autem utilior sit Operi pio Missarum *postulanda* reductio ad rationem hodierni redditus Prædii *Capo di Croce*, seu potius *postulata* Missarum *temporanea* suspensio, donec scilicet Oratores fue-

nuerint de erogandis expensis reintegrati, ut tunc major, si non integra habeatur Missarum celebratio, ponderandum erit ab Eminentiis Vestris, simul & definiendum

An, & quomodo sit locus suspensioni Missarum, de quibus agitur, in casu &c.

Die Sabbathi 7. Septembris 1776. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

CAusæ, quæ sequuntur, cum in proxime præterita Congregatione diei 17. nuper elapsi mensis Augusti decisæ minimè fuerint, dignabuntur EE. VV. dictæ Congregationis Folium reassumere, & sequentibus Dubiis respondere.

FIRMANA. Cujus quatuor sunt Dubia.

I. *An, & ad quos ultra Rubra decem Frumenti præstanda a Societate S. Mariæ Misericordiæ spectet præstatio aliorum Rubrorum quinque Frumenti, Olei pro Lampade, nec non manutentio Ecclesiæ, ac Ædium pro Cappellano Curato SS. Angelorum Custodum in casu &c.* *Sess. 21. cap. 4. & 7. de Reform.*

II. *An, & a quibus prædicta onera sint exigenda, & consignanda Cappellano Curato dictæ Ecclesiæ in casu &c.*

III. *An, & quatenus Habitatores, & Coloni Territorii S. Elpidii assignati dictæ Ecclesiæ SS. Angelorum Custodum teneantur subire onus dd. præstationum, & teneantur quoque persolvere Decimas Ecclesiæ Matrici in casu &c.*

IV. *An, & ad quos spectet reædificatio dictæ Ecclesiæ, & Ædium pro Cappellano Curato SS. Angelorum Custodum in casu &c.*

Ad I. Præstationem Rubrorum quinque, & Olei pro Lampade spectare ad Parochianos Arellæ; Manutentionem verò Ecclesiæ, & Ædium Parochialium spectare ad Collegiatam S. Elpidii.

Ad II. Frumentum, & Oleum esse exigendum a Sindicis dicti Loci Arellæ ad formam repartimenti approbandi ab Emo Archiepiscopo, & amplius.

Ad III. Affirmative ad formam resolutionis primi Dubii.

Ad IV. Spectare ad Capitulum S. Elpidii.

Sess. 24. cap. 1. de Reform.

CALLIEN. MATRIMONII. In qua gemina Dubia proponuntur.

I. *An constet de nullitate Matrimonii in casu &c.*

II. *An Philippus censeri debeat filius legitimus, & naturalis Nicolai in casu &c.*

Ad I. Negativè, & ad mentem, & ad D. Secretarium cum SSmo quoad Multam.

Ad II. Non proposita, & Partes utantur Jure suo coram Judice competenti.

Sess. 24. cap. 12. de Reform.

LEODIEN. JUBILATIONIS. In qua respondendum est.

An, & quomodo sit concedendum Indultum Jubilationis in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo.

Sess. 24. cap. 18. de Reform.

HORTANA STIPENDII, ET LIBERATIONIS A MOLESTIIS. In qua gemina, quæ sequuntur, Dubia definienda sunt.

I. *An, & a quo tempore, & in qua summa debeatur stipendium in casu &c.*

II. *An sit locus liberationi a molestiis in casu &c.*

Ad I. Pro annuis sc. 18. deberi a die deputationis, pro majori verò summa iterum proponatur.

Ad II. Affirmativè, & amplius.

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

INTERAMNEN. In qua disputatur.

An, & quomodo sit locus suspensioni Missarum, de quibus agitur, in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

CI-

CIVITATIS CASTELLANÆ EMPHYTEUSIS. In Diœcesi Civitatis Castellanæ gemina sunt Oppida *Stabiæ*, & *Calcatæ*, in quorum respectivè Territoriis Mensa Episcopalis plura possidet Bona plurimis oneribus subjecta, & præsertim binas manutenendi Ecclesias, unam scilicet sub invocatione S. Augustini, & alteram, quæ ruralis est, sub titulo S. Blasii, nec non manutenendi Ludimagistrum in Oppido Stabiæ, ac demùm celebrationis nonnullarum Missarum juxta pia Testatorum Legata. Hæc Bona locari semper consueverunt, modoque in locationem, & conductionem detinentur à Francisco Agneni pro annuo affictu scutorum 130., ex quibus, demptis oneribus, vix à Mensa Episcopali percipiuntur annua scuta nonaginta.

Sess. 25. cap. 11. de Reform.

Utilius autem sibi putavit Episcopus hæc Bona concedere in Emphyteusim perpetuam. Huic faciendæ concessioni assensum præstitit Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Civitatis Castellanæ. Ad alliciendos Oblatores de mandato Sacræ Congregationis sub die [illegible]. Maii 1775. affixa fuerunt Edicta cum lege quod = *Chi voglia applicarvi debba nel termine di giorni quindici comparire in Cancellaria Vescovile di detta Città di Civita Castellana, e dare la sua offerta, poiche, passato detto termine, si concederanno nelle forme solite à favore del maggiore Oblatore.*

Intra tempus in Edictis præfinitum solus comparuit Julianus Bernardini, obtulitque Canonem annuorum scutorum 140. sine tamen onere manutentionis dictarum Ecclesiarum, Ludimagistri, & celebrationis præfatarum Missarum. Hanc oblationem approbavit Episcopus, approbavitque Sacra Congregatio, dum illius executionem sub die 17. Junii 1775. ablegavit ad eumdem Episcopum, edito Rescripto = *Pro gratia arbitrio Episcopi per Bullas* = Nondùm autem expeditis Litteris Apostolicis pro emphyteutici Contractus stipulatione cum supradicto Bernardino, comparuit Franciscus Agneni Bonorum Conductor sub nomine Antonii Bertanzi, obtulitque sub die 16 Decembris 1775. pro Emphyteusi Canonem auctum usque ad annuam summam scutorum 145.

Auditus Episcopus censuit, emphyteuticum Contractum esse pro Mensa Episcopali tutiorem cum Juliano Bernardini celebrandum, ideoque oblationem utcumque majorem à Francisco Agneni datam esse posthabendam tamquam pro Mensa Episcopali periculi plenam, subditque posteriori ejus Epistola ad hanc Sacram Congregationem transmissa sub datum *diei* 28. *Februarii proxime præteriti* hæc verba = *At idem Bernardini in hac pertinaci Æmuli sui contradictione ad omne pejus, & ad hujusce modi vexationem evitandam se mihi obtulit promptum, & paratum eamdem summam scutorum Centum quadraginta quinque pro sæpedicta Emphy-*

teusi exhibere, & præstare, quotiescumque ita visum fuerit huic Sacræ Congregationi.

Res igitur in oblationum paritate versatur. Videtur enim, esse in hoc casu jus, & conditionem utriusque Oblatoris examinandam. Ad jus quippe quod attinet, ponderandum est, Franciscum Agneni jure Conductionis jam actu detinere Bona in Emphyteusim concedenda, eumque propterea in pari oblatione cæteris præferri ex speciali æquitate debere sancivit *Textus in Leg. Congruit Cod. de Locat. Prædior. Civil.* ibi = *Congruit æquitati, ut veteres Possessores Fundorum publicorum novis Conductoribus præferantur, si facta Nobis per alios augumenta suscipiant* = Et *Leg. Prædia in fin. vers. Si verò Cod. Eodem*, firmatque *Caroc. de Locat., & Conduct part.3. ad materiam Leg. ne cui Cod. locat. quæst. 3. num.* 4.

E contra verò Julianum Bernardini *tria* pro se numerare in jure civili constantissimè firmata. *Primum* quod Franciscus Agneni nihil egerit, quoties licitationem suam exhibuerit, vel produxerit extra tempus in Edictis, sive in Programmate præfinitum ex traditis per *Mangil. de Subhast.quæst.* 24.*num.*15., *Posth.eod. tract. inspect.* 35. *num.*44., & *Rot. in Romana Afflictus* 14. *Maii* 1770. *§.* 8. *cor. bo. mem. Riccio*. *Secundum*, quod Edicta fuerunt obligatoria, cum fuerit ad licitandum in eis expressus terminus quindecim dierum, quo elapso, Bona = *si concederanno nelle forme solite à favore del maggior Oblatore* =, cujus est effectus, ut elapso tempore præstituto, nullus alius, nisi invita lege, publicaque læsa fide, ad licitandum possit admitti *Posth. de Subhast. inspect.* 34. *num.*46., *Mangil. eodem tract. quæst.*11. *num.* 1., & 6. *Rota in Auximana Deliberationis* 25. *Junii* 1745. *§.*8. *coram clar. mem. Card. Millino*, factaque distinctione inter promissionem *obligatoriam*, & *arbitrariam* in Edictis contentam, appositè firmavit eadem *Rota in d. Romana Afflictus* 14 *Maii* 1770. *§.* 5. *cor. bo.mem. Riccio*.

Ea præsertim adstipulante ratione, quia propter promissionem in Edictis à Domino factam concedendi Bona majori oblatori, elapso licitationis tempore, Contractus dicitur perfectus quamlibet reiiciens posteriorem oblationem, etiàmsì nullum fuerit stipulatum concessionis Instrumentum, quod ad illius dumtaxàt probationem requiritur teste *Card. de Luc. de Regal. disc.* 81. *num.* 2., *Salgad. Laberiin. Credit. part.*2. *cap.* 2. *num.* 4.; *Posth. dicta inspect.* 35. *num.*47., & *Rota in Imolen. Prælationis* 5. *Februarii* 1751. §.5. *cor. cl. mem. Card. Matthæjo*, diciturque jus quæsitum illi, qui solus obtulit, vel in plurium concursu plus obtulit *Posth. dicta inspect.* 34. *num.*33. *cum plurib. seqq.*, & *inspect.* 35. *num.*19., & *seqq.*, *Mangil. dicta quæst.* 11. *num.*2, *Nigr. de Subhast. cap* 7. §. 7. *num.*1., & *seqq.*, & *Novar. quæst. forens.* 63. *num.* 4., & *seqq. part.*1., adeo ut hujusmodi

jure

jure qui plus obtulit cogere possit Locatorem, vel Venditorem ad sibi locandum, seu vendendum juxta legem, sive promissionem in Edictis expressam, à qua non est recedendum *Posth. cit. inspect. 34. num. 4., & seqq., & inspect. 35. num. 38., Mangil. de Subhast. quæst. 33. num. 5., Rota dec. 376. num. 1. part. 4. tom. 1. rec., & in Perusina Deliberationis* 27. *Aprilis* 1750. §. 2. *cor. Emo Elephantutio*.

Ac *Tertium*, quod licèt esset admittenda major oblatio Francisci Agneni, nihilotamen minus cum idem Julianus Bernardini prior, & unicus fuerit oblator, suamque oblationem tempore habili penes acta produxerit, cumque ipse majorem oblationem Agneni exæquaverit, veluti testatur Episcopus in dicta ejus Informatione *diei* 28. *nuper elapsi mensis Februarii*, ratio, & æquitas numquam patitur, eumdem Julianum non esse in emphyteutica Concessione Agneno præferendum contra ea, quæ ad rem tradiderunt *Card. de Luc. de Locat., & Conduct. disc.* 44. *num.* 4. *Albit. de Inconst. in Judic. quæst.* 43. *num.* 74, *& Rota in Pisauren., seu Anconitana Bonorum super Prælatione* 22. *Junii* 1742. §. 3., *& 4. cor. bo. mem. Vicecomite*.

Quod verò pertinet ad alterutrius Oblatoris conditionem unice spectandam, cum in subjecta materia melior oblatio, rectumque judicium præligendi alterum ex oblatoribus non tantùm pendeat à majoris Canonis oblatione, quantùm à Personarum conditione, moribus, ac divitiis ad *Text. in Leg.* 4. §. *Melior. autem ff. de in diem addict., Posth. de Subhast. inspect.* 35. *num.* 138., *Nigr. eod. tract. cap.* 7. §. 1. *num.* 27., *& seqq., Rot. in Romana Affictus* 22. *Junii* 1761. §. 13. *coram Illmo Herreros, & in alia Romana Affictus* 14. *Maii* 1770. §. 9. *coram bo. mem. Riccio*. Profectò Bernardinus munitus est idoneo fidejussore: Secus autem Agnenus, quem non adhuc patet ullum fidejussorem exhibuisse. Quæ nam verò sint utriusque Oblatoris opes, EE. PP. recognoscere poterunt ex respectivis Summariis, quæ una cum Juribus ab utraque Parte circumferuntur.

Verumtamen videtur animadvertendum, Patrimonium, quod possidetur à Juliano Bernardini in scutis 19/1?. 87., constitui ex frumento recollecto, ex semoventibus, ex pecuniis, & nominibus Debitorum, excepta tantùm summa scutorum 4350., quæ consistit in stabilibus, & Locis Montium dividendis tamen cum illius Fratre, paternoque Fideicommisso subiectis. Illud verò Francisci Agneni, quod à Peritis æstimatum ascendit ad scuta supra mille, vix ab eo possidetur pro rata scutor. 500., dùm reliquum pro parte detinetur ab ejus Matre, & pro parte altera ab Eleonora ejus Sorore jam nupta, nec non pro alia parte ab Hæredibus Dominicæ alterius illius prædefunctæ Sororis.

Sacra Congregatio in terminis novi Oblatoris post tempus in Edictis præfinitum superventi nova mandavit affigi Edi-

cta *in Firmana Emphyteusis diei* 19. *Augusti superioris anni* 1775., & Emphyteusim esse in pari oblatione concedendam ditiori Oblatori definivit *in Romana Emphyteusis proposita die* 17. *Novembris* 1731., *& resoluta die* 9. *Augusti* 1732., pariterque *in dicta Firmana Emphyteusis reproposita die* 30. *Martii* 1776., *& resoluta die* 27. *Aprilis ejusdem Anni*, edito responso = *Emphyteusim esse concedendam Bernardino Voltaturnio pro annuis scutis quadringentis juxta votum Emi Archiepiscopi*.

Quibus sic stantibus partes erunt EE. VV. sapientissime de more definire.

An, cui, & pro qua summa sit danda Investitura Bonorum, de quibus agitur, in casu &c.

Sess. 22. cap. 11. de Reform.

BALNEOREGIEN. Specimen hujus Causæ habetur in *Folio Congregationis diei* 8. *Julii* 1775., eaque tunc proposita fuit sub tribus Dubiis, nimirum I. *An, & quomodo precibus Justini sit annuendum in casu &c.* = & quatenus negativé = II. *An Cappellania, sive Legatum pium, de quo agitur, adjudicandum sit Augustino Onesti, seu potius sit locus nominationi favore ejusdem in casu &c.* = III. *An, & a quo tempore debeantur fructus in casu &c.* =, quibus in posteriori Congregatione *diei* 29. *ejusdem mensis Julii* fuit resolutio data ad I. *Negative, & amplius* = ad II. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam* = ad III. denique = *Deberi fructus Augustino Onesti a die vacationis, demptis oneribus*.

Geminis anterioribus resolutionibus ad primum, & secundum Dubium acquievit Justinus, non item quoad tertium fructuum restitutionem respiciens, quoniam adversùs illud impetrato novæ Audientiæ beneficio, iteratum suorum jurium experimentum proponit. Non enim Justinus impugnat fructuum restitutionem in genere, contendit tamen eam fieri debere a die nominationis factæ in personam Augustini Onesti, non autem a die vacationis Cappellaniæ, veluti definivit Sac. Congregatio ad tertium Dubium.

Sustinet enim agi de Cappellania merè laicali, quam Fundator voluit = *che sia, e si debba avere, e tenere per mera Officiatura* = ac item agi de Cappellano ad nutum Patronorum amovibili, ac demum agi de Missarum celebratione per alium etiam implenda, quibus in terminis vacata Cappellania, donec ea de idoneo provideatur Cappellano, fructus sunt adjiciendi Patrono, qui sustinet onera Cappellaniæ, curatque Missarum oneris implementum ex firmatis

per

per *Rot. in Eugubina Cappellaniæ 9. Junii 1752. §. 13. cor. cl. me. Card. Molino*.

Urget insuper, quod anno 1773., quo vacavit Cappellania per liberam renunciationem de ea factam a Clerico Josepho Orlandi tunc illius possessore, Augustinus Onesti nondum erat Clericali Tonsura insignitus, quam non assumpsit, nisi mense Januarii superioris anni 1775., proindeque Augustinum nec jure petere, nec assequi posse Cappellaniæ fructus decursos tempore, quo ipse non erat Cappellanus, quo non impleverat onera Cappellaniæ, & quo demum erat simplex, & merè Laicus, præsertim in exclusionem Patroni, qui illos percepit, implevitque onera Cappellaniæ usque ad diem nominationis factæ favore Augustini, ad tradita per *Rot. in Eugubina Cappellaniæ 6. Aprilis* 1753. §. 12. *cor. cl. me. Card. Molino*.

Hæc, & alia sunt in Libello a Justino circumferendo. An autem ejus juribus obicem præbeant Sac. Congregationis Resolutiones relatæ *in Folio Congregationis diei 8. Julii 1775. benigniter resumendo*, onus erit EE. VV. perpendere, ac definire

An sit standum, vel recedendum a decisis quoad tertium Dubium diei 29. Julii 1775. in casu &c.

CIVITATIS PLEBIS. Canonicus Ludovicus Desideri ex Terra Panicalis Diœcesis Civitatis Plebis degens Perusiæ, suum ultimum anno 1706. condidit Testamentum, quo in executionem voluntatis oretenus sibi commissæ à Cleopatra Trani, cujus ipse hæres fuerat, inter cætera perpetuam cum onere celebrationis quinque Missarum qualibet hebdomada erigi jussit laicalem Cappellaniam, sive Officiaturam ad Altare S. Annæ dicatum in Ecclesia S. Mariæ Novæ Patrum Servorum ejusdem Beatæ Mariæ Virginis Perusinæ Civitatis, & pro illius dote certa, præscriptaque Bona assignavit. *Sess. 22. Cap. 6. de Reform.*

Jus autem nominandi Cappellanum reliquit insimul Archipresbytero Collegiatæ Ecclesiæ dictæ Terræ Panicalis, & primo Priori nuncupato *Capo d'Officio* Magistratus Panicalensis pro tempore existentibus, ea tamen adjecta lege sub pœna nullitatis nominationis, ut non alium in Cappellanum eligerent, nisi ex dicta Terra, seu Territorio Panicalis, & actu Presbyterum, vel infra sex menses ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promovendum. Voluit insuper, quod Cappellanus per se ipsum Sacra celebraret, quodque tempore recollectionis fructuum, vel occasione melioramentorum in assignatis Bonis faciendorum, vel

causa particularis ejus devotionis per tres menses tantùm vacare posset a residentia, facta eidem potestate per hoc tempus Sacra celebrandi ubique locorum, quemadmodum juxta leges a Fundatore scriptas Cappellania fuit erecta, modoque possidetur a Sacerdote Valerio Landi Canonico dictæ Collegiatæ Ecclesiæ Panicalis.

In Panicalensi Terra numerantur 1200. Personæ, quarum major pars commoratur in agris, locisque a Terra per plura milliaria dissitis. Unicus in ea Parochus adest, unica Parochia, quæ est eadem Collegiata Ecclesia; Exercitium Curæ Animarum tàm habitualis, quàm actualis totum residet penes Archipresbyterum, qui impar est ad hoc ferendum onus, præsertim tempore hyemali, nisi de opportuno provideatur Coadjutore, quem ipse præ ejus inopia assumere non potest. Idcirco Patroni dictæ Cappellaniæ supplicem porrexerunt Libellum san.mem. Clementi XIV., ut illam cum omnibus Missarum oneribus ab Ecclesia Sanctæ Mariæ Novæ Perusiæ ad Ecclesiam Collegiatam Terræ Panicalis transferre dignaretur, eique adjicere cum titulo Prioratus, seu Præposituræ, itaut de illa provisus teneatur coadjuvare Archipresbytero in Cura Animarum, in excipiendis Sacramentalibus Confessionibus, aliisque Sacramentis ministrandis, habeaturque post Archipresbyterum pro secunda Dignitate ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ; ejusque Choro (dum tamen ob Curam Animarum, administrationemque Sacramentorum non erit impeditus) æque ac idem Archipresbyter interesse debeat, & Missarum celebrationem alteri etiam Sacerdoti, quatenus opus sit, committere valeat.

Ad hanc Sacram Congregationem ablegatis precibus, auditus fuit Episcopus, qui retulit vera esse narrata, qui votis Patronorum adhæsit, & qui demum explicitum pro postulata translatione, aliis adjectis oneribus, consensum præstitum à Religiosis Conventus Sanctæ Mariæ Novæ Perusii, nec non ab hodierno Cappellaniæ Possessore transmisit adnexum suæ Informationi, & Voto a Patronis circumferendo.

Sacra Congregatio in similibus translationibus concedendis cautè processit. Eam quippe multoties denegavit, quoties per translationem Tertio præjudicium inferatur, vel quoties non concurrat justa, & necessaria translationis causa, ut in *Regien. 5. Augusti* 1719., *in Romana Translationis Oneris Missarum* 28. *Julii* 1731., *in Ariminen. Translationis Cappellaniæ* 20. *Decembris* 1732., *in Neapolitana Commutationis Voluntatis* 7. *Februarii* 1733., *in Panormitana Translationis Oneris Missarum* 26. *Septembris* 1739., *& in Vicen. Translationis Oneris Missarum* 19. *Aprilis* 1766., præsertim quando Testator pro Missarum celebratione certam Ecclesiam, certumque Altare designavit, tunc eo difficilius esse transla-

lationem concedendam firmavit *Ricc. in Prax. part.* 4. *resolut.* 69 *per tot.*, *Mich. de Sacr. Ordin. tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 24. *num.* 2., *& Pax Jordan. tom.* 1. *var. resol. lib.* 4. *tract.* 1. *de Sacrif. Miss. num.* 540.

E'contra verò translationem æque frequenter eadem Sacra Congregatio permisit in casu, quo justa, & necessaria translationis causa concurrat, ut videre est in *Placentina Commutationis Voluntatis anni* 1714., *in Piscien Commutationis Voluntatis* 21. *Junii* 1721., *in Bononien. quoad primum Dubium* 28 *Junii* 1724., *in Melevitana Seminarii* 29. *Jul.* 1725., *in Pacten. Confraternitatis* 5. *Junii* 1734., *in Cassanen.* 26. *Novembris* 1763., *& in Comen. Translationis Missarum* 24. *Novembris* 1764. Siquidem urgente justa, & rationabili causa locum esse commutationi voluntatis præscripsit Sacrosancta Tridentina Synodus *Sess.* 22. *cap.* 6. *de Reform.*, sancivitque *Textus in cap. Exposuisti* 33. *de Præb.*, *& Dignit.*, *Barbos. ad d. cap per tot.*, *& Rot. cor. Ratto dec.* 253. *n.* 3.

Censetur enim, veluti Patroni sustinent, justam, urgentem, & necessariam esse translationem Cappellaniæ, de qua agitur, semel ac ad illius executionem nedum præstant assensum ii, quorum interest, ne translatio fiat, nimirum Religiosi S. Mariæ Novæ Perusinæ Civitatis, qui Missarum celebrationem amitterent, & hodiernus Cappellanus, qui ulterioribus oneribus gravaretur *Vivian. de jur Patron. part.* 3. *lib.* 14. *cap.* 3. *num.* 4. *& seq.*, *& Rot. coram Crispo dec.* 318. *num.* 8., sed etiam Episcopi judicium accedit *Cit. Von mediocriter vers Dum agitur de Conserv. Eccles*, *Abbas in consil.* 99 *num.* 5, *Enriquez in Summ. lib.* 9. *cap.* 22. *num.* 6., *Rot decis.* 1522. *num.* 5. *coram Coccin.*, *& decis.* 419. *num.* 14. *coram Molin.*

Ulterius addunt Patroni, justam translationis causam esse illam, quæ respicit Animarum Curam, & Sacramentorum administrationem faciendam plurimis Parochianis, qui longe distant ab Ecclesia Parochiali, & qui Sacramenta in spiritualibus eorum necessitatibus prompte, ut par est, nisi Archipresbyter, & Parochus de opportuno provideatur Coadjutore, propter loci distantiam habere non possunt, juxta Constitutionem *Apostolici Ministerii* san. mem. Innocentii XIII. confirmatam a san. mem. Bened. XIII. in Constitutione *In Supremo* 16. §. 11. *post Concil. Romanum*, & tradunt *Brasch. in Promptuar Synod. cap.* 118. *n.* 15., *Ventrigl. in prax. For. Eccles. tom.* 2. *adnot.* 12. §. *unic. n.* 5., *& Lauren. de Vicar. tract.* 2 *part.* 4. *cap.* 4. *quæst.* 148.

Itemque necessariam translationis causam esse inopiam tùm Collegiatæ Ecclesiæ, tùm Archipresbyteri, ejusque Præbendæ tenuitatem, cujus redditibus ipse Coadjutorem in exercitio Curæ Animarum assumere nequit ex præscripto à Sacro Concilio Tridentino *Sess.* 21. *cap* 5. *de Reformat.*, & habetur ex dicto *Cap. Exposuisti de Præbend. & Dignit.*, con-

consonatque *Gonzal.lib.5 Decret.tit.31.cap.8.n.3., Barbos. de offic., & potest.Episc. alleg. 69. num.15. & seqq. , Pax Jordan. elucubr. divers. tom.2. lib.9 tit.1.num.413., & Rot.cor.Anjuld. dec.340.num.1.*

Ac demum hanc translationem utilem esse Ecclesiæ Patroni contendunt, quoties onus adjicitur Cappellano assistendi Choro, audiendique Sacramentales Confessiones præter auxilium Archipresbytero præstandum in Cura Animarum, ideoque non esse denegandam translationem, quæ petitur, quæque tendit in augmentum Divini cultus, Animarumque salutem ex firmatis per *Petr.de Ubald. in Tractat. de Union. cap.3. num.3., Pignattell.consultat.80. num.primo, Garz. de Benef. part.12. cap.2. num.121., & Rot.cor.Molin.dec.1041 num.25. & seq.*

His stantibus, dignabuntur EE. VV. decernere

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione Voluntatis Ludovici Desideri in casu &c.

Sess.23. cap.18. de Reform.

AMERINA APPLICATIONIS. In Amerina Civitate Collegium adest Orphanorum sub cura, gubernio, & administratione Confratrum Sodalitii *Mortis* nuncupati. Hujus Collegii Patrimonium, ex cujus redditibus alendi sunt Pueri, pro parte provenit a Bonorum donatione Collegio *liberè* facta a Conjugibus Turroni die prima Martii 1681., nec non ex Testamento condito à Valeriano Polla sub die 30. Aprilis ejusdem anni 1681., quo post obitum suarum Sororum, quæ Religiosam vitam amplexæ fuerant, & quas hæredes instituerat, *liberè* pariter substituerat antedictum Collegium Orphanorum Amerinæ Civitatis. Horum Bonorum redditus adeò tenues sunt, ut non excedant annuam summam scutorum 58. 46., quibus Pueri, Rector, Ludimagister, aliique Collegii Ministri manuteneri non possunt, ideoque Collegium sæpe vacare contigit, prout vacat ad præsens, redditusque Bonorum deponuntur.

In eadem Civitate deficiente Seminario, istud construi prope Cathedralem Ecclesiam, & erigi mandavit antecedens Amerinus Episcopus Struzzieri, nunc Episcopus Tudertinus: Verùm cum ad hoc perficiendum opus à Sacrosancta Tridentina Synodo præscriptum pecuniæ, & Bona deficiant, hinc erigendi Seminarii Deputati supplicem porrexerunt libellum SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO, ut dignaretur eidem Seminario unire Bona, & redditus derelicti Collegii Orphanorum, quod cum hisce modicis redditibus consistere nequit, & super hujusmodi gratia consulitur hæc Sacra Congregatio.

Au-

Auditi Confratres Sodalitii Mortis Orphanorum Administratores ponderantes necessitatem erectionis Seminarii petitæ unioni, sive Bonorum applicationi consensum libentissime præbuerunt, ea tamen adjecta lege, ut Priori pro tempore dicti Sodalitii liberum jus esset unum eligendi Alumnum in Seminario educandum per lapsum quinquennii; utque in peragenda Bonorum applicatione nequaquam intelligatur comprehensa Domus, & Hortus Oratorio conterminus, sive adnexus, quæ Bona pro Orphanorum habitatione, eorumque solatio olim erant destinata.

Similiter auditus Episcopus comprobavit id omne, quod petitur à Deputatis Seminarii, quodque Confratres Sodalitii Mortis in eorum consensu sibi ipsis reservaverant; quinimo postulatam applicationem justam esse, eamque fieri jure debere plurimis allatis rationum momentis suadet, ac sustinet in ejus elucubratissima Informatione à Deputatis Oratoribus circumferenda.

Erectio siquidem Seminarii summoperè necessaria est Ameriæ, ac in Diæcesi, & Seminarii erectio plurimum commendatur à Sacro Concilio Tridentino *Sess.* 23. *cap.* 18. *de Reform.*, & à san.mem. Benedicto XIII. *in Constitut.* 27. *post Concil.Roman.*: Applicationi verò Bonorum, de quibus agitur, erigendo Seminario locum esse tradunt *Barbosa de offic. & potest. Episc. allegat.* 77. *num.* 11., & *Amostaz. de Causis piis lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 36.. Satis enim est, quod concurrat inopia, & egestas Seminarii, ut adhibito consilio quatuor Deputatorum, duorum scilicet de Capitulo, & duorum de Clero applicatio ratæ reddituum Mensæ Episcopalis, Capituli, & Beneficiorum, ac etiam istorum unio valide fiat ab Episcopo, quemadmodum ad formam Sacri Concilii Tridentini *citat. Sess.* 23. *cap.* 18. *de Reform.* firmant *Garz. de Benfic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 190., 193., & *sequen.*, *Barbos. de offic. & potest. Episc. allegat.* 77. *num.* 13., 27., & 33., *Lotter de Re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 9. *num-* 47., 51., 60., & *sequen.*, *Monacell. Formul. legal. part.* 1. *tit.* 2. *formul.* 9. *num.* 1., & *seq.*, & *san.mem. Benedictus XIV. de Synodo Diæces. lib.* 9. *cap.* 7. *num.* 2., & *seq.*

Et quamvis vetita de jure sit commutatio piorum Testatorum voluntatum, & applicatio reddituum, qui vel pro Missarum celebratione, vel pro aliis usibus relicti fuerunt ex traditis per *Pignattell. consult. Canonic*, 81. *num.* 78. *tom.* 9., & *Rot. decis.* 494. *num.* 22. *cor. Lancett.*, hoc tamen non obstante, piæ illorum voluntates, illorumque Legata, quæ nequeunt adimpleri modo volito à Testatoribus ob impedimentum facti, prout illud est ex reddituum modicitate prosiliens, in alios pios usus converti debent, ut notant *Fagnan. in cap. Nos quidem num.* 14., & 24. *de Testam.*, *Garz. de Benef. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 108., *Barbos. de Offic.*, & *potest. Episc. alleg.* 83. *num.* 3., & 8.

Amostaz. de Caus. piis lib. 1. *cap.* 14. *num.* 33. , & inter alios pios usus principem locum tenet applicatio Bonorum egeno Seminario facienda, quemadmodum Sacrosancta Tridentina Synodus adamussim loquens de Bonis ad alendos pueros relictis sancivit *in cit. Sess.* 23. *cap.* 18. *de Reform. vers. ultra ea* ibi = *ultra ea, quæ ad instituendos, vel alendos pueros sunt in aliquibus Ecclesiis, & locis destinata, quæ eo ipso huic Seminario sub eadem Episcopi cura applicata censeantur*.

Maxime quia ab hac applicatione non dissentiunt Confratres Sodalitii Mortis, imo nec etiam dissentire videtur Testatorum voluntas ad instituendos, alendosque Pueros directa, qui si in Collegio Orphanorum institui, & ali non possunt, erunt certe alendi, & instituendi in Seminario. Hoc enim in casu nunquam dicitur perfecta voluntatis commutatio, sed potius illius interpretatio, quando voluntas in æquale pium onus commutatur ad tradita per *Card. de Luc. de Testam. disc.* 12. *num.* 15., & *Rot. coram Molin. decis.* 141. *num.* 18., nec dissimilis fuit Sententia Sacræ Congregationis Applicationi favens, ut *in Sarsinaten. Unionis* 10. *Aprlis* 1645. *lib.* 17. *Decr.pag.* 460 ,*in Montis Alti* 4. *Septembris* 1655. *lib.* 19. *Decr. pag.* 515. *à terg.*, *in Melevitana Erectionis Seminarii, & Unionis* 18. *Februarii* 1690. *lib.* 40. *Decr. pag.* 129., & *in Liparitana* 20. *Novembris* 1723. . Quæritur.

I. *An Bona Collegii Orphanorum Civitatis Ameriæ sint applicanda Seminario erigendo in dicta Civitate in casu &c.*

II. *An sint servanda pacta contenta in consensu pro dicta applicatione præstito à Confratribus Societatis Mortis in casu &c.*

Die Sabbathi 23. Novembris 1776. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

Discuti, ac definiri non potuerunt in postrema Congregatione habita die 7. Septembris quinque Causæ, quæ mox describuntur; quocirca dignabuntur EE. VV. reassumpto dictæ Congregationis folio, earum Dubiis respondere.

INTERAMNEN. cujus Dubium est. *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

An, & quomodo sit locus suspensioni Missarum, de quibus agitur, in casu &c.

Dilata, & Scribatur Episcopo juxta instructionem.

CIVITATIS CASTELLANÆ EMPHYTEUSIS. In qua disquiritur. *Sess. 25. cap. 11. de Reform.*

An, cui, & pro qua summa sit danda Investitura Bonorum, de quibus in casu &c.

Investituram dandam esse Juliano Bernardini juxta oblationem scutorum 145., præstita pariter idonea Fidejussione, juxta votum Episcopi, & amplius.

Seff. 22. cap. 11. de Reform.

BALNEOREGIEN. cujus Caput est.

An sit standum, vel recedendum à Decisis quoad tertium Dubium diei 29. Julii 1775. in casu &c.

In Decisis, & amplius.

Seff. 22. Cap. 6. de Reform.

CIVITATIS PLEBIS. In qua respondendum est.

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione Voluntatis Ludovici Desideri in casu &c.

Dilata, & Scribatur Episcopo Perusino, qui doceat qùa in Ecclesia sepultum sit Cadaver Cleopatræ Trani.

Sess. 23. cap. 18. de Reform.

AMERINA APPLICATIONIS, in qua duo disputantur.

I. *An Bona Collegii Orphanorum Civitatis Ameriæ sint applicanda Seminario erigendo in dicta Civitate in casu &c.*

II. *An sint servanda pacta contenta in consensu pro dicta Applicatione præstito à Confratribus Societatis Mortis in casu &c.*

Ad I. Affirmativè, & Amplius.

Ad II. quoad Jus nominandi negativè, in reliquis affirmativè.

Seff. 24. cap. 1. de Reform.

VITERBIEN. MATRIMONII. Sponsalibus de futuro vix contractis inter Dominicum Maruscelli addictum servitio clar. mem. Cardinalis Oddi Viterbiensis Episcopi, & Clementinam Polidori Viterbienses, iidem Sponsi in contradictricem agnoverunt Camillam Geltrudem.

Co-

Coronam Merli pariter Viterbiensem, ac in Urbe morantem, quæ sub die 1. Januarii 1770. solitum *nihil transeat* apponi curavit in actis Curiæ Episcopalis Viterbii, simulque preces exhibuit huic Sacræ Congregationi narrans, se mense Augusti anni 1763. in Matrimonium, præsentibus Testibus, fuisse conjunctam juxta formam præscriptam à Sacrosancto Tridentino Concilio cum dicto Dominico à Rev. Flaminio Corazza Parocho Ven. Ecclesiæ S. Joannis in Zoccoli præfatæ Civitatis, ac institit, quod non solum suspenderetur Matrimonium ineundum à Dominico cum Clementina, sed etiam, quod, audito Emo Episcopo Viterbiensi, suis juribus consuleretur.

Ex transmissis Emo Episcopo litteris pro Informatione, & Voto relatum fuit, non Matrimonium per verba de præsenti, sed tantum Sponsalia de futuro eo anno 1763. Dominicum inter, & Coronam contracta fuisse; idque testari Parochum Corazza, coram quo ad formam Synodi Viterbiensis *anni* 1762. *tit.* 2. *cap.* 5. *de Matrimonii Sacramento* §. 4. Eadem Sponsália contracta fuerunt, & ab ipso in scriptis redacta, in quibus Dominicus unicè promiserat eam in Uxorem ducere; Idque ipsum haberi ex depositione Pompeii Bevilacqua, & Joannis Baptistæ Dufour, qui præsentes fuerant Sponsalibus, eorumque Syngraphæ confectioni; Ac in idem quoque convenire Mariam Ciampichelli Materteram Coronæ, & Andream Mariæ Virum, qui Sponsalibus etiam interfuerant. Ac demum id ipsum affirmare Dominicum, se unicè Sponsalia de futuro cum Corona tunc contraxisse, recepta à Parocho prohibitione, ne ad Coronæ Domum accederet, donèc Matrimonium in faciem Ecclesiæ contraheret: Fuit insuper relatum, eorumque Sponsum mutua voluntate à Sponsalibus recessisse ope promissionis scutorum 50. factæ Coronæ à cl. me. Card. Oddi, conscripta retrocessionis Apocha ab eodem Parocho Corazza, & præcedenti Sponsalium lacerata, nec ea fuisse in Codicibus Matrimoniorum adnotata; Coronam verò ab eo anno 1763. ad annum usque 1770. nunquam fuisse conquestam, sed quietè, & pacificè unà cum Parentibus Urbem repetiisse, quin amplius de suis Sponsalibus sollicita fuerit: Quocirca in transmissa informatione concluditur = *Quare non video, quomodo dicta Sponsalia Matrimonium judicanda sint.*

Ut in re tanti momenti cautius ageretur, rescriptum fuit die 31. Martii 1770. = *Ponatur in folio, citata Parte, & præfixo termino* = Cum interim tradita Coronæ fuerit Cedula depositi scutorum 50., quæ ei fuerant à cl. mem. Card. Oddi in præmium retrocessionis à Sponsalibus promissa, eadem solemni Syngrapha tribus testibus munita die 22. Aprilis 1770. suum amplissimum præstitit consensum =

acciò

accið il Signor Domenico Marufcelli poſſa contrarre Matrimonio con qualunque altra Perſona, che a lui più parerà, e piacerà, rinunciando à queſto effetto â qualſivoglia Lite, e Cauſa da me introdotta avanti qualſivoglia Giudice, e Tribunale, e ſpecialmente avanti la Sagra Congregazione del Concilio =, & inſuper novas Sacræ Congregationi porrexit preces, in quibus faſſa fuit, ſe erroneo conſilio inductam fuiſſe ad eas primas preces exhibendas = *Siccome però l'Oratrice dalla Relazione di detto Emo Veſcovo ſi ricordò eſſer veriſſimo quanto in eſſa ſi rappreſentava, ſtimò bene di prenderſi il ſuſſidio Dotale di ſcudi* 50., *e rinunçiare in ſcritto à qualunque ſua pretenſione* = poſtulavitque = *di ordinare al detto Signor Vicario Apoſtolico di concedere liberamente al ſudetto Domenico Marufcelli la ſurriferita licenza, giacchè l'Oratrice hà rinunciato, e rinuncia a tutte le ſue pretenſioni contro il medeſimo* = Hiſce tamen precibus rejectis die 12. Maii 1770., reſcriptum fuit = *In decretis*.

Poſt hæc ſiluit Corona, nec amplius comparuit: Quinimo eodem anno 1770. ſub die 16. Julii virtute facultatum Tribunalis S. Inquiſitionis facto ſuper ejus ſtatu libero in Tribunali Emi Vicarii examine tàm ipſius Patris, quàm Fratris, Matrimonium coram proprio Parocho S. Suſannæ de Urbe celebravit cum Aloyſio Polidori Viterbienſi, & in Urbe ſub Paræcia S. Mariæ in Aquiro commorante.

De hoc inito Matrimonio edoctus Dominicus iteratas obtulit preces Sacræ Congregationi prò confectione Proceſſus, ut ſuam vindicaret libertatem, exhibitiſque precibus reſcriptum fuit die 9. Maii 1772. = *Vicario Apoſtolico pro Informatione, & Voto, & confectione Proceſſus, ſervata forma Conſtitutionis ſan. mem. Benedicti XIV. incipien. Dei Miſeratione, citatis tàm Corona Merli, quam Defenſore Matrimonii* = cujus in executionem Vicarius Apoſtolicus huic Sacræ Congregationi tranſmiſit Apocham diſſolutionis Sponſalium uſque, & de anno 1763. ab eodem Parocho Corazza conſcriptam, & obſignatam, nec non formale examen Pompeii Bevilacqua alterius ex Teſtibus dictorum Sponſalium, retulitque = *id unum teſtari quidem poſſum, me à fide dignis hominibus, qui negocii ejuſdem, dum gereretur, ſeriem optimè narrant accepiſſe, inita quidem inter præfatos Dominicum Marufcelli, ac Coronam Merli fuiſſe Sponſalia per verba de futuro; At mox, perſoluta eidem Coronæ certa pecuniæ ſumma, fuiſſe mutuo conſenſu diſſoluta, ejuſque rei publicam eſſe ajunt vocem, & famam, per ejuſdem Coronæ ex hac Urbe diſceſſum, ac ſubſequens ab ea initum cum alio Homine Matrimonium confirmatam*.

Iterum ſub die 8. Maii 1773. prodiit Reſcriptum = *Ponatur in folio, citatis tam Corona Merli, quam Defenſore Matrimonii* = Ne autem pro recta Cauſæ definitione deeſſet examen alterius

terius Teſtis Sponſalium, nimirum Joannis Baptiſtæ Dufour in Urbe commorantis, hic etiam coram me præſente Matrimonii Defenſore fuit formiter examinatus. Quærendum nunc eſt, an conſtet de Matrimonio Dominicum inter, & Coronam. Silet Dominicus paupertatis prætextu. Silet Corona forſan accepto Viro contenta. Unice jura Matrimonii deducit illius Defenſor.

Suſtinet enim, Proceſſum de Partibus eſſe defectuoſum, cum nullibi pateat, Parochum Corazza, coram quo Sponſalia fuerant inita, nec Mariam Ciampichelli, ejuſque Virum Andream, qui Sponſalibus interfuerant, examinatos fuiſſe: Contendit inſuper de vero Matrimonio conſtare ex confeſſione Coronæ in primis precibus Sacræ Congregationi porrectis expleta, nec attendendas eſſe poſteriores ipſius retractationes, vel quia in gravi Matrimonii quæſtione ſpernendas, vel quia ſuſpectas ob receptum charitativum ſubſidium ſcutorum 50.: Nec ullo in pretio habendas eſſe Vicarii Apoſtolici relationes, quoniam illæ non innituntur Teſtibus formiter examinatis, ſed innituntur quidem Teſtibus vel extrajudicialibus, vel de auditu, vel de publica voce, & fama, qui præſertim in ſubjecta Matrimonii materia nequaquam attenduntur ex *Text. in cap.* 1. *de Conſang.*

Nulla quæſtio eſt, Sponſalia anno 1763. contracta fuiſſe Dominicum inter, & Coronam, ſed tota verſatur inſpectio in illorum qualitate diſcutienda, an nempe *de futuro*, vel *de præſenti* fuerint. Sanè ſi *de præſenti* fuerunt, initum Conjugium tuendum eſt, & non ſolum Vir ad hoc ſervandum cogi debet, ſed etiam Mulier, derelicto poſteriori Viro, ad primum redire, cum quo Matrimonium celebravit, eſt compellenda ad *Text. in cap.* 31. *de Sponſal.* At verò ſi Sponſalia fuerunt unicè *de futuro*, Vir in ſua libertate ſervandus eſt, tum ob receſſum à Sponſalibus editum mutuo Contrahentium conſenſu, tùm ob poſterius Conjugium à Muliere cum alio Viro celebratum, juxta cenſuram *Textus in cap.* 22. *de Sponſal.*

Præſtat hìc longius referre quæ ad dignoſcendam dictorum Sponſalium qualitatem conducunt, ut, ſilentibus Partibus, rectum ferri valeat judicium. Siquidem in Apocha retroceſſionis ſcripta, & ſubſcripta à Parocho Corazza *ſub die* 5. *Auguſti* 1763., & in actis publici Notarii producta uſque, *& ſub die* 20. *Decembris ejuſdem anni* 1763., & ſic tempore non ſuſpecto, narrat idem Parochus, coram ſe, & Teſtibus inita fuiſſe Sponſalia *per verba de futuro*, privata de eis confecta Scriptura, inter Dominicum, & Coronam, ſed paucis vix elapſis diebus ad requiſitionem ejuſdem Dominici ſe petiiſſe à Corona, ejuſque Patre illorum diſſolutionem, = *E queſti di loro libera, e ſpontanea volontà, di unanime*

nime consenso hanno accettato, ed accettano la ritrocessione di detto Domenico da' prefati Sponsali, ed hanno prestato, e prestano qualunque consenso necessario, ed opportuno colla rivocazione, dissoluzione, rescissione, ed annullazione dei predetti Sponsali, e lacerazione di detta Scrittura di reciproca promessa, e quelli hanno dichiarati, rivocati, dissoluti, e rescissi, ed annullati = & in eodem actu scissam in minimas partes fuisse Syngrapham Sponsalium cum ampla declaratione = *Che detto Domenico Maruscelli resti in avvenire libero di se stesso, onde possa contrarre Matrimonio con qualunque altra Donna.*

Pompejus Bevilacqua, qui fuit unus ex Testibus Sponsalium à Corona indicatus, in suo formali examine *ad 6. Interrogatorium* fassus est, nullum alium Contractum tunc gestum fuisse Dominicum inter, & Coronam, *solo che una promessa di futuro Matrimonio*, totamque rei seriem enarrans retulit, post annuli traditionem à Dominico factam Coronæ supervenisse Parochum Corazza postulantem = *cosa significava tutta questa gente, ed essendoli stato risposto, che Domenico Maruscelli aveva dato l'anello à Corona, e che gli aveva promesso di sposarla, soggiunse Egli stesso, che era bene farne Scrittura, come di fatti esso, mi pare, che la stendesse, e fù da me, e dall'altro Testimonio sottoscritta. Posso però dirle, che la Scrittura sudetta era brevissima, ed in forma assai succinta, ed in sostanza altro non conteneva, se non che detto Domenico prometteva sposare la detta Corona* = subditque *sub 7. Interrogatorio* = *il detto Trattato non fù, come hò detto, un Contratto stabile, e perfezzionato, mà semplice promessa per verba de futuro del Matrimonio da contraersi à suo tempo.*

Alter Testis Joannes Baptista Dufour in Urbe formiter examinatus *ad 6. Interrog.* respondit, quod supervento Parocho, *gli fù detto dal Maruscelli, che voleva dar l'anello di Sposa alla detta Corona ivi presente. Il Paroco allora disse al Maruscelli, se il di lui Padre, e la di lui Madre erano contenti, che sposasse la detta Corona, ed avendo il Maruscelli risposto, che averebbe Egli pensato à far contentare il suo Padre, e la sua Madre, il detto Paroco stese una piccola Scrittura in poca carta, nella quale si espose di contrarre à suo tempo il Matrimonio, e che frà tanto se ne faceva di ciò la promessa dal Maruscelli, e dalla detta Corona* = & rursùs *ad 7. Interrog.* = *rispondo, che secondo me il detto Contratto fù una semplice promessa di contrarre in appresso il Matrimonio in un tempo, che si sarebbe stabilito dalli Contraenti.*

Testatur etiam interposito juramento hodiernus Rector supradictæ Parochialis Ecclesiæ S. Joannis in Zoccoli, ipsum attentè perlecto Matrimoniorum Codice dictæ Ecclesiæ à die 9. Januarii 1769. usque ad mensem Februarii 1733. = *Non reperisse, nec esse in dicto libro Matrimonium contractum inter Dominicum Maruscelli, & Coronam Merli.*

Hæc

Hæc habentur ex monumentis Causæ. At verò contra Coronam, quæ, hoc pendente Judicio per ipsam introducto, Matrimonium per verba de præsenti cum alio Viro contraxit, *Vrbanus III. cap.* 18. *de Sponsal.* in simillimo casu Viri ad Conjugium properantis, non expectata Judicis sententia, quæ tamen subinde favore Viri prodierat, respondit = *Consultationi tuæ taliter respondemus, quod imposita Viro pænitentia competenti, & infra pænitentiæ tempus carnali commercio interdicto, postmodum in maritali copula poterunt permanere.*

Emi PP. ea, qua præcellunt juris sacri peritia, attentis probationibus, argumentis, & conjecturis, dijudicent.

An constet de Matrimonio in casu &c.

Negativè, & reproponatur in Prima.

TAURINEN. CAPPELLANIÆ. In ultimo, sub quo decessit, elogio Victoria Ronca Taurinensis Vidua relicta à Joanne Antonio Bovis mandavit in executionem etiam voluntatis sui prædefuncti Viri, ut ab ejus hærede solverentur libræ sex mille Cappellæ sub titulo B. Mariæ Virginis de Populo erectæ in Ecclesia Confraternitatis Sanctissimæ Trinitatis cum onere celebrationis duarum Missarum in qualibet hebdomada in expiationem Animarum tam suæ, quàm Viri, quam etiam illarum Domus Ronca, & Barello, earumque Descendentium, & pro hujusmodi effectu jussit esse investiendas dictas libras sex mille, quarum fructus cedere deberent = *a beneficio del Sacerdote, o sia Cappellano, quale verrà pro tempore eletto per la celebrazione di dette Messe da detto Signor Giuseppe Maria Barello suo Nipote, a cui spettarà la ragione di nominare detto Cappellano con facoltà al medesimo di disporre di tal nomina sempre, e quando, & a favore di chi meglio le piacerà* =; & casu, quo ipse nominationem differret, tunc Missarum onus esset implendum a Cappellano per Rectores dictæ Confraternitatis eligendo, donec præfatus Joseph Maria Cappellanum nominavisset, eo tamen superaddito, quod in facienda Cappellani nominatione = *intende e vuole detta Signora Testatrice, venghino sempre preferiti li Parenti più prossimi della medesima, che venissero ad esser promossi al Sacerdozio.* *Sess.* 25. *cap.* 5. *de Reform.*

Vacans modo est Cappellania, nec ex Consanguineis Testatricis ullus adest, qui sit actu, vel habitu Sacerdos. Cu-

piens autem antedictus Joseph Maria Barello Patronus Cappellaniæ dotem augere in aliis ter mille libris, adjecto onere alterius Missæ hebdomadariæ, ad hoc ut sic auctis Cappellaniæ redditibus, Cappellanus nominandus illius etiam titulo possit ad Sacros Ordines promoveri, preces obtulit huic Sacræ Còngregationi pro facultate augendi dictam Cappellaniam, ea lege, ut sibi, suisque Successoribus liceret, quoties in omnibus vacationibus Propinquus Fundatrici præferendus non adesset vel Sacerdos, vel Sacerdotio proximus, nominandi quemcumque vel ipsius Victoriæ, vel suum Consanguineum etsi Sacerdotio non proximum, Ecclesiasticæ tamen Militiæ nomen daturum, satisfacta per alium interea Missarum celebratione, utque derogaretur voluntati Testatricis in ea parte, ubi, ut asseritur in precibus, mandatum fuerat, quod esset Cappellania actu Presbytero deferenda.

Ablegatis precibus Archiepiscopo Taurinensi, hic retulit, interesse habentes petitioni non obstare; Sodalitium Sanctissimæ Trinitatis annuere, prout constat in scriptis annuisse; Oratoris mentem voluntati Testatricis non adversari, eamque numeris omnibus esse laudandam, eique annuendum, reddita tamen Cappellania inamovibili, ut ejus titulo possit nominatus ad Sacros Ordines promoveri, factoque auctoritate Ordinarii investimento oblatarum librarum trium mille in augumentum Cappellaniæ.

Dum enim Testatrix voluit, quod in nominando Cappellano extraneis præferrentur sui proximiores Consanguinei, huic voluntati non adversatur petitio Josephi Mariæ Barello nominandi quemlibet ex Fundatricis, vel ex suis Consanguineis licèt Sacerdotio non proximum, in casu, quo Proximior Testatricis vel actu, vel habitu Sacerdos non adesset, quoties eo deficiente non substituit ullum alium Testatrix de certo genere Personarum, certisque qualitatibus insignitum. Non enim hìc agitur de Beneficio, seu Cappellania Ecclesiastica, sed agitur quidem de simplici Legato pio cum onere Missarum, veluti monstrant Testamenti verba, quæ sequentia sunt = *Distaccando dall'Eredità del medesimo* (nimirum *suo Marito*) *dette lire sei mila, quelle hà legato, & applicato, come lega, & applica alla Cappella sotto il titolo della Vergine Santissima del Popolo &c. con obbligo della celebrazione di due Messe per cadauna settimana* = Hoc autem pium relictum non aliter intelligendum esse videtur, nisi de Cappellania merè laicali, quia Testatrix nullo fuit usa Cappellaniæ vocabulo in toto, qua latè patet, Testamento, & quia dispositio facta est à laico de Bonis suis laicalibus ex firmatis per *Rotam in Civitatis Castelli Cappellaniæ 29. Aprilis* 1744. §.2. *coram bon.mem. Vicecomite*; ac demum quia Ordinarii auctoritas, veluti testatur

tur Archiepiſcopus in ſua Informatione, nec interceſſit in erectione, nec in inſtitutione, quemadmodum opus fuiſſet in Beneficio, ſeu Cappellania Eccleſiaſtica ad tradita per *Rotam deciſ.*1030.*num.*8. & 15. *coram Lancetta.*

Et quamvis Teſtatrix Cappellaniam, ſeu Legatum pium addixerit certo Altari, certumque adjecerit Miſſarum onus cum aſſignatione certæ dotis, & reſervatione Juriſpatronatus, non tamen dici poteſt, Teſtatricem voluiſſe Cappellaniam Eccleſiaſticam, quia hæc omnia congruunt etiam Cappellaniæ merè laicali, dum in ſpecie non requiſivit Ordinarii auctoritatem, in qua Beneficii, ſeu Cappellaniæ Eccleſiaſticæ qualitas potiſſimè conſiſtit, ut firmant *Piton. de controv. Patronor. alleg.*33. *num.*33., *Rota in Mantiſſ. ad Card. de Luc. lib.*13. *deciſ.*5. *num.*12. & 13., & *in Romana Cappellaniæ* 5. *Julii* 1751. §. 14. *coram bon.mem. Amadeo*.

Nec pariter Oratoris petitio quoad celebrationem Miſſarum per alium faciendam adverſari videtur voluntati Teſtatricis in ea parte, in qua prælationem in nominatione detulit proximioribus ſuis Conſanguineis, *che veniſſero ad eſſere promoſſi al Sacerdozio*, quia id Teſtatrix voluit, ac requiſivit in ſuis, ſi adeſſent, non in alienis Conſanguineis. At verò conſtans eſt Sacri hujus Tribunalis ſententia, quod niſi Teſtatrix præceperit, Cappellanum per ſe ipſum Sacra celebrare debere, ac niſi concurrant æquipollentia verba id ipſum ſignificantia, tunc nec actu, nec habitu Sacerdotalis dicitur Cappellania, nec Cappellanus prohibetur, quominus per alium implere poſſit onera Cappellaniæ, quemadmodum tradit *Pignatell. tom.*7.*conſult.*2. *num.*6. & *ſeq.*, *Ferrar. ſub verb. Cappellania num.* 20. & 21., firmatque *Rota coram Merlin. deciſ.*825., quam pluries amplexa eſt Sacra Congregatio, & præſertim in *Romana Cappellaniæ* 29. *Auguſti* 1722., *in Januen. Cappellaniarum quoad I.Dubium* 14. *Aprilis* 1736., & *in Maceraten. Manſionariæ* 6. *Decembris* 1738., ubi propoſito Dubio = *An Beneficium Manſionariatus, de quo agitur, ſit Sacerdotalis actu, vel ſaltem habitu in caſu &c.* = prodiit reſolutio = *Negativè in omnibus, & amplius*.

Cæterum res eſt de Patrono de propriis pecuniis Cappellaniæ Fundos, & redditus augente: Res itidem eſt de utilitate Cappellaniæ, quæ ex oblato augumento ditior efficitur. Res pariter eſt de majori Divino cultu, dum præter duas Miſſas à Teſtatrice demandatas alterum eſt celebrandum Sacrum in qualibet hebdomada: Res demum eſt de utilitate Cappellani nominandi, quippe qui, adauctis Cappellaniæ redditibus ad hujus titulum, ut retulit Archiepiſcopus, ad Sacros Ordines ſe promovere poterit, quoniam juxta dotem à Teſtatrice traditam ſe promovere non poſ-

set. Quibus unà cum aliis juribus à Josepho Maria Barello circumferendis maturè perpensis, dignabantur EE. VV. ea, qua pollent, sapientia decernere

An, & quomodo Oratoris precibus sit annuendum in casu &c.

Non propoosita, cum reliquis.

Sess. 24. cap. 12. de Reform.

NOVARIEN. INDULTI. Defendens Maria Trevi Novariensis anno 1745. Diaconalem Canonicatum in Collegiata Ecclesia S. Gaudentii Novariæ à Canonico Langhi-Gaudiana fundatum adeptus fuit per nominationem in ejus personam factam à Decurionibus dictæ Civitatis ejusdem Canonicatus Patronis. Onera adjecta Canonicatui libenter implevit Defendens Maria, Choro adfuit assiduè, Divinisque Officiis laudabiliter interfuit, donec *avendo successivamente sortito un salino malenconico temperamento, trovasi in strane guise da lunga affezzione ipocondriaca tormentato* =; Preces idcirco porrexit huic Sacræ Congregationi pro Indulto, quo ab horis matutinis, à servitio Chori, à Capitularibus Comitiis, & in dubiis suæ valetudinis periculis à residentiæ quoque onere taliter dispensetur, ut non solum omnes suæ Præbendæ fructus, sed etiam quotidianas, aliasque extraordinarias distributiones percipere possit.

De prædicta qualitate morbi, quo afficitur Canonicus Defendens Maria, deque necessaria illius absentia à Chori servitio gemini testantur Medicinæ Professores, quorum sensus est, ut antedictus Canonicus debeat = *soggiornare longamente in Campagna, dove anco per il passato hà provato giovamento*.

Episcopus pro Informatione, & Voto requisitus retulit, Capitulum, licet in primis Comitiis pro moderando, sive pro concedendo petito Indulto, attenta maxima Canonici Oratoris ad Chorum frequentia, se submisisset judicio ejusdem Episcopi, nec non Supremo Sanctæ Sedis arbitrio, quatenus idem Canonicus idoneum Coadjutorem adsciscere sibi non posset, in secundis tamen Comitiis in Contradictorem se præbuisse Canonici Trevi, ejusque postulatæ gratiæ, eo sub prætextu, quod illius morbus non sit de illis gravibus, qui hoc petitum mereantur Indultum, & quoniam Canonicus per ejus morbum non impeditur, quominus in, & extra Civitatem possit vagari, ita nec etiam impeditus esse debeat, quin ad Chorum accedat. Retulit etiam

etiam laudatus Episcopus, ex testamentaria dispositione Canonici Langhi Gaudiana Fundatoris Canonicatus vetitum esse Oratori petendi Coadjutorem, vel Canonicatum renunciandi cum Pensione; Decuriones verò Patronos nec assentiri Coadjutoriæ, nec Renunciationi cum Pensione, eorumque arbitrio, ac potestati relictum non esse, ut petitioniCanonici præstent assensum,quamvis non dubitent de infirma illius valetudine.

Antistes Novariensis suum Votum aperiendo sic ait = *Attamen cum satis perspecta sit Oratoris integritas, eidem concedi posse crederem Indultum pro dispensatione ad annum, durante infirmitate, & onerata Conscientia Oratoris, ita ut integro fruatur Distributionum compendio, sed excepto lucro proveniente ex Anniversariis, aliisque functionibus extraordinariis, in quibus ex Testatorum dispositione præsentibus tantum stipendium præstari debeat.*

Norunt enim, omnes hujus generis controversias Medicorum potius,quam Juris peritorum judicio definiendas esse, ut doctissimè monuerunt *Fagnan.in cap. Licet n.*141. *de Præben., & Dignit., & Passerin. in cap.Unico de Cleric.non residen. reg.*5. *num.*91.

Et plane Sacri Canones nequaquam exigunt gravem infirmitatem, ut quis abesse ritè possit à Chori servitio cum Distributionum quotidianarum perceptione, sed admittunt sufficere levem etiam morbum, cujus augumentum timeri possit ex firmatis per *Fagnan. in d.cap. Licet num.* 14. *de Præbend.*, *Reinfestuel. in Jus Canon. lib.*3. *tit.*4. *de Cleric. non residen.* §.7.*num* 193., *Schmalzgrueb. in Jus Canon. tom.primo tit.*8. § 4. *num.*86., *Pignatell' consult.Canon.*115. *n.*57.*tom.*9., *Scarfant. ad Ceccoper. lucubrat. Canon. lib.* 2. *tit.* 9. *num* 5., *Gratian. discept. foren. cap.*591.*num.*44., & definivit hæc Sacra Congregatio in *Tranen. Distributionum* 12.*Septemb.*1750., ubi agebatur de Canonico, qui inciderat in vitium nervorum capitis, quo convulsivo motu, & vertigine abripiebatur, disputatoque Dubio = *An constet de legitimo impedimento abessendi à Choro, itaut debeantur Distributiones* = non obstante dissensu, & contradictione Capituli, responsum fuit = *Affirmative, onerata conscientia Oratoris.*

Eadem SacraCongregatio,levi etiam concurrente morbo,sæpissimè concessit ad tempus Indultum abessendi à Choro unacum perceptione quotidianarum Distributionum in iis tamen terminis à Novariensi Episcopo in ejus Voto propositis, ut videre est in *Osnabrugen.* 20.*Septembris* 1727., *in Eugubina Servitii Chori* 5.*Julii*, & 23.*Augusti* 1738., *in Avernen. Distributionum quotidianarum, & Jubilationis* 11. *Aprilis* 1739., *in Aquilana Indulti* 26. *Junii* 1745., *in Cremonen. Indulti* 2.*Augusti* 1750., *& in PiscienIndulti* 6.*Decembris ejusdem anni* 1760.

Vi-

Videant itaque Eminentissimi Patres

An, & quomodo sit concedendum Canonico Defendenti Trevi Indultum abessendi a Choro, & a residentia, de quo agitur in casu &c.

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

MESSANEN. REDUCTIONIS ONERUM MISSARUM. Pia Mulier Laurentia Biscardi ex Oppido Lungonensi in Etruria Massanæ Diæcesis anno 1726. Testamentum condidit, quo hæredem instituit Josephum Biscardi ex Philippo ex fratre Nepotem, ea sub lege, ut humanioribus litteris instructus ad Præsbyteratus Ordinem ascenderet, intereaque jussit, ut ex fructibus duarum Vinearum, unius scilicet sitæ in loco nuncupato *il Reale*, & alterius illius Dotalis, in quibus tota consistebat Laurentiæ hæreditas, demptis expensis pro earum cultura, nec non stipendio pro Ludi Magistro, celebraretur ad præscriptum Altare Sacrum unum in qualibet Hebdomada, reliquum verò = *si applichi in aumento della detta Vigna del Reale in piantature &c., affinchè crescendo il frutto si aumenti il Patrimonio* = Præcepit ulterius Testatrix, ut postquam hæres ad Sacerdotium evectus fuisset, non amplius Missam unam, sed tres in singulis hebdomadis, ac in Ecclesia sibi benevisa celebrare teneretur. Casu autem, quo scriptus hæres renueret Sacerdotalem statum amplecti, substituit cum eodem onere filium secundogenitum dicti Philippi Fratris, & eo pariter renuente, substituit Tertiogenitum, aliosque gradatim filios ejusdem Philippi, cujus tamen linea Masculina defecta, aut nemine ex Substitutis sectante viam Ecclesiasticam, substituit Ecclesiam Parochialem S. Jacobi dicti Oppidi Lungoni, & pro ea illius Rectores sub lege implendi idem onus adjectum primo ejus Nepoti hæredi instituto.

Biennio elapso à die conditi Testamenti, decessit Testatrix plurimo ære alieno gravata, pro cujus dimissione non solum oportuit alienare Mobilia, Jocalia, & id genus alia, verum etiam debuit Philippus Biscardi Pater Josephi hæredis propriis pecuniis redimere Censum in sorte scutorum 17., qui detectus fuerat impositus super dicta Vinea Dotali Testatricis, illiusque fructus à quinquaginta retro annis decursos persolvere: Subindeque, attento malo hujus Vineæ Dotalis statu, necessarium fuit eam, prævia Ordinarii licentia, vendere, pretiumque retractum erogatum

tum fuit in construendo Ædificio in altera Vinea *il Reale*.

Hoc opus pium, sive Laurentiæ Testatricis hæreditas ad unicam tantum Vineam redacta modo possidetur à Sacerdote Joanne Biscardi illius Nepote, & prædicti Philippi filio. Is autem expertus est, hanc unicam Vineam utpotè à Montibus circumdatam assiduis tempestatibus subjectam esse, eamque, dum erat sub administratione Philippi Patris nullum recepisse augumentum juxta præceptum Testatricis, ob idque modo vix reddere annua scuta 14. prorsus imparia ad subeundum onus trium Missarum in singulis hebdomadis, nec non ad præstanda necessaria alimenta sibi, suæque Viduæ Sorori cum orphana Filia, quæ Legatum causa Dotis eidem à Testatrice relictum propter ipsius Testatricis æs alienum amiserat. Preces idcirco porrexit huic Sacræ Congregationi, postulans, ut mox dictis attentis circumstantiis, onus trium Missarum reducatur ad unius tantùm in qualibet hebdomada.

Quod autem in precibus exposuit Orator, verissimum esse retulit Episcopus pro Informatione, & Voto requisitus in prima ejus Epistola sub datum diei 4. Maii 1769. subdens, augumentum reddituum Vineæ *il Reale* à Testatrice volitum absque culpa, & facto Oratoris ommissum fuisse. Id ipsum repetit in secunda ejus Epistola sub datum Kalendis Aprilis 1773., superadditque, utramque Vineam olim annui redditus scutorum 52. assignatam Oratori fuisse in titulum ejus Patrimonii Sacri, modoque non excedere redditus annuorum scutorum 18., *dummodo tamen nullum Tempestatum damnum, ut fieri solet, sequatur, prout Orator ex Peritorum relatione constare fecit*.

In tertia verò ipsius Epistola sub datum diei 10. Septembris 1774. respondens instructioni eidem Episcopo transmissæ, sic ait = *Difficile est æstimare augumentum, quod fieri potuit, & licet Administrator arguendus etiam esset lata culpa in bene, & utiliter administrando hæreditatem, adhuc tamen frustraneum est inquirere, quis fuit ejus hæres, nam nullus haberi potest regressus contra dictum Administratorem, qui jamdudum mortuus est obrutus multis debitis, & plane decoctus; multoque minus potest institui actio contra hæredem Administratoris, quia & ipse hæres pauper est, & est filius Administratoris*.

Concluditque his verbis = *Summa autem hujusce negotii hæc est, quod quomodocumque non adimpletum fuerit augumentum, vel imminutus sit fructus hujusce Biscardæ hæreditatis, nec ullo modo huic malo possit reparari, aliquod remedium præstandum est. Et cum hodiernus fructus sufficiens non sit ad supportandum onus trium Missarum in qualibet hebdomada, & cum Orator culpæ accusari non possit, dignus (ut opinor) judicandus est ipse Orator reportandi gratiam, quam postulat, ut onus hujusmodi correspective reducatur ad mensuram annui fructus*,

ctus, scilicet ad unam tantum Missam in qualibet hebdomada celebrandam. Hac tamen eidem adjecta lege, ut aliqua pars fructus hujusce hæreditatis quotannis erogetur ab eodem Oratore in demandatum augumentum, & quolibet triennio constare faciat apud Episcopum Ordinarium de tali adimpleta conditione, ad hoc ut vel augeatur, vel resumatur numerus Missarum ad mentem Fundatricis.

Et reverà imminutis redditibus Bonorum, quæ pro Missarum celebratione constituta fuerunt, diminuendum etiam esse Missarum celebrandarum numerum sæpissimè definivit hæc Sacra Congregatio, & præsertim in *Vigilien. Decanatus* 23. *Julii* 1727., *in Nepesina Reductionis Onerum* 3. *Julii* 1734., & *in Firmana Onerum Missarum* 2. *Junii* 1764.

Dignabuntur itaque EE. VV. sapientissime decernere *An, & quomodo sit locus reductioni Missarum in casu &c.*

F I N I S.

INDEX

INDEX
CONCLUSIONUM,
Quæ adnotatæ fuerunt in foliis Causarum anni 1776.

A

Absessendi a Choro Indultum unà cum perceptione quotidianarum distributionum quandoque conceditur etiam ob levem morbum *pag.* 133. §. *Eadem*.

Præsertim si ejus augumentum timeri possit. *pag.* 133. §. *Et plane*.

Abessenti cum Indulto jubilationis quæ distributionès debeantur *pag.* 106. §. *Non item*, & §. *Demum*.

Absens Canonicus non lucratur distributiones provenientes ex funeribus, aliisque manualibus obventionibus distribuendas inter præsentes ex mente Testatorum, ex consuetudine, & ex peculiari Ecclesiæ statuto, *pag.* 106. §. *Non item*.

Etiamsì habeat Indultum jubilationis, *ibidem*.

Abstinentia Canonicorum a petenda jubilatione non obstat Canonico ejusdem Ecclesiæ petenti jubilationem, *pag.* 105. §. *Idque*.

Cum ejus materia sit mere facultativa, *ibidem*.

Hinc pro prima vice habetur concessum Indultum cuidam Canonico Cathedralis Ecclesiæ *ibid*.

Addictio certi Altaris convenit Legato Pio *pag.* 131. §. *Et quamvis*.

Administratores hæreditatis quando solvere de proprio debeant expensas litis, quam sustinent pro hæreditate *pag.* 4. §. *Tertium*.

Administratores hæreditatis si non dissentiant, facilius commutatur voluntas Testatoris *pag.* 122. §. *Maxime*.

Administratores operum piorum tenentur singulis annis rationem reddere Episcopo *pag.* 5. §. *Et quamvis*.

Licet exempti, sunt compellendi *pag.* 4. §. *Alterum*.

Ad alendos patronos facilius conceditur reductio, & suspensio Cappellaniæ *pag.* 37. §. *Ad rem*.

Si patroni per rectam lineam descendant ab ipso Testatore *ibid*.

Cujus hæreditas ad præstanda alimenta reperitur obstricta *ibid*.

Ad vitam tamen oratorum concedi solet *ibid*.

Altare Cappellaniæ si non sit designatum, facilius conceditur reductio *pag.* 37. §. *Ad rem*.

Quando est designatum non conceditur translatio Cappellaniæ *pag.* 118. §. *Sacra*.

Amotus fuit a possessione Canonicatus Collegiatæ Ecclesiæ S. Hieronymi Illyricorum Urbis Sacerdos ignorans linguam Illyricam *pag.* 87. §. *Item*.

Licet a Patrono fuisset præsentatus, & ab Archipresbytero institutus *ibid*.

Animarum curam per se exercere tenetur Præpositus, & quilibet alius Parochus *pag.* 8. §. *Jus*.

Si præsens sit, & non legitimè impeditus *ibid*.

Aperitio oris concèditur adversus Gratiam Pontificiam infectam labe obreptionis, & subreptionis *pag.* 7. §. *Sacra*.

Negatur, quando nulla est obreptio, aut subreptio *pag.* 4. §. *Tria*.

Appellari debet intra decem dies a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Episcopi *pag.* 44. §. *Cæterum*.

Applicandi obligatio diversa est ab obligatione celebrandi *pag.* 107, §. *Præterea*.

Applicatio Missæ probatur juramento Celebrantis *pag.* 107. §. *Quod verò*.

Quia pendet a voluntate, & ab actu interno Celebrantis *ibid*.

Applicanda sunt alteri operi pio Bona insufficientia ad exequendum opus pium a Testatore volitum *pag.* 121. §. *Erectio*.

Applicantur recte Seminario Clericorum, quod inter usus pios locum tenet *pag.* 122, §. *Et quamvis*.

Archipresbyter est primus Presbyterorum *pag.* 54. §. *Ponderandum*.

Aliis Presbyteris præest, & habet curam animarum *ibid*.

Assensus contrahentium debet esse prolatus per verba de præsenti, ut Matrimonium sit validum *pag.* 101. §. *Substinent*.

Assignatio certæ dotis cum onere Missarum convenit etiam Legato pio *pag.* 131. §. *Et quamvis*.

Assistere morientibus Parochianis tenentur qui habent curam animarum *pag.* 8. §. *Jus*.

Auctoritas Ordinarii si nec in erectione, nec in institutione Cappellaniæ intercesserit,

 mete

mere laicalis dicitur Cappellania *pag.* 131. §. *Dum enim* .

Quod si intercesserit, Ecclesiastica dicitur Cappellania *pag.* 131. §. *Et quamvis* .

B

Beneficiati, qui propriam massam habent distinctam ab illa Canonicorum, si ex voluntate Testatoris servitium præsta re teneantur Sacris Functionibus, quando participes esse debeant de emolumentis Capitulo addictis pro Anniversariis *pag.* 12. §. *Ad rem.*

Beneficiati, qui ex fundatione interesse debent Choro, & fungi munere Diaconi, & Subdiaconi in Missis Solemnibus, assistere debent Missis pro defunctis *pag.* 12. §. *Quapropter* .

Interesse debent etiam functionibus extra ordinariis *pag.* 12. §. *E contra* .

Fieri tamen debent participes emolumentorum *ibid.*

Beneficiati, & Canonici novæ erectionis ita possunt admitti a Canonicis, & Beneficiatis primæ erectionis, ut non participent de Legatis relictis ante Canonicatuum, & Beneficiatorum novam erectionem *pag.* 13. §. *Et hanc*, & *seq.*

Ita ut nec de punctaturis antiquorum Canonicorum absentium participent *ibid.*

Beneficium Ecclesiasticum requirit auctoritatem Ordinarii in erectione, & institutione *pag.* 131. §. *Dum enim* .

Bonorum taxativè, vel demonstrative relictorum pro Legato pio qui sint effectus *pag.* 109. §. *Hujus* .

Bona ad pios usus quando taxative relicta dicantur, quando demonstrative *pag.* 109. §. *Regula* .

Demonstrativè, quando Legatum incipit ab onere *ibid.*

Taxativè, quando Legatum incipit ab assignatione Bonorum *ibidem* .

Bonorum imminutis redditibus constitutis pro celebratione Missarum, earum numerus est minuendus *pag.* 136. §. *Et revera* .

Bonorum ad pios usus relictorum quò plenius, & utilius potest, habenda est custodia *pag.* 109. §. *Præcipit* .

C

Canonici Collegiatæ Ecclesiæ Illyricorum Urbis callere debent linguam Illyricam *pag.* 87. §. *Ac demum* .

Solemnioribusque anni diebus canere debent Evangelium, & Epistolam lingua Illyrica *ibidem* .

Hinc remotus fuit a possessione Canonicatus Sacerdos ignarus ejusdem linguæ *pag.* 87, §. *Item* .

Canonico abesenti cum jubilationis Indulto quæ distributiones debeantur *pag.* 106. §. *Non item*, & §. *Demum* .

Non debentur distributiones provenientes ex funeralibus, aliisque manualibus obventionibus distribuendæ inter præsentes ex mente Testatorum, ex consuetudine, aut ex peculiari Ecclesiæ statuto *pag.* 106. §. *Non item* .

Canonici novæ erectionis ita possunt admitti a Canonicis primæ erectionis, ut non participent de Legatis relictis ante novam erectionem, & punctaturis antiquorum Canonicorum absentium *pag.* 13. §. *Et hanc* & *seq.*

Non tenentur tamen interesse Choro dum adimplentur onera perpetua spectanti ad antiquos tantum Canonicos *pag.* 13. § *Item* .

Nisi participent etiam de emolumenti *ibid.*

Vel ad interessendum ex fundationis lege cogantur *ibid.*

Superlucrantur verò distributiones provenientes ex funeralibus, fructibus legatis, aliisque obventionibus relictis Capitulo post eorum novam erectionem *pag.* 13. §. *Ac demum* .

Et eleemosynas manuales, quæ in dies a Fidelibus distribuuntur pro Missis cum cantu *ibid.*

Cappellania quando dicatur Ecclesiastica, vel mere laicalis *pag.* 130. §. *Dum enim* .

Demonstratur ex verbis Testamenti *ibid.*

Ecclesiastica requirit auctoritatem Ordinarii in erectione *ibid.*

Non sufficit reservatio juris patronatus *pag.* 131. §. *Et quamvis* .

Nec, quòd adjectum sit certum onus Missarum cum assignatione certæ dotis *ibid.*

Inter hanc, & Legatum pium quæ sit distinctio *pag.* 130. §. *Dum enim* .

Mere Laicalis dicitur, quando in erectione, & institutione non intercessit auctoritas Ordinarii *pag.* 131. §. *Dum enim* .

Quando Testator in Testamento nullo utitur vocabulo Cappellaniæ *ibid.*

Fortius, quando dispositio facta est a laico de Bonis laicalibus *ibid.*

Sacerdotalis actu, vel habitu quæ sit *pag.* 131. §. *Nec pariter* .

Sacerdotalis onera implere dicitur per alium celebrans *pag.* 17. §. *Sustinet* .

Debet esse inamovibilis, ut ejus titulo possit nominatus promoveri ad Sacros Ordines *pag.* 130. §. *Ablegatis*

Cappellaniæ vacantis fructus aliquando adjiciuntur patrono, donec Cappellanus substituatur *pag.* 116 §. *Sustinet* .

Erigendæ reductio, atque suspensio facilius conceditur pro educandis, alendisque patronis *pag.* 37. §. *Ad rem.*

Magis, si per rectam lineam descendant ab ipsomet Fundatore *ibid.*

Cu-

Cujus hæreditas ad præstanda alimenta reperitur obstricta *ibid.*

Translatio caute conceditur *pag.* 118. §. *Sacra*.

Denegatur de una ad aliam Ecclesiam, quando Cappellania fundata est in Ecclesia, ubi Testator sepulturam elegit *pagin.* 58. §. *Hisce*.

Non obstante difficili accessu ad Ecclesiam, in qua Testator Cappellaniam fundavit *pag.* 58. §. *Quamvis*.

Denegatur etiam, si Testator plures Cappellanias fundaverit in una Ecclesia *pag.* 58. §. *Adversatur*.

Si horam celebrandi præscripserit, præsertim summo mane *ibid.*

Ne alii Cappellani graventur, vel Sacrorum numerus hora a Testatore volita minuatur *ibid.*

Cappellanus, si in littera Fundationis nullum officium, nullamque residentiam habeat, Cappellania dicitur simpliciter Sacerdotalis *pag.* 17. §. *Sustinet*.

Quando celebrare debeat per se ipsum *pag.* 131. §. *Nec pariter*.

Celebrans per se ipsum an habeat onus residentiæ, quando ei in casu transgressionis pœna privationis non fuit imposita *pag.* 17 §. *Maxime*.

Cappellanus curatus, si exiguos habeat redditus, non tenetur restaurare Ecclesiam *pag.* 99. §. *Attamen*,

Cathedralis Ecclesiæ restaurationes pertinent ad Episcopum *pag.* 82. §. *Sustinet*.

Nisi adsit aliquod Statutum in contrarium *ibid.*

Vel aliqua contraria Consuetudo *ibid.*

Vel Ecclesia habeat particulares redditus pro fabrica *ibid.*

Causæ dispensandi a denunciationibus quæ sint *pag.* 105. §. *Huic*.

Causæ translationis Cappellaniæ debent esse justæ, & necessariæ *pag.* 18. §. *Sacra p.* 119. §. *E contra*.

Celebrare per se ipsum si non teneatur Cappellanus, Cappellania nec actu, neque habitu dicitur Sacerdotalis *pag.* 131. §. *Nec pariter*.

Et per alium possunt onera adimplere *ibid.*

Celebratio Missarum si demandata sit ex Bonorum redditibus, definiri debet numerus Missarum *pag.* 94. §. *Sacra*.

Ex codicibus Sacristiæ plene probatur *pag.* 107. §. *Quod verò*.

Si per ipsum Cappellanum expleri debeat, Cappellanus cogi potest ad celebrandam Missam sub pœna privationis Cappellaniæ *pag.* 18. §. *Aliter*.

Quando autem Cappellanus est patronus ex justis causis obtinet facultatem celebrandi per alium *pag.* 58. §. *Superest*.

Celebrationis obligatio diversa est ab applicationis obligatione *pagin.* 107. §. *Prætcrea*.

Chori servitium indulgetur aliquando ob levem morbum *pag.* 133. §. *Eadem*.

Vid. Beneficiati, & Canonici, quoad Chori servitium.

Clerici quoad irregularitatem. *Vid.* Irregularitas.

Collegiatæ Ecclesiæ inopia justam præbet translationis causam *pag.* 119. § *Itemque*.

Commutatio voluntatum. *Vid.* Voluntatis commutatio.

Consumationis Matrimonii dubiæ si sint probationes, locus est experimento triennalis cohabitationis, *pag.* 33. §. *Urgetque*.

Quæ cohabitatio computatur a die cohabitationis a Judice decretæ *ibid.*

Consumatio Matrimonii. *Vid.* Matrimonii consumatio.

Contradictio Capituli non obstat petitioni abessendi a Choro, si morbus sit talis, qui excuset a servitio Chori *pag.* 133 §. *Et plane*.

Contradictoria quando sunt Juramenta Conjugum, admittenda est septima manus Consanguineorum *pag.* 34. §. *Posthabita*.

Et secundum viri affirmantis Juramentum est pronunciandum *pag.* 33. §. *Et revera*.

Quia vir caput est mulieris *ibid.*

Contrahentium mutuo consensu receditur a sponsalibus de futuro *pag.* 127. §. *Nulla quæstio*.

Contrahentium consensus debet esse prolatus per verba de præsenti, ut Matrimonium sit validum *pag.* 101. §. *Sustinet*.

Controversia an etiam venatio quieta Clericis sint interdicta, remanet indecisa *pag.* 64 §. *Tota*.

Corporis exploratio quomodo facienda est. *pag.* 34. §. *Ponderandum & seq.*

Fallax est probatio Virginitatis *pag.* 34. §. *Et quamvis*.

Culpa qualis requiratur ad contrahendam irregularitatem *pag.* 64. §. *Aliqui*.

Alii putant culpam levem sufficere, aliquando etiam levissimam *ibidem*.

Alii dicunt culpam latam requiri *ibid.*

D

Decimatores debent restaurare Ecclesias, quæ non habent Patronos *pag.* 99. §. *Quod verò*.

Demonstrative quando dicantur assignata Bona pro implemento Oneris Missarum *p.* 109. §. *Regula*.

Quando Legatum incipit ab onere dicitur demonstrative assignatus Fundus *ibid.*

Si Bona fuerint demonstrative assignata hæres potest cogi ad supplendum quod deest *ibid.* §. *Hujus*.

Denunciationes non sunt de Substantia aut for-

formà Matrimonii *pagin.* 101. §. *Sustinent*.

Earum omiſſione Matrimonia non irritantur *Ibid.*

Quæ ſint juſtæ cauſæ diſpenſandi a denunciationibus *pag.* 103. §. *Huic*.

Quando Ordinarius debeat diſpenſare *ibid.*

Diſpenſare debet, ſi ſcandalum ſequatur, vel ſit ſuſpicio malitioſi impedimenti *Ibid.*

Ipſis omiſſis, Matrimonium non eſt invalidum *pag.* 102. §. *Huic*.

Eſt tamen illicitum *Ibid.*

Et dicitur Clandeſtinum lato modo ſumptum *ibid.*

Et ſubjcitur pœnis præſcriptis pro Matrimoniis Clandeſtinis *ibidem*.

Derogatio expreſſa requiritur, quando in derogatione deſtruatur lex fundationis, vel lædantur jura paſſive vocatorum *pag.* 87. §. *Animadvertendum*.

Deſcendenti inopi ſuccurrendum ex canonica benignitate *pag.* 37. §. *Ad rem*.

Deſcendentibus Fundatoris facilius conceditur reductio Miſſæ quotidianæ quando agitur de Cappellania pure, & ſimpliciter laicali *Ibid.*

Deſignatus ſi ſit Fundus Cappellaniæ taxativè, diminutis redditibus Bonorum, reduciturMiſſarum onus *pag.* 66. §. *Ponderandum*.

Dignus in Eccleſiis ſemper aliquis præſumitur ex benigna interpretatione *pag.* 43. §. *Hæc autem*.

Dignis non ſolum, ſed magis idoneis conferendæ ſunt Eccleſiæ Parochiales *p.* 44. §. *Cæterum*.

Digniorem poteſt eligere Epiſcopus inter probatos ab Examinatoribus *pag.* 45. §. *non eſt*.

Digniorem eligere ſolius Epiſcopi judiciò reſervatum eſt *Ibid.*

In dubio cenſetur Epiſcopum prælegiſſe quem digniorem in Domino judicaverit. *Ibid.*

Ob Digitorum defectum irregularitate incurſa, aliquando ab eadem diſpenſatur *pag.* 79. §. *Quo poſito*.

Immo etiam diſpenſatum fuit nondum addicto Eccleſiaſticæ Militiæ, qui ex quadam affectione morbi digitos ſiniſtræ manus rigidos habebat *Ibid.*

Licet nec Miſſalis Folia vertere, nec Patenam multum elevare poſſet. *Ibid.* *pag.* 80.

Conceſſa eſt diſpenſatio Sacerdoti, qui ex fortuita exploſione Sclopii, ſalvò remanente pollice, amiſit quatuor digitos ſiniſtræ manus *pag.* 79. §. *propoſita*.

Eſt pariter conceſſa Sacerdoti, qui inter venandum detruncavit pollicem, & indicem ſiniſtræ manus *Ibid.*

Diſpenſatio irregularitatis facilius conceditur Clerico promoto, quàm promovendo *p.* 80. §. *Sciendum*.

Ad illam obtinendam non parum valet Votum Ordinarii favorabile & pax obtenta a Parentibus Defuncti, & ab eodem Defuncto *pag.* 65. §. *Pro*.

Diſpenſationem ſi quis obtinuit a Conſtitutionibus Capitularibus, nullum dici non poteſt Reſcriptum obtentum, ſi reticitum fuerit Juramentum eaſdem ſervandi *pag.* 76. §. *Hanc enim*.

Præfatum enim Juramentum eſt acceſſorium Capitularibus diſpoſitionibus *Ibid.*

Diſſolutio Matrimonii denegari ſolet quando ſerotina eſt petitio, & Juramenta ſunt contradictoria *pag.* 35. §. *Sacra*.

Præſertim ſi imbecilles ſint Peritorum, & Peritarum relationes *Ibid.*

Propoſita poſt ſexennale tempus præſefert ſuſpicionem doli, & fraudis *pag.* 32. §. *Animadvertit*.

Maximè ſi Conjux non fuerit conqueſta de impotentia alterius Conjugis *Ibid.*

Et de non ſecuta Matrimonii conſumatione *Ibid.*

Diſſenſus Capituli non obſtat ad aſſequendum Indultum abeſſendi, ſi morbus excuſet a Chori ſervitio *pag.* 133. §. *Et plane*.

Diſtantia Eccleſiæ conſiderari debet indeterminanda eleemoſina *pag.* 60. §. *Plures*.

Idque committitur arbitrio Ordinarî *Ibid.*

Quando plures Parochiani longe diſtant ab Eccleſia Parochiali, Parocus debet provideri de opportuno Coadjutore *pag.* 119. §. *Ulterius*.

Diſtributiones provenientes ex funeralibus, aliiſque manualibus obventionibus inter præſentes ex mente Teſtatorum, aut conſuetudine diſtribuendas non lucratur Canonicus abſens, etiam ſi habeat Indultum Jubilationis *pag.* 106. §. *Non item*.

Canonici noviter erecti debent ſuperlucrari diſtributiones provenientes ex fructibus legatis, & funeralibus, aliiſque obventionibus relictis Capitulo poſt eorum erectionem *pag.* 13. §. *Ac demum*.

Tum etiam ex eleemoſinis manualibus, quæ in dies a Fidelibus diſtribuuntur pro decantandis Miſſis *ibid.*

Quæ diſtributiones Canonico abſenti cum Indulto Jubilationis debeantur *p.* 106. §. *Non item*, & *demum*.

Diſtributiones quotidianas ut quis lucretur etiam abſens a Chori Servitio, ſufficit levis morbus, cujus augumentum timeri poſſit *pag.* 133. §. *Et plene*.

Ditiori oblatori in paritate conceditur Emphyteuſis *pag.* 116. §. *Sacra*.

Divitiæ Oblatorum efficiunt meliorem oblationem *pag.* 115. §. *Quod verò*.

Divinus Cultus ſi augeatur, non denegatur translatio *pag.* 120. §. *Ac demum*.

Dos certa non facit Cappellaniam Eccleſiaſticam *pag.* 131. §. *Et quamvis*.

Si est quantitativa, & taxativè legata sit, necessariò sequitur reductio onerum si non sufficiat *pag. 60. §. Firmata*.

Sæpe concessæ sunt hujusmodi reductiones *pag. 60. §. Plures*.

Quamvis ageretur de Cappellaniis patronalibus *ibid.*

Patroni verò a præstando supplemento sunt absoluti *ibid.*

Certa Dos cum onere certo Missarum, convenit etiam Legato pio *pag. 131. §. Et quamvis*.

Dotes relictas a Testatore prælativè assequi possunt Puellæ ab Ipso descendentes *pag. 26. §. Hæc tamen*.

Non pro sola quantitate cæteris Puellis distribuenda, sed pro majori numero *Ibid.*

Idque probatur pluribus exemplis *pag. 27. §. Idque*.

Magis si hæc dotatio nulli est allatura præjudicium *pag. 27. §. Fortius*.

Conceditur etiam major numerus Dotium Puellis Testatori conjunctis. & æquepauperibus etiam si remanserint aliæ Puellæ in urna extrahendæ *pag. 27. §. Quin relevet*.

Magis si hic dotationis modus non fuerit à Testatore præscriptus *Ibid.*

Et præjudicium, quod aliis infertur est temporaneum *Ibid.*

Dotalium Subsidiorum reductionem sæpius Sacra Congregatio denegavit *pag. 39. §. Itemque, & seqq.*

Dubietas qualibet, sive Juris, sive facti secundum opinionem multorum excludit irregularitatem *pag. 24. §. Non levis*

In dubio aliquis reputari debet irregularis in foro pænitentiali, vel quasi pænitentiali *pagin. 124. §. Verior*.

Secus in foro contentioso *Ibid.*

Hæc distinctio inter utrumque forum probatur *pag. 21. §. Et hæc*.

Dubius de homicidio reputari debet irregularis *pag. 24. §. Non levis*.

E

Ecclesia si reædificari debeat, vel reparari, qui, & quo ordine teneantur *pagina 99. §. In quibus*.

Debet restaurari a Decimatoribus ubi nullus adsit Patronus *ibid. §. Quod verò*.

Cathedralis pertinet ad Episcopum *pagin. 82. §. Sustinet*.

Nisi adsit aliquod Statutum in contrarium, vel aliqua contraria consuetudo *ibid.*

Vel Ecclesia habeat particulares redditus pro Fabrica *ibid.*

Parochialis refectioni quomodo providendum *pag. 69. §. Quæ sentit*.

Aliquando in eam causam Subsidia Dotalia collata sunt *Ibid.*

Aliquando etiam Legata Missarum *Ibid.*

Non tenetur Cappellanus Curatus, si habeat redditus exiguos *pag. 99. §. Attamen*.

Quando est designata certa Ecclesia pro celebratione Missarum, non conceditur translatio Cappellaniæ *pag. 118. §. Sacra*.

Fortius si in ea Testator elegit Sepulchrum *pag. 83. §. Quamvis*.

Licet plures afferantur causæ ad impetrandam translationum *Ibid.*

Facilius conceditur, si nullam habeat præscriptam Ecclesiam *pag. 37. §. Ad rem*.

Ecclesia semper detestata est Matrimonia clandestina *pag. 101. §. Sustinent*.

Ecclesiastica quando dicatur Cappellania *pagin. 130. §. Dum enim*.

Non constituitur per reservationem juris Patronatus *pag. 130. §. Et quamvis*.

Hæc qualitas potissimè consistit in Auctoritate Ordinarii *Ibid.*

Cujus requiritur auctoritas *Ibid. §. Dum enim*.

Ecclesiæ servitium laudabiliter spatio quadraginta annorum præstitum a Canonico causam præstat Indulto vacandi a Choro *pagin. 104. §. Urget*.

Præsertim si Canonicus ætate sit gravis, & morbo laboret *Ibid.*

Etiam Præposito Curam Animarum exercenti *ibidem*.

Edicta pro facienda emphyteutica concessione Bonorum Ecclesiasticorum noviter esse affigenda, si novus superveniat licitator, mens est Sac. Congregationis *pag. 49. §. Quia veri*, & *pag. 114. § E contra*, & *pag. 115. §. Sacra*.

Quamvis offerat pro Persona nominanda *Ibidem*.

Et licitator declaret Personam, pro qua obtulit, nec non & Personam Fidejussoris dictæ Personæ nominandæ *ibid.*

Quæ dicantur obligatoria *pag. 114. §. E contra*.

Sunt obligatoria quando præfinitur tempus ad licitandum *ibid.*

Qui tempore habili prior produxit suam oblationem cæteris præfertur, si postea majorem oblationem alterius exæquaverit *pagin. 115. §. Ac tertium*.

Elapso tempore præstituto, nullus admittitur ad licitandum *pag. 114. §. E contra*.

Secus si Edicta fuerint arbitraria, nullum definitum terminum habentia *ibid.*

Et contractus dicitur perfectus favore majoris oblatoris *ibid. §. Ea præsertim*.

Etiamsi nullum Instrumentum concessionis fuerit stipulatum *Ibid.*

Quod dumtaxat requiritur ad illius probationem *ibid.*

Dicitur jus quæsitum illi, qui solus obtulit *ibid.*

Vel in plurium concursu ei, qui plus obtulit *ibid*,

Et potest cogere Venditorem ad rem sibi

v en

vendendam juxta legem in Edictis expressam *pag.* 115. §. *Ea præsertim*.

Educatio Patronorum descendentium a Fundatore aliquando est in causa, ut suspendatur voluntas Defuncti *pag.* 94. §. *Sacra*.

Emphyteusis in pari oblatione conceditur ditiori Oblatori *pag.* 116.. §. *Sacra*.

Episcopus potest eligere quem putat digniorem inter probatos ab Examinatoribus *pag.* 45. §. *Non est*.

Cujus judicio est reservatum *ibid.*

In dubio censetur elegisse Digniorem *ibidem*.

Censetur rationabile illius judicium in præelectione illius, qui est acceptus Populo *pag.* 46. §. *Duo*.

Evidens excessus requiritur, & inexcusabilis, ut Judicium Episcopi dicatur irrationabile *pag.* 43. §. *Judicium*.

Et hic excessus probari debet *ibid.*

Cum quælibet interpretatio sumenda sit pro Judicio Episcopi *ibid.*

Quando debeat dispensare Denunciationes *pag.* 103. §. *Huic*.

Dispensare debet, si scandalum sequatur, vel sit suspicio malitiosi impedimenti *ibid.*

Quæ sint justæ causæ dispensandi a denunciationibus *ibid.*

Episcopo tenentur reddere rationem singulis annis Administratores Operum Piorum *pagin.* 5. §. *Et quamvis*.

An autem id procedat etiam si aliter in ordinatione, vel in fundatione præscriptum sit *ibid.*

Quando ab ipso consulendum sit Seminario Clericorum *pag.* 121. §. *Erectio*.

Examinatores in Scrutinio perpendere debent scientiam, & merita concurrentium *pag.* 44. §. *Rursus*.

Hisque omnibus expensis, reiciant inhabiles per sua suffragia, & idoneos renuncient Episcopo *ibid.*

Quæ requirantur, ut justa dicatur ipsorum relatio *pag.* 44. §. *Rursus*, & *seq.*

Sufficit, ut faciant mentionem genericam de scientia, & meritis Concurrentium, & de iis concurrentibus *ibid.*

Infra decem dies debet appellari a mala relatione Examinatorum *ibid.* §. *Cæterum*.

Executor Testamentarius licet exemptus, compellendus est ad reddendam rationem Episcopo gestæ administrationis *pag.* 4. §. *Alterum*.

Cum Episcopi sint piarum dispositionum executores *ibid.*

Aliud est illos eximere a redditione rationis, aliud est velle, quòd nullus superior Ecclesiasticus, vel laicus se ingerat in administratione Bonorum *pag.* 7. §. *Quod*.

Quando solvere debeant expensas litis, quam substinent pro hæreditate *pagin.* 4. §. *Tertium*.

Non damno executorum, sed hæreditatis cedere debent expensæ litis *pagin.* 5. §. *Demum*.

Experimento triennalis cohabitationis locus est, quum probationes, vel impotentiæ, vel non secutæ consumationis sunt Dubiæ *pag.* 33. §. *Urgetque*.

Quæ computatur a die cohabitationis a Judice decretæ *ibid.*

Exploratio Corporis Virginalis fallax probatio est *pag.* 34. §. *Et quamvis*.

Extrajudiciales Testes de auditu, de publica voce, & fama non attenduntur in materia Matrimonii *pag.* 127. §. *Sustinet*.

F

Fallentiarum participatio conceditur cum Indulto jubilationis *pag.* 105. §. *Similiter*.

Fides Parochi multum valet ad dignoscendum utrum sponsalia fuerint de præsenti, vel de futuro *pag.* 127. §. *Præstat*.

Præsertim si edita sit tempore non suspecto *ibid.*

Asserens, in libro Matrimoniorum non adesse Matrimonium, de quo quæritur, non parum valet ad dignoscendum, utrum constet de Matrimonio *pagin.* 128. §. *Testatur*.

Testium quoque fides, qui sponsalibus interfuerunt, valet multum ad judicandum utrum sponsalia sint de præsenti, vel de futuro *pag.* 128. §. *Pompeius*, & *seq.*

Filii ante Matrimonium progeniti fiunt legitimi per subsequens Matrimonium *pag.* 105. §. *Posita*.

Et fortius si Filii ante Matrimonium progeniti, constante Matrimonio, postea nascantur *ibid.*

Fori Pœnitentialis, & contentiosi distinctio *pag.* 25. §. *Et hæc*.

In foro Pœnitentiali in dubio facti quis reputari debet irregularis *pag.* 124. §. *Verior*.

Secus in contentioso *ibid.*

Fructus Cappellaniæ vacantis aliquando adiiciuntur Patrono donec Cappellanus instituatur *pag.* 116. §. *Sustinet*.

Canonici noviter erecti debent superlucrari distributiones provenientes ex fructibus legatis, & funeralibus, aliisque obventionibus relictis Capitulo post eorum erectionem *pag.* 13. §. *Ac demum*.

Tum etiam ex eleemosynis manualibus, quæ in dies a Fidelibus distribuuntur pro decantandis Missis *ibid.*

Fundationis litera si nullum adiiciat officium, nullamque residentiam, Cappellania dicitur simpliciter Sacerdotalis *pagin.* 17. §. *Sustinet*.

Fundatoris Descendentes, & Patroni [illegible] endi sint, facilius conceditur reductio [illegible] ac

suspensio Cappellaniæ erigendæ *pagin.* 37. §. *Ad rem*.
Cujus hæreditas ad præstanda alimenta reputatur obstricta, *Ibid.*
Hæc tamen suspensio, seu reductio ad vitam tàntum Oratorum conceditur *Ibid.*
Fundatores *Vid.* Beneficiati.

G

GRatiæ Subreptitia, & obreptitia non meretur executionem *pag.* 86. §. *Ab utraque*, & *pag.* 87. §. *ac demum*.
Si sit Pontificia, infecta tali labe est locus aperitioni Oris *pag.* 7. §. *Sacra*

H

HAbilitationis gratia ob deficientiam linguæ Illyricæ virtualiter continet dispensationem eamdem addiscendi *pag.* 87. §. *Sustinet*.
Habitationis triennalis experimento omisso, quando dissolvendum sit Matrimonium *pag.* 32. §. *Fortius*.
Hæres sine Inventario nequit insufficientiam Bonorum hæreditariorum approbare *pag.* 39. §. *Animadvertendum*.
Nec se abstinere ab integra præstatione Legati *Ibid.*
Debet exhiberi computum exitus, & introitus hæreditatis per Decennium *ibid.* §. *Rursus*.
Hæreditatis Status firmandus est *pag.* 59. §. *Itemque*.
Hæredis inopia aliquam præbet reductionis causam *pag.* 71. §. *æquitas*.
Hæreditatis administratores si non dissentiant, facilius conceditur commutatio voluntatis Testatoris *pag.* 122. §. *Maxime*.
Homicidium casuale quando faciat quem irregularem *pag.* 37. §. *Ad cognoscendum*.
Nulla contrahitur irregularitas, si detur opera rei licitæ *pag.* 64. §. *Ad cognoscendum*.
Secus si detur opera rei illicitæ *ibid.*
Honores sibi reservare aliud est, ac sibi reservare emolumenta *pag.* 55. §. *His*.
Horam celebrandi si præscripserit Testator in fundatione plurium Cappellaniarum in una Ecclesia, non conceditur translatio *pag.* 58. §. *Adversatur*
Quia vel alii Cappellani magis gravarentur, vel Sacrorum numerus in horis a Testatore volitis minueretur. *Ibidem*.

I

IDoneis, & dignioribus Parochiales Ecclesiæ conferendæ sunt *pag.* 44. §. *Cæterum*.
Ita ut magis idoneus rejectus possit appellare ad Metropolitanum, vel ad Sanctam Sedem *ibid.*
Et prælectum ad novum examen coram Judice appellationis, & ejus Examinatoribus provocare *ibid.*
Scientiam verò, & merita concurrentium perpendere debent Examinatores, ut renuncient Idoneos Episcopo, *pag. ead.* §. *Rursus*.
Illyricam linguam callere debent Canonici Collegiatæ Ecclesiæ S. Hieronymi Illyricorum Urbis *pag.* 87. §. *Ac demum*.
Certis solemnioribus anni diebus canere debent Evangelium, & Epistolam lingua Illyrica *ibid.*
Hinc Sacerdos, qui dictam linguam ignorabat, amotus fuit a possessione Canonicatus *pag. ead.* §. *Item*.
Imminutio Bonorum, & reddituum. *Vid.* Onerum, & Missarum Reductio.
Impotentia coeundi naturalis, & perpetua nullum, irritumque reddit Matrimonium. *pag.* 32. §. *Hæc sunt*, & *pag.* 61. §. *Dedimus*.
Quibus rationibus illa probetur *pag.* 33. §. *Urgetque*.
Quomodo illius præsumptio *ibid.*
Probari nequit impotentia ex testimonio alterius Conjugis, cujus fides est suspecta *pag.* 61. §. *Quæ quidem*.
Maxime si alter Conjux illam negaverit *ibid.*
Et Periti nullum visibile vitium adesse testati sint *ibid.*
Neque concluditur impotentia mariti ex integritate mulieris *pag.* 61. §. *Quod* &.
Quando uterque Conjux iurejurando impotentiam declarat, admittitur septima manus consanguineorum ad probationem *pag.* 34. §. *Posthabita*.
Non quando Juramenta sunt inter se contradictoria *ibid.*
Quando probationes impotentiæ sunt dubiæ, locus est experimento triennalis cohabitationis *pagin.* 33. §. *Urgetque*.
Quæ computatur a die cohabitationis a Judice decretæ *ibid.*
Incolæ alicujus Regionis, in qua erecta est Paræcia, tenentur præstare onus impositum in Bulla erectionis *pag.* 99. §. *Rursus*
Magis si illud agnoverint. *ibid.*
Vel ex consuetudine jam præstent *ibid.*
Indultum abessendi a Choro cum perceptione quotidianarum distributionum quandoque conceditur etiam ob levem morbum *pag.* 133. §. *Eadem*.
Cum Indulto jubilationis quæ distributiones con-

conçedantur *pag.106.* §. *Non item* , & *Demum* .

Conceditur participatio de punctaturis , seu fallentiis *pag.* 105. §. *Similiter* .

Denegantur distributiones provenientes ex funeralibus , aliisque manualibus obventionibus distribuendæ inter præsentes ex mente Testatorum , consuetudine , aut ex peculiari Ecclesiæ Statuto *pag.*106. §. *Non item* .

Conceditur hoc Indultum Canonico , qui continuum , & laudabile servitium Ecclesiæ præstitit spatio quadraginta annorum *pag.* 104. §. *Urget* .

Præsertim si ætate sit gravis , & morbo laboret *Ibid.*

Etiam Præposito curam animarum exercenti conceditur *Ibid.*

Prorogatur , cum eædem subsunt necessitatis causæ *pag.* 68. §. *Renovat* .

Magis , si adauctæ sint *Ibid.*

Et quando agitur de favore Ecclesiarum *pag.* 69: §. *Addunt* .

Inopia Collegiatæ Ecclesiæ , & Archipresbyteri præbent justam causam translationis *pag.*119. §. *Itemque* .

Inopi Parrono , & a Fundatore descendenti est succurrendum *pag.* 93. §. *Ponderandum* .

Insufficientia redditaum Bonorum . *Vid.* Redituum insufficientia , Reductio , & Voluntatis permutatio .

Ex Integritate mulieris non concluditur impotentia mariti *pag.* 61. §. *Quod et* .

Et quidem perpetua , & absoluta *Ibid.*

Interesse Choro non tenentur Canonici novæ erectionis , dum adimplentur onera perpetua spectantia ad antiquos Canonicos tantum , nisi participenr etiam de emolumentis *pag.* 13. §. *Item* .

Vel nisi ex fundationis lege cogantur *ibid.*

Interpretatio voluntatis dicitur potius , quàm commutatio , quando voluntas Testatoris commutatur in æquale *pag.*122.§.*Maximè* .

Introitus , & exitus hæreditatis per decennium exhiberi debet, ut insufficientia hæreditatis ad onera sustinenda probetur *pag.*39. §. *Rursus* .

Inventarium etiam proferri debet *ead. pag.* §. *Animadvertendum* .

Sine quo hæres nequit se eximere ab integra præstatione Legati *ibid.*

Irregularitas ut contrahatur , quæ culpa sufficiat *pag.* 64. §. *Aliqui* .

Alii putant culpam levem sufficere , aliquando etiam levissimam *ibid.*

Alii dicunt latam culpam requiri *ibid.*

Major est culpa, si quis fugientem percusserit *pag.* 25. §. *Quæ* .

Irregularis non est qui mandat aliquod opus licet periculosum ei,qui opus illud exercere solet, & sponte id opus assumit *pag.*65. §. *Circa* .

Licet sequatur mors , *ibid.*

Quando sit ex homicidio casuali *pag.* 73. §. *Ad cognoscendum* .

Non est , si daret operam rei licitæ *ibid.*

Secus , si daret operam rei illicitæ *ibid.*

In dubio facti reputari debet irregularis in foro pænitentiali *pag.* 24. §. *Verior* .

Secus in foro contentioso *ibid.*

Alii in dubietate sive juris , sive facti excludunt irregularitatem *pag.* 24. §. *Non levis* .

Non fit percutiens aliquem non lethaliter, nec animo occidendi , si mors percussi non ex percussione , sed ex urgentiori causa processerit *pag.* 23. §. *Quo ad* .

Quomodo dignoscatur utrum mors acciderit ex percussione , vel ex alia causa *ibid.*

Fit verò irregularis, si percussus ex ipsa percussione aliam infirmitatem contraxerit , de qua noscitur expirasse *pag.* 25. §. *Et hac* .

Declaratus fuit irregularis Clericus,qui vacans venationi quietæ hominem fortuito interfecerat *pag.* 64. §. *Tota* .

Quæ si procedunt in Sacerdote percutiente , magis procedunt in Clerico , ne ad sacros Ordines ascendat , & ne obtineat Ecclesiastica Beneficia *pag.* 25. §. *Quæ* .

Irregularitatis dispensatio difficilius conceditur , si nullæ afferantur probationes testium præsentium percussioni , ut gravitas percussionis judicetur *pag.* 25. §. *Quæ* .

Nec ullæ Medicorum relationes *ibid.*

Magis , si tempus nimis breve intercesserit a die percussionis , vel mortis percussi . *ibid.*

Facilius conceditur Clerico promoto , quàm promovendo *pag.* 80. §. *Addendum* .

Concessa est Sacerdoti , qui ex fortuita explosione sclopi , salvo remanente pollice, amiserat quatuor digitos sinistræ manus *pag.* 79. §. *Proposita* .

Nec non Sacerdoti , qui inter venandum sibi detruncaverat pollicem , & indicem sinistræ manus *ibid.*

Ad hanc dispensationem obtinendam non parum valet favorabile votum Ordinarii , & pax obtenta a defuncti parentibus , & ab eodem defuncto *pag.* 65. §. *Pro* .

Concessa etiam fuit nondum addicto Ecclesiasticæ militiæ , qui ex morbi affectione rigidos habebat digitos sinistræ manus *pag.* 79. §. *Proposita* .

Etsi nequiret Missalis folia vertere , & patenam multum elevare *ibid. pag.* 80.

Jubilationis Indultum non denegatur ex eo , quòd Canonici ejusdem Ecclesiæ nunquam petierint illud *pag.* 105. §. *Idque* .

Quum ejus materia sit mere facultativa *ibid.*

Hinc pro prima vice concessum fuit Canonico Cathedralis Ecclesiæ *ibid.*

Iud

Judicium Episcopi rationabile præsumitur in electione dignioris *pag.*45. §. *Judicium*.
Hinc evidens, & inexcusabilis excessus requiritur, ut irrationabile dicatur *Ibid.*
Et probari debet concludentissime *Ibid. pag.*43. §. *Hæc autem*.
Appellarique intra decem dies *pagin.* 44. §. *Cæterum*.
Ex benigna enim interpretatione semper aliquis præsumitur dignus in Ecclesiis *Ibid.*
Et quælibet interpretatio sumenda est pro judicio Episcopi *pag.* 45. §. *Judicium*.
Cui reservatum est eligere Digniorem *pag. ead.* §. *Non est*.
Rationabile autem probatur prælectione illius, qui est acceptus populo *pag.* 45. §. *Duo*.
Et ingenium, moresque non laudabiles ejus, qui est exclusus *Ibid.*
Judicium Medicorum attenditur, ut percussio dicatur lethalis *pag.* 24. §. *Ad dignoscendum*.
Et morbi gravitas dignoscatur ad dispensandum a Chori servitio *pag.* 133. §. *N runt enim*.
Juramenta viri, & mulieris si sint contradictoria ob Matrimonii dissolutionem, secundum viri affirmantis juramentum pronunciari debet *pag.* 33. §. *Et revera*.
Denegatur dissolutio Matrimonii *pag.*3. §. *Sacra*.
Nec admittitur septima manus consanguineorum ad probationem *pagin.* 34. §. *Posthabita*.
Quæ admittitur cum uterque Conjux jurejurando impotentiam declarat *ibid.*
Juramento probatur applicatio Missæ pendens a voluntate, & ab actu interno Celebrantis *pag.*107. §. *Quod verò*.
Juramentum servandi Constitutiones Capitulares si reticitum fuerit, petendo dispensationem a Constitutionibus validum est Rescriptum *pag.* 66. §. *Hanc enim*.
Illud enim accessorium est dictis Constitutionibus *ibid.*
Jura passive vocatorum si lædantur, derogatio expressa requiritur *pag.* 87. §. *Animadvertendum*.
Juri communi consona Constitutio Capitularis si reticeatur, Rescriptum dici nequit subreptitium *pag.* 75. §. *Hanc enim*.
Jurispatronatus reservatio non constituit Cappellaniam Ecclesiasticam *pagin.* 131. §. *Et quamvis*.
Nam etiam convenit Legato Pio *ibid.*

L

Laicalis quando dicatur Cappellania *pagin.* 103. §. *Dum enim*.
Dicitur mere laicalis si nec in erectione, neque in institutione intercesserit auctoritas Ordinarii *ibid.*
Si Testator nullo utitur vocabulo Cappellaniæ in Testamento *ibid.*
Fortius si dispositio facta sit a Laico de Bonis laicalibus *ibid.*
Hujus reductio. *Vid.* Reductio Missarum.
Legatum pium cum onere Missarum quomodo distinguatur a Cappellania Ecclesiastica *pag.* 130. §. *Dum enim*.
Huic etiam convenit addictio certi Altaris *pag.* 131. §. *Et quamvis*.
Et reservatio jurispatronatus *ibid.*
Legitimatio fit per subsequens Matrimonium *pag.* 103. §. *Posita*.
Licitationis Edicta quæ dicantur obligatoria *pag.* 114. §. *E contra*.
Obligatoria dicuntur, quando præfinitur tempus ad licitandum *ibid.*
Quo tempore elapso, licitationis contractus dicitur perfectus, & jus quæsitum illi, qui solus obtulit *pag.* 114. §. *Ea præsertim*.
Vel in plurium concursu ei, qui plus obtulit *ibid.*
Ita ut locator, & venditor cogi possint ad rem locandam, & vendendam juxta legem in Edictis expressam *ibid.*
Etiamsi nullum instrumentum concessionis fuerit stipulatum *ibid.*
Quod dumtaxat requiritur ad illius probationem *ibid.*
Nec alter jure civili admittitur ad licitandum *pag.*114. §. *E contra*.
Secus est si Edicta fuerint arbitraria, nullum præfinitum tempus habentia *ibid.*
Ast Sacra Congregatio nova esse affigenda Edicta, superveniente novo Oblatore post tempus præfinitum favore Ecclesiæ, decrevit *pag.*49. §. *Quia verò pag.*115. §. *Sacra*.
Licet offerat pro persona nominanda *pag.*49. §. *Quia verò*.
Declarari tamen debet persona, pro qua obtulit, & Fidejussor ejusdem *ibid.*
Linguæ Illyricæ peritia *Vid.* Illyrica lingua.
Litis expensæ factæ pro hæreditate, ejusdem damno cedere debent *pag.*5. §. *Demum*.
Non damno Executorum Testamentariorum *ibid.*
Aliquando isti tenentur *pag.*4. §. *Tertium*.

M

Manutentio Ecclesiæ, ædiumque illi adnexarum ad quos spectet *pag.*99. §. *Quod verò*.
Matrimonium ut sit validum fieri debet coram Parocho, & duobus testibus *pag.* 101. §. *Sustinent*.
Utcumque Parochus dissentiat, vel aufugiat *ibid.*
Vicarius Generalis æque, ac contrahentium

tium Parochus ex proprio officio, & facultate potest interesse celebrationi Matrimonii pag.102. §. Sustinentque.
Nec indiget speciali commissione Episcopi ibid.
Potest etiam concedere licentiam assistendi Matrimonio simplici Sacerdoti ibid.
Et Matrimonium coram eo celebratum est validum ibid.
Assensus autem contrahentium debet esse prolatus per verba de præsenti pagin.101. §. Sustinet.
Non est invalidum Matrimonium si omittantur denunciationes pag.102. §. Huic.
Quia non sunt de substantia aut forma illius pag.101. §. Sustinent.
Est tamen illicitum ibid.
Dicitur Clandestinum largo modo sumptum ibid.
Subiciturque pœnis præscriptis pro Matrimoniis Clandestinis ibid.
Neque est invalidum si contrahatur post inita sponsalia de futuro cum altera pag.123. §. Nulla quæstio.
Secus post sponsalia de præsenti ibid.
Tunc enim cogitur redire ad primam, relicta posteriori conjuge ibid.
Per subsequens Matrimonium filii ante Matrimonium progeniti, natique fiunt legitimi pag.103. §. Posita.
Magis, si filii ante Matrimonium progeniti, constante Mattimonio, postea nascantur ibid.
Matrimonia clandestina Ecclesia semper est detestata pag.101. §. Sustinet.
Matrimonii dissolutio petita post sexennale tempus præsefert doli, & fraudis suspicionem pag. 32. §. Animadvertit.
Præsertim si Conjux non fuerit conquesta de impotentia alterius Conjugis Ibid.
Et de non secuta Matrimonii consumatione Ibid.
Denegari idcirco solet pag. 33. §. Sacra.
Magis, quando juramenta sunt contradictoria Ibid.
Imbecillesque sunt Peritorum relationes ibid.
Denegatur quoque Matrimonii dissolutio, deficiente perpetua, & absoluta impotentia pag. 61. §. Dedimus.
Quæ probari nequit ex alterius Conjugis testimonio, cujus fides est suspecta ibidem §. Quæ quidem.
Maxime si alter illam negavit Ibid.
Quando dissolvendum sit Matrimonium absque experimento triennalis habitationis pag.32. §. Fortius.
Naturalis, & perpetua coeundi impotentia nullum, & irritum reddit Matrimonium pag.32. §. Hæc sunt.
Quæ probationes Matrimonii consumationem excludant pag.33. §. Urgetque.
Quæ concludant perpetuam impotentiam Ibid.
Quid valeat probatio septimæ manus ad Matrimonii dissolutionem pag. 34. §. Posthabita, & seq.
Non attenduntur Testes extrajudiciales de auditu, de publica voce, & fama pag. 127. §. Sustinet.
Fides Testium, qui interfuerunt Sponsalibus, valent multum ad dignoscendum utrum Sponsalia sint de præsenti, vel de futuro pag. 128. §. Pompeius, & seq.
Parochi asserentis, in libro Matrimoniorum adesse Matrimonium, de quo quæritur, non parum valet ad dignoscendum utrum constet de Matrimonio pagin. 128. §. Instatur.
Medicorum judicium asserentium morbi gravitatem, quæ a residentia excuset, plurimum attenditur pag. 133. §. Norunt enim.
Quin etiam ut percussio dicatur lethalis pag. 24. §. Ad dignoscendum.
Melioramenta Fundorum, qui inserviunt ad implementum alicujus Legati pii si facta sint ab hærede repetuntur pag.71. §. Quò verò.
Merita concurrentium perpendenda sunt ab Examinatoribus in Scrutinio pagin. 44. §. Rursus.
Et sufficit, quòd in relatione facta Episcopo de iis facta sit mentio generica pagin. 44. §. Rursus.
Missarum celebratio plenè probatur ex codicibus Sacristiæ pag. 107. §. Quoad vero.
Ex simplici demandata Missarum celebratione non inducitur onus residendi pag.17. §. Attamen.
Limitatur, si debeat per se ipsum in aliqua Ecclesia celebrare pag.18. §. Aliter.
Et si non celebret per se ipsum, potest cogi sub pœna privationis Beneficii ibid.
Applicatio pendens a voluntate, & ab actu interno Celebrantis ipsius juramento probatur pag.107. §. Quod verò.
Conceditur præfinitio numeri pagin. 12. §. Non enim.
Cum illum non præfinivit Testator, neque executores Testamentarii, ad quos spectabat Ibid.
Missarum certum onus cum assignatione certæ Dotis convenit etiam Legato pio pagin.131. §. Et quamvis.
Definiri debet numerus quando celebratio demandata est ex redditibus Bonorum Cappellaniæ pag.94. §. Sacra.
Voluntas Testatoris celebrandi tot Missas habet tacitam, & adnexam conditionem, si redditus in eodem statu sint, & in eadem exigantur quantitate pag.20. §. animadvertendum.
Et si non sufficiant, tunc reducuntur onera pag.71. §. Dubium.
Quæ regula servatur in reductione quoad modum pag.71. §. Si verò.
Post reductionem omnium onerum reducuntur Missæ Ibid.

Ra-

Ratione suffragij ex opere operato *ibid.*
Nisi aliter Testatoris voluntas suadeat *ibid.*
Prius Missæ cum cantu, quàm lectæ *ibid.*
Reductio Missarum conceditur item, quando diminuti sunt redditus Fundi taxative destinati *pag. 66. §. ponderandum, & pag. 60. §. firmata.*
Conceditur, quando nemo ex compatronis, vel ex Cappellanis causam dederit imminutioni redditüum *pag. 20. §. Animadvertendum.*
Quando imminutio processit ex facto Principis reducentis censuales redditus *ibid.*
Missæ quotidianæ facilius conceditur quando agitur de Cappellania pure, & simpliciter laicali *pag. 37. §. Ad rem.*
Magis si nullam habeat præscriptam Ecclesiam, nullum præscriptum Altare *ibid.*
Et quando agitur pro Descendentibus Fundatoris, & Cappellaniæ Patronis habentibus Patronatum activum, & passivum, nec Cappellania est Sacerdotalis, & residentialis *ibid.*
Missarum certum onus, & assignatio Dotis Cappellaniæ non facit illam Ecclesiasticam *pag. 131. §. Et quamvis.*
Morbus levis, cujus augumentum timeri potest, sufficit, ut quis abesse possit cum perceptione distributionum quotidianarum *pagin. 133. §. Et plane.*
Et non obstat dissensus & contradictio Capituli *ibid.*
Mores non laudabiles ejus, qui exclusus est in collatione Beneficii, rationabile ostendunt judicium Episcopi *pag. 46. §. Duo.*

N

NEcessariæ restaurationes dicuntur quæ tales judicatæ fuerunt a Peritis judicialibus *pag 82. §. Promotor.*
Numerus Missarum est præfiniendus, quem neque Testator, neque executores Testamentarii præfinierunt *pag. 22. §. Non enim.*

O

OBlatio prior tempore habili producta præfertur, si postea majorem alterius oblationem exæquaverit *pag. 115. Ac tertium.*
Elapso tempore præfinito in Edictis, contractus dicitur perfectus favore majoris Oblatoris *pag. 114. §. Ea præsertim.*
Etiamsi nullum Instrumentum concessionis fuerit stipulatum *ibid.*
Quod dumtaxat requiritur ad illius probationem *ibid.*
Quæ dicatur major oblatio *pag. 115. §. Quod verò.*
Pendet a majori Canonis oblatione, a conditione, & divitiis Oblatoris *ibid.*
Et in oblatione pari multum attenditur idoneitas Oblatoris & sollicitudo in solvendis pensionibus ut præferatur *pag. 50. §. Res.*
Quin etiam præferuntur Conductores detinentes Bona in emphyteusim danda *pag. 114. §. Res igitur.*
Et in pari conceditur ditiori *pag. 116 §. Sacra.*
Obligatoria Edicta hunc habent effectum, ut elapso tempore præstituto, nullus admittatu ad licitandum *pag. 114. §. E contra.*
Secus est si Edicta fuerint arbitraria nullum præfinitum terminum habentia *Ibid.*
Obligatio ad celebrandum diversa est ab illa ad applicandum *pag. 107. §. præterea.*
Obreptitia gratia non meretur executionem *pag. 86. §. ab utroque, & pag. 87. §. Ac demum.*
Omissio denunciationum non invalidat Matrimonium contractum *pag. 102. §. Huic.*
Reddit tamen illud illicitum *ibid.*
Et Clandestinum largo modo sumptum *ibid.*
Hinc subiicitur pœnis præscriptis pro Matrimoniis clandestinis *Ibid.*
Onus impositum in Bullis erectionis Pareciæ si agnoverunt Incolæ alicujus Regionis tenentur præstare *pag. 99. §. Rursus.*
Quin etiam præstare debent ea, quæ ex consuetudine ab illis præstantur *ibid.*
Onera potest augere Patronus quando auget redditus Cappellaniæ *pag. 131. §. Cæterum.*
Potissimum quando de majori cultu divino agitur *ibid.*
Onerum Missarum quo ad reductionem quæ regula servetur *pag. 71. §. Si verò.*
Reliqua potius, quàm Missæ sunt reducenda *ibid.*
Ratione suffragii ex opere operato *ibid.*
Et prius Missæ cum cantu, quàm lectæ *ibid.*
Diminutis redditibus Fundi taxative designati *pag. 66. §. Ponderandum.*
Si agatur de onere Sacrorum jam agnito, minuitur ad ratam manualis *pag. 67. §. quod verò.*
Item si Bona taxative assignata perierint in parte, reducetur proportionabiliter *p. 109. §. Hujus.*
Nec hæres potest cogi ad supplendum quod deest *ibid.*
Secus si Bona fuerint demonstrative assignata *ibid.*
Reducitur ex difficultate inveniendi Sacerdotis *pag. 60. §. Sic.*
Ob tenuitatem Stipendii *ibid.*
Licet agatur de Cappellania Jurispatronatus *ibid.*

Hæc tamen aliquando conceditur, durante tàntum necessitate *ibid.*
Si redditus non sufficiant *pag.* 71. §. *Dubium* .
Onus residendi quando inducatur ab onere celebrandi *pag.*17. §. *Attamen* .
Non inducitur ex simplici demandata Missarum celebratione, vel ab exercitio alterius Sacræ functionis *ibid.*
Infertur verò ex verbis expressis, quòd Cappellanus debeat per se ipsum in aliqua Ecclesia celebrare *pag.* 18. §. *Aliter* .
Opus Pium a Testatore volitum si impleri nequeat, tunc mutanda est voluntas *pag.* 5. §. *Limitatur* .
Si ad illud implendum non sufficiant Bona, applicari possunt Seminario Clericorum *pag.*121. §. *Electo* .
Vel in alios Pios usus *ibid.* §. *Et quamvis* .
Operum Piorum administratores singulis annis tenentur rationem reddere Episcopo *pag.* 5. §. *Et quamvis* .
Ordinarius quando debeat dispensare denunciationes *pag* 103. §. *Huic.*
Debet si scandalum sequatur, vel sit suspicio malitiosi impedimenti *ibid.*
Qualitas Beneficii in auctoritate Ordinarii potissimum consistit *pag* 131. §. *Et quamvis* .
Et ipsius auctoritas requiritur in erectione, & institutione, *Ibid.* §. *Dum enim* .
Sine ipsa Càppellania dicitur mere laicalis *ibid.*
Ideo requiritur, ut dicatur Ecclesiastica *ibid.*
Votum Ordinarii favorabile non parum valet ad obtinendam dispensationem ab irregularitate *pag.* 65. §. *prò* .
Oris aperitio non datur cum nulla est obreptio, vel subreptio *pag.*4. §. *tria.*
Secus si hujusmodi labe infecta sit, id que definivit Sac. Congregatio *pag.* 7. §. *Sacra.*
Orphanatus qualitas a Testatore præscripta quoad puellas incertas non extenditur ad consanguineas ex justa causa *pag.* 27. §. *Rursus* .
In ultimis voluntatibus orphani accipiuntur, qui Patre tàntum destituuntur *ibid.*
Et qui Parentes habent inutiles ob extremam paupertatem *ibid.*

P

Parochialis Ecclesiæ refectioni quomodo providendum *pag.* 69. §. *quæ* .
Aliquando in eam causam subsidia dotalia collata sunt *ibid.*
Aliquando etiam Legata Missarum *ibid.*
Conferenda est non solum dignis, sed magis idoneis *pag.* 44. §. *cæterum* .
Ita ut magis idoneus rejectus possit ad Metropolitanum, vel ad S. Sedem appellare *ibid.*
Et prælectum ad novum examen coram Judice Appellationis, & ejus Examinatoribus provocare *ibid.*
Parochus debet providere de opportuno Cappellano quando plures Parochiani longe distant ab Ecclesia Parochiali *pag.* 115. §. *Ulterius* .
Qui Canonici Coadjutores in exercitio Curæ Animarum debent tantummodo in subsidium coadjuvare Parocum *pag.* 9. §. *cùm* .
Datur Parocho Stipendium non præcise ut Sacrum celebret ad intentionem Populi, sed potius ratione sui pastoralis Officii *pag.* 107. §. *præterea* .
Coram ipsò, & duobus testibus fieri debet Matrimonium ut sit validum *pag.* 101. §. *Sustinent* .
Utcumque Parochus dissentiat, vel aufugiat *ibid.*
Fides ipsius asserentis, in Libro Matrimoniorum non adesse Matrimonium, de quo quæritur non parum valet ad dignoscendum utrum constet de Matrimonio *pag.*128. §. *testatur* .
Et multum valet ad dignoscendum utrum Sponsalia sint de præsenti, vel de futuro *pag.* 127. §. *præstat.*
Patronatus reservatio convenit etiam Legato Pio, & Cappellaniæ mere laicali *pag.* 131. §. *Et quamvis* .
Patrono inopi succurrendum est *pag.* 91. §. *ponderandum*, & *pag.* 37. § *ad item*
Aliquando ipsi adjciuntur fructus Cappellaniæ vacantis donec substituatur Cappellanus *pag.* 116. §. *Sustinet* .
Debet tamen curare, ut onera Cappellaniæ impleantur *ibid.*
Habens jus activum, & passivum Cappellaniæ licet celebrare debeat per se ipsum, facultatem habere solet celebrandi per alium ex justis causis *pag.* 58. §. *Superest.*
Pro ipsis educandis, atque alendis, aliquando suspenditur voluntas, si a Fundatore sint descendentes *pag.* 94. §. *Sacra* .
Si augeat redditus Cappellaniæ, etiam onera augere permittitur *pag.*131. §. *Cæterum* .
Præsertim quando de majori cultu divino agitur *ibid.*
Parentibus defuncti data Pax non parum valet ad dispensationem obtinendam ab irregularitate *pag.* 65. §. *pro* .
Percutiens aliquem non lethaliter, nec animo occidendi non efficitur irregularis, si mors percussi non ex percussione, sed ex urgentiori causa processerit *pag.* 23. §. *quoad primum* .
Quando dignoscitur, an mors acciderit ex percussione, vel ex alia causa *ibid.*
Inspiciendum est an percussio modica, & levis

levis fuerit *pag.* 23. §. *quoad dignoscendam*.
An in ea Corporis parte, in qua ad mortem de facili percuti non solet *ibid.*
Percussio dicitur lethalis, si ita judicatur a Medicis *pag.* 14. §. *Ad dignoscendum*.
Periculosum opus licitum si quis mandavit ei, qui illud opus exercere solet & sponte opus assumpsit, licet mors sequatur, non est irregularis *pag.* 65. §. *circa*.
Peritus Judicialis si judicaverit restaurationes necessarias, illæ dicuntur tales *pag.* 82. §. *promoto*.
Periclitantibus Puellis quomodo consulendum sit *pag.* 6. §. *Neutrum*.
Permutatio voluntatis *Vid.* Voluntatis commutatio.
Pœna properantium ad novum Conjugium, pendente adhuc judicio super validitate sponsalium, vel Matrimonii, quæ sit. *Vid. pag.* 129. §. *Hæc habentur*.
Pœna Privationis si non imposita fuerit Cappellano celebranti per se ipsum, residentiæ onus non inducitur *pag.* 17. §. *Maxime*.
Sed si adjecta fuerit per verba affirmativa, censeri debet inflicta in casu tantum, quo Cappellanus nec per se, nec per alium celebraret *ibid.*
Si celebrare debeat per se, potest cogi ad celebrandum per se ipsum sub pœna privationis Beneficii *pag.* 18. §. *Aliter*.
Et quando non concurrunt verba, quòd Cappellanus debeat sic celebrare, implere potest onus per alium *pag* 131. §. *nec aliter*.
Pontificium Rescriptum nullum est cum S.Pontifici falsa sunt narrata, & verum est reticitum *pag.* 4. §. *Vrgent*.
Preces datæ Summo Pontifici satis est, quòd contineant quod ad substantiam pertinet petitionis, ut gratia sit valida, & exequenda *pag.* 87. §. *Subest*.
Prelatio datur Puellis a Testatore Descendentibus ad Dotes assequendas a Testatore relictas *pag.* 26. §. *Hæc tamen*.
Nec pro sola quantitate cæteris Puellis distribuenda, sed pro majori numero Dotium *ibid.*
Idque probatur pluribus exemplis *pag.* 27. §. *Idque*.
Magis si hæc Dotatio nulli est allatura præjudicium *ibid.* §. *fortius*.
Datur ei, qui tempore habili prior produxit suam oblationem, si postea majorem oblationem alterius exæquaverit *pag.* 115. §. *Ac tertium*.
Insuper attenditur idoneitas oblatoris, & sollicitudo in solvendis pensionibus *pag.* 50. §. *Res*.
Præelectio illius, qui est acceptus Populo ostendit rationabile judicium Episcopi *pag.* 48. §. *Duo*.
Et ingenium, moresque non laudabiles illius, qui est exclusus *ibid.*
Præpositus, & quilibet alius Parochus tenetur per se curam animarum exercere *pag.* 8. §. *Jus*.
Et potissimum morientibus Parochianis assistere *ibid.*
Dummodo tamen sit præsens, & non legitime impeditus *ibid.*
Præsumptionem contrariam si habeant, assertiones probari debent *pagin.* 43. §. *Hac autem*.
Probationes pro dissolvendo Matrimonio *Vide.* Matrimonium.
Probationes celebrationis Missarum plene deducuntur ex Codicibus Sacristiæ *pag.* 107. §. *quod verò*.
Applicatio Missarum utpote actus voluntatis, & internus juramento celebrantis *ibid.*
Prorogatur Indultum cum eadem urget necessitatis caussa *pag.* 68. §. *renovat*.
Punctatutarum, & quotidianarum distributionum participatio conceditur cum Indulto jubilationis *pag.* 105. §. *Similiter*.

Q

Qualitas Cappellaniæ Ecclesiasticæ in auctoritate Ordinarii potissimum consistit *pag.* 131. §. *Et quamvis*.
Et pariter Beneficii qualitas in ea consistit *ibid.*
Orphanatus qualitas a Testatore præscripta quoad Puellas incertas non extenditur ad Consanguineas ex justa causa *pag.* 27. §. *Rursus*.
In ultimis voluntatibus orphani accipiuntur qui Patre tàntum destituuntur *ibid.*
Et qui Parentès habent inutiles ob extremam paupertatem *ibid.*
Quantitativa Dos Cappellaniæ si legata sit taxative, necessariò sequitur reductio onerum, si ea non sufficiat *pag.* 60. §. *firmata*.
Sæpe concessæ sunt hujusmodi reductiones *pag.* 60. §. *plures*.
Quamvis ageretur de Cappellaniis Patronalibus *ibid.*
Patroni verò a præstando supplemento sunt absoluti *ibid.*

R

Recognitio Corporum quomodo facienda sit *pag.* 34. §. *ponderandum*, & *seq.*
Redditio rationum facienda est Episcopo a quolibet administratore licet exempto *pag.* 4. §. *alterum*, & *pag.* 5. §. & *quamvis*.
Cum Episcopi sint piarum dispositionum executores *ibid.*
Aliud est eximere executores Testamentàrios a redditione rationum, aliud est vel-

velle, quòd nullus Superior Ecclesiasticus, vel laicus se ingerat in administratione Bonorum *pag.* 7. §. *quod*.
Redditus Bonorum constituti pro celebratione Missarum si imminuti sint, minuendus est numerus Missarum celebrandarum *pag.* 136. §. *Et revera*.
Et si non sufficiant ad exequendum opus volitum a Testatore, converti debent in alios pios usus *pag.* 121. §. *Et quamvis*.
Redecimæ a Jure improbantur *pag.* 98. §. *Cappellanus*.
Reductionis causam aliquando præbet hæredis inopia *pag.* 71. §. *Æquitas*.
Reductio Cappellaniæ. *Vid.* Cappellania.
Subsidii Dotalis sæpius denegatur *pag.* 39. §. *Itemque*.
Onerum *Vide* onera.
In reductione quæ teneatur regula *pag.* 71. §. *Si verò*.
Reædificatio Ecclesiæ, & adnexorum ad quos spectet *pag.* 99. §. *quod verò*.
Relatio Examinatorum, *Vide* Examinatores.
Rescriptum Pontificium nullum est cum S.Pontifici falsa sunt narrata, & vera reticita *pag.* 4. §. *Vrgent*.
Dispensationis a Constitutionibus Capitularibus nullum dici non potest, si reticitum fuerit juramentum eamdem servandi *pag.* 76. §. *Hanc enim*.
Præfatum enim juramentum est accessorium Capitularibus dispositionibus *ibid.*
Reservatio juris patronatus non constituit Cappellaniam Ecclesiasticam *pag.* 131. §. *Et quamvis*.
Emolumentorum diversa est a reservatione honorum *pag.* 55. §. *his*.
Residentia ubi nulla adjecta sit, Cappellania dicitur simpliciter Sacerdotalis *pag.* 17. §. *Sustinet*.
Iudicium Medicorum, qui afferunt Mortis gravitatem excusat *pag.* 133. §. *Norunt etiam*.
Illius onus inducitur ab onere celebrandi per se ipsum *pag.* 17. §. *Attamen*.
Non inducitur ex simplici celebratione Missarum *ibid.*
Infertur si expresse ex verbis constet, quòd per se debeat celebrare in aliqua Ecclesia *pag.* 18. §. *Aliter*.
Restauratio Ecclesiæ, quæ non habet Patronum, pertinet ad Decimatores *pag.* 99. §. *quod verò*.
Cathedralis pertinet ad Episcopum *p.* 82. §. *Sustinet*.
Nisi adsit aliquod Statutum in contrarium *ibid.*
Parochialis restauratio a quibus, & quo ordine perficienda *pag.* 99. §. *In quibus*.
Primo tenetur Patronus, deinde Parochiani *ibid.*
Non tenetur Cappellanus Curatus, si exiguos habeat redditus *pag.* 99. §. *Attamen*.
Reticentiæ Testatorem expresse prohibuisse voluntatis Commutationem utrum reddant gratiam subreptitiam *pag.* 5. §. *Vrgent*.
Constitutionis Capitularis consonæ dispositioni juris communis si non inducit vitium Subreptionis *pag.* 76. §. *Hanc enim*.

S

SAcerdos simplex de licentia Vicarii Generalis potest assistere Matrimonio *pag.* 102. §. *Sustinent*.
Ratio difficultatis inveniendi Sacerdotis habenda est in determinanda eleemosyna *pag.* 60. §. *plures*.
Idque committitur arbitrio Ordinarii *ibid.*
Sacerdotalis Cappellania quando dicatur actu, vel habitu *pag.* 131. §. *nec pariter*.
Non dicitur nec actu, nec habitu quando Testator non præcipit, Cappellanum debere per se celebrare Sacra *ibid.*
Et per alium potest onera adimplere *ibid.* & *pag.* 17. §. *Sustinet*.
Seminario Clericorum quomodo consulendum est ab Episcopo *pag.* 121. §. *Erectio*.
Ei applicantur Bona insufficientia ad exequendum opus a Testatore volitum *ibid.*
Et hujusmodi applicatio tenet principem locum *pag.* 122. §. *Et quamvis*.
Sepulturam si elegit Testator in ea Ecclesia, in qua fundavit Cappellaniam, non conceditur translatio ad aliam Ecclesiam *pag.* 58. §. *Hisce*.
Non obstante difficili accessu ad Ecclesiam, in qua Testator Cappellaniam fundavit *ibid.* §. *Quamvis*.
Sponsalia quando dicantur de futuro *pag.* 127. §. *Nulla quæstio*, & *seq.*
Et quando de præsenti *Ibid.*
Mutuo contrahentium consensu receditur a Sponsalibus de futuro *Ibid.*
Si post Sponsalia de futuro quis Conjugum contraxit Matrimonium, validum est *Ibid.*
Secus post contracta Sponsalia de præsenti, si aliquis ex Conjugibus cum alio celebraverit Matrimonium, cogitur redire ad primum, derelicto posteriore Conjuge *Ibid.*
Scrutinium fit, ut Examinatores perpendere debeant scientiam, & merita concurrentium *pag.* 44. §. *Rursus*.
Hisque omnibus expensis, rejciant inhabiles per sua suffragia, & idoneos renuncient Episcopo *Ibid.*
Subreptitia gratia non meretur executionem *pag.* 86. §. *Ab utroque*, & *pag.* 87. §. *Ac demum*.
Et est locus aperitioni oris adversus gratiam Pontificiam infectam tali labe *pagin.* 7. §. *Sacra*.

Nos

Non est locus cum nulla est obreptio, vel subreptio *pag* 4. §. *Tria*.

T

Taxative dicitur relictum Legatum pium quando incipit ab assignatione Bonorum *pag.*109. §. *Regula*.
Si Bona tali modo assignata perierint in parte, proportionabiliter minuendum est onus *Ibid.* §. *Hujus*.
Nec hæres potest cogi ad supplendum quod deest *Ibid.*
Secus si Bona fuerint demonstrative assignata *Ibid.*
Testamenti verba demonstrant quando Cappellania sit Ecclesiastica, vel mere laicalis *pag.*130. §. *Dum enim*.
Testatoris voluntas non destruitur, si ex justa causa disponatur de casu, cui Testator non consuluit *Ibid.*
Descendentibus a Testatore, vel conjunctis conceditur major numerus Dotium si fiat Eque Pauperes etiam si remanserint aliæ Puellæ in urna extrahendæ *pag.*27. §. *Quin relevet*.
Magis si hic dotationis modus non fuerit a Testatore præscriptus *Ibid.*
Et præjudicium, quod hisce infertur est temperaneum *Ibid.*
Si fundaverit plures Cappellanias in una Ecclesia, non conceditur translatio *pagin.*58. §. *Adversatur*.
Potissimum si onus celebrandi certa hora præscripserit, præsertim summo mane *Ibid.*
Quia alii Cappellani, vel magis gravarentur, vel Sacrorum numerus hora a Testatore volita minueretur *Ibid.*
Testes extrajudiciales de auditu, de publica voce, & fama non attenduntur in materia Matrimonii *pag.*127. §. *Sustinent*.
Eorum fides, qui interfuerunt Sponsalibus multum valet ad dignoscendum utrum Sponsalia sint de præsenti, vel futuro *pagin.*128. §. *Pompeius*, *& seq.*
Titulo Cappellaniæ, ut possit nominatus promoveri debet esse inamovibilis *pagin.*130. §. *Allegatt.*
Triennalis habitationis experimento omisso, quando dissolvendum sit Matrimonium *pagin.*32. §. *Fortius*.
Translatio Cappellaniarum conceditur aliquando *pag.*113. §. *Sacra*.
Non conceditur quando præjudicium Tertio infertur *Ibid.*
Nec quando pro Missarum celebratione certa Ecclesia, certumque Altare est designatum *ibid.*
Pari modo quando non concurrit justa, & necessaria causa *Ibid.*
Nec conceditur Cappellaniæ translatio ab Ecclesia, in qua Testator Sepulturam elegit *pag.*88. §. *Quamvis*.
Licet plures afferantur causæ ad impetrandam translationem *Ibid.*
Permittitur quando intervenit justa, & necessaria causa *pag.*119. §. *E contra*.
Quam causam justam præbet inopia Collegiatæ Ecclesiæ & Archipresbyteri *Ibid.* §. *Itemque*.
Non denegatur, si tendat ad augumentum divini cultus, & salutem animarum *pagin.*120. §. *Ac demum*.
Facilius conceditur quando ad illius executionem assentiunt ii, quorum interest ne translatio fiat *Ibid.* §. *Censetur*.
Potissimum si accedat judicium Episcopi *Ibid.*

V

Validitas Matrimonii pendet a mutuo consensu Contrahentium probato per verba de præsenti *pag.*101. §. *Sustinet*.
Gratiæ desumitur ex non facta Summo Pontifici præteritione ullius rei ad substantiam pertinentis *pag.*87. §. *Sustinet*.
Venditor potest cogi ad vendendum ab eo, qui plus obtulit, si elapsum sit tempus licitationis *pag.*104. §. *Ea præsertim*.
Venatio, quæ permissa sit Clericis *pag.*64. §. *Tota*.
Utrum non clamorosa, & quieta sit Clericis interdicta *ibid.*
Controversia est indecisa *ibid.*
Sac. Congregatio irregularem declaravit Clericum, qui vacans venationi quietæ hominem fortuito *interfecit*.
Vicarius Generalis æque ac contrahentium Parochus ex proprio officio, & facultate potest interesse celebrationi Matrimoniorum *pag.*102. §. *Sustinent*.
Nec indiget speciali commissione Episcopi *ibid.*
Et Matrimonium coram ipso factum est validum *ibid.*
Voluntas tunc commutanda est, cum impleri nequit pium opus volitum a Testatore *pagin.*5. §. *Limitatur*.
Quoniam ipse Testator mutasset in aliud simile pium opus *ibid.*
Et quando justa, & rationabilis adsit commutationis causa *ibid.*
Facilius conceditur si non dissentiant Administratores hæreditatis *pag.*122. §. *Maxime*.
De jure vetita est *pag.*121. §. *Et quamvis*.
Commutantur tamen, si adimpleri nequeant modo volito a Testatore *ibid.*
Celebrandi tot Sacra habet tacitam, & adnexam conditionem, si redditus in eodem statu sint *pag.*20. §. *Animadvertendum*.

Ulti-

Ultimæ Morientium voluntates sunt servandæ, nec facile commutandæ, ne Fideles ab hisce disponendis removeantur *pagin.5. §. Regula*.

Etiamsi in melius fieret commutatio *ibid.*

Quando commutationi aperte resistit voluntas Testatoris *ibid.*

Quando commutatur in æquale, dicitur potius interpretatio, quàm commutatio *pagin.122. §. Maximè*.

Utrum reticentia, Testatorem expresse prohibuisse voluntatis Commutationem reddat gratiam subreptitiam *pagin.5. §. Urgent*.

Usibus piis Bona relicta custodiri debent, quò plenius, & utilius potest *pagin.109. §. Præcipit*.

FINIS.

INDEX
RESOLUTIONUM

Quæ prodierunt in Causis in Sac. Congregatione Concilii propositis anno 1776.

A

ABessendi facultas à loco residentiæ Cappellano fuit denegata *in Hortana* 20. *Januarii pag.*1.

Abessenti a Choro pro absolvendo cursu philosophiæ Indultum percipiendi quotidianas distributiones confirmavit Sac. Congregat. *in Faventina Distributionum* 13. *Julii ad I. Dub. pag.*83.

Omnesque distributiones ad formam Indulti concessit *ibid. ad II. Dub.*

Administrationis rationem Episcopo reddere debent Executores testamentarii hæreditatis ad pios usus destinatæ *Asculana Commutationis Voluntatis* 20. *Januarii ad II. Dub. pag.*2., *& seq.*

Agnitum onus in Bulla erectionis Parræciæ impositum à Parochianis præstandum est *Firmana* 7. *Septembris ad I. Dubium pagin.*111.

Præsertim si exigui sint redditus Ecclesiæ Parrochialis *ibid.*

Alumnum nominandi jus denegatum fuit Confratribus Societatis Mortis *in Amerina Applicationis* 23. *Novembris ad II. Dubium pag.*124.

Animarum curæ exercitium Collegiatæ Ecclesiæ S. Nicolai Montis Prandoni spectat principaliter ad Præpositum *Ripana* 3. *Februarii pag.*15.

Et unà simul subsidiarie etiam ad Coadjutores alternis hebdomadis *ibid.*

Ita ut, si vocati fuerint a Parochianis accurrant *ibid.*

Suppleantur in reliquis vices Præpositi rationabili causa impediti *ibid.*

Episcopus verò provideat in casibus particularibus pro sua æquitate, & prudentia *ibid.*

Apostolicas literas juxta votum Episcopi reportari, & reformari decrevit Sac. Congr. *in Verulana Jurium Parochialium & Praeminentiarum* 18. *Maii pag.*62.

Applicanda esse Seminario Clericorum Bona alicujus Collegii insufficientia ad illius manutentionem definivit Sacra Congregatio *in Amerina Applicationis* 23. *Novembris ad I. Dub. pag.*124.

Applicatione facta Bonorum Collegii Orphanorum Civitatis Ameriæ pro erigendo Seminario Clericorum; Confratribus Societatis Mortis Administratoribus relicta fuit domus, & hortus Oratorio conterminus *Amerina Applicationis* 23. *Novembris ad II. Dub. pag.*124.

B

BEneficiati Bisleti tenentur interesse Choro, ac inservire Missis Cantatis, & Sacris Functionibus provenientibus ex voluntate piorum Fundatorum, dummodo admittantur ad comparticipationem emolumentorum pro iis relictorum *Verulana* 3. *Februarii ad I. & II. Dub. pag.*16

Bona Collegii Orphanorum Civitatis Ameriæ applicanda sunt Seminario Clericorum erigendo in dicta Civitate. *Amerina Applicationis ad I. Dub. pag.*124.

Bonorum, & Reddituum decremento constante, Missarum reductio concessa fuit *in Tudertina Reductionis Onerum* 3. *Februari pag.*15.

Ita tamen ut Episcopus incumberet pro manutentione & melioratione Bonorum *ibid.*

Bonorum fructus uniuscujusque Legati calculari debènt per decennium *Caputaquen.* 17. *Augusti pag.*96.

C

CAlculus fructuum Bonorum fieri debet per decennium *Caputaquen.* 17. *August pag.*96.

Cappellania cum onere Missarum celebrandarum per se ipsum in certa Ecclesia residentialis fuit declarata *in Comaclen. Cappellaniæ* 2. *Martii pag.*29.

Cappellaniæ fructus debentur Cappellano a die vacationis *Balneoregien.* 23. *Novembris pag.*124.

Cappellaniæ mere Laicalis Patronis a Fundatore descendentibus concessa fuit reductio onerum, & suspensio erectionis Cappellaniæ *in Taurinen.* 30. *Martii pag.*42.

Cappellaniæ ut effici possint ex pluribus legatis per voluntatis commutationem, firmari debet status uniuscujusque legati & hæreditatis respectivorum Testatorum *Caietana Commutationis Voluntatis* 13. *Julii pagin.* 83.

Cappellaniæ erigendæ suspensio concessa fuit, ut subveniretur Patrono, & consanguineo Testatoris ad vitam Oratoris tàntum, adimpletis oneribus Missarum *in Nullius S. Michaelis de Clusa* 29. *Januarii pag.*2.

Cappellano, qui onera debebat implere, denegata fuit exemptio a loco residentiæ, & facultas implendi per alium onera Cappellaniæ *Hortana* 20. *Januarii pag.*1.

Cui præfinitum fuerat onus celebrandi Missas juxta quantitatem redditituum percipiendorum, Sacra Congregatio præfinivit celebrandam Missam quotidianam *Maceraten.* 2. *Martii pag.*29.

In Ecclesiis tamen juxta modum ab executoribus testamentariis definitum *ibid.*

Habenti patronatum Cappellaniæ temporalis translatio oneris fuit denegeta *in Camerinen. Translationis Oneris Missarum pag.*62.

Rescripsit tamen Sacra Congregatio consulendum SSmum pro gratia tàntum adimplendi per alium in Ecclesia a Testatore designata *ibid.*

Cappellani Curati ædes manutenendæ sunt unà cum Ecclesia Parrochiali ab Ecclesia Matrice, si exigui sint redditus dictæ Pareciæ *Firmana* 7. *Septembris ad I. Dubium pagin.*111.

Chori Servitium etiam ex voluntate Testatoris potius esse delendum ob reddituum diminutionem, quàm concedendam Missarum reductionem decrevit Sacra Congregatio *in Florentina Reductionis Missarum* 13. *Julii pag.*85.

Pro diebus Festis tàntum reductum fuit Chori servitium, firmo remanente Onere Missarum, redditibus imminutis *in Regien. Reductionis Servitii Chori. & Missarum* 2. *Aprilis pag.*52.

Chori exemptio ob studium Grammatices denegata fuit *in Nepesina* 20. *Januarii ad II. Dub. pag.*1.

Clericorum Seminarium ut erigatur, esse applicanda Bona Collegii prorsus imparia pro illius manutentione definivit Sacra Congregatio *in Amerina Applicationis* 23. *Novembris ad I. Dub. pag.*124.

Clerico ad Sacros Ordines promovendo denegata fuit dispensatio ab Irregularitate ob defectum digitorum dexteræ manus *Comen. Dispensationis* 13. *Julii pag.*84.

Collegiatæ Ecclesiæ S. Nicolai Montis Prandoni Præpositus tenetur principaliter ad exercitium Curæ Animarum *Ripana* 3. *Februarii pag.*15.

Coadjutores verò Canonici tenentur una simul subsidiarie alterni hebdomadis *ibid.*

Ita ut si vocati fuerint a Parrochianis, accurrant *ibid.*

Suppleantque in reliquis vices Præpositi rationabili ex causa impediti *ibid.*

Et Episcopus provideat in casibus particularibus pro sua æquitate, & prudentia *ibidem*.

Commutanda an sit voluntas Ludovici Desiderii quoad translationem cujusdam Cappellaniæ *Vid. Resolut. in Civitatis Plebis* 23. *Novembris pag.*124.

Condonatio fructuum decursorum cujusdam Census pertinentis ad Hortanam Communitatem in dotes erogandorum an sit concedenda eidem Communitati *Vid. Hortana* 27. *Aprilis pag.*51.

Confratres Societatis Mortis Civitatis Ameriæ *Vid. Alumnum nominandi jus.*

Consanguineæ pauperes ut habere possint prælationem in dotibus ab earum auctoribus relictis, probare debent consanguinitatem cum Testatoribus *Alatrina Dotium* 30. *Martii pag.*41.

Consuetudinem præstandi frumentum, & Oleum pro Lampade hactenus servatam a Parochianis Arellæ, esse imposterum ab eisdem observandam decrevit Sacra Congregatio *in Firmana* 7. *Septembris ad I. Dubium pag.*111.

Et ab illorum, seu dicti loci Arellæ Sindicis esse frumentum, & Oleum exigendum juxta repartimentum approbandum ab Archiepiscopo *ibid. ad II. Dub. pag.*111.

D

Deputationis dies est attendenda pro Parroco ad effectum percipiendi stipendium *Hortana Stipendii & Liberationis a molestiis* 7. *Septembris ad I. Dub. pag.*112.

Delatio concessa est mulieri succumbenti in Causa dissolutionis Matrimonii, cui fuerat concessum beneficium novæ Audientiæ *Asten. Matrimonii pag.*52.

Difficultas inveniendi Sacerdotes præbet causam reductionis Missarum *Syracusana reductionis Missarum* 22. *Junii pag.*73.

Dispensationem super defectu ætatis ad effectum assequendi Cappellaniam Clerico Ughi denegavit Sacra Congregatio *in Perusina Cappellaniæ* 2. *Martii pag.*29.

Dispensatio qualitatis Sacerdotalis concessa fuit nominato quatuor annorum tamquam filio Patroni inopis, & Descendentis a fundatore *in Cremonen. Dispensationis* 20. *Januarii pag.*2.

Dispensatio Irregularitatis ad cauthelam concessa est Sacerdoti, qui mandaverat fabro murario, ut extraheret columbam a Turre, ob cujus extractionem faber murarius obierat *Spoletana* 22. *Junii pag.*73.

Data

Data est eadem Dispensatio ab Irregularitate Clerico, qui calcis ictu ita percusserat adolescentulum fugientem, ut ex ejus ictu postea obierit *Senen Dispensationis* 30. *Martii ad II. Dub. pag.* 41.

Eadem ob defectum digitorum dexteræ manus denegata fuit Clerico ad Sacros Ordines promovendo *Comen Dispensationis* 13. *Julii pag.* 84.

Dissensus Vicarii Generalis assistentis celebrationi Matrimonii non obstat ejus validitati *Callien. Matrimonii* 7. *Septembris ad I. Dub. pag.* 112.

Distributiones quotidianas percipiendi Indultum pro absente a Choro causa studii Philosophiæ sustinendum censuit Sacra Congregatio *in Faventina Distributionum* 13. *Julii pag.* 83.

Eidemque omnes distributiones ad formã Indulti deberi decrevit *ibidem ad II. Dub.*

Dissolutionis Matrimonii petitio quando est Serotina rejiciendam esse definivit eadem Sacra Congregatio *in Asten. Matrimonii* 30. *Martii pag.* 41.

Distantia loci consideranda est in taxanda Missarum eleemosina *Syracusana reductionis Missarum* 22. *Junii pag.* 73.

Dotalis subsidii reductio antequam decernatur, firmandum esse statum hæreditarium Testatoris decrevit Sacra Congregatio *in Romana Subsidii Dotalis* 27. *Aprilis pag.* 51.

Dotes ut Consanguineæ Testatoris jure sanguinis assequantur prælative ad incertas Puellas vocatas, coadjuvandas esse probationes super sanguinis conjunctionẽ cum Testatore mandavit Sacra Congregatio *in Alatrina Dotium* 30. *Martii gag.* 41.

E

Ecclesia si fuerit designata pro Missarum celebratione facienda per ipsum Cappellanum, residentialis dicitur Cappellania *Comaclen. Cappellaniæ* 2. *Martii pag.* 29.

Ecclesiæ Parrochialis manutentio si exigui sunt redditus Pareciæ spectat ad Ecclesiam Matricem *Firmana* 7. *Septembris ad I. Dub. pag.* 111.

Ecclesiam Parochialem SS. Angelorum Custodum Territorii S. Elpidii reædificare spectat ad Capitulum S. Elpidii *Firmana* 7. *Septembris ad IV. Dub. pag.* 111.

Ad quod etiam spectat reædificatio Ædium pro Cappellano curato *ibidem*.

Emolumentorum ex Sacris functionibus provenientium participatio debetur Beneficiatis Bisletis Choro, & Sacris Functionibus interessentibus *in Verulana* 3. *Februarii ad I. & II. Dub. pag.* 16.

Episcopus tenetur ad reparationes Ecclesiæ Cathedralis necessarias *Balneoregin Ecclesiæ Cathedralis ad II. Dub. pag.* 95.

Episcopi de irrationabili judicio non constare decrevit Sacra Congregatio in *Perusina Prioratus* 27. *Aprilis ad I. Dub. pag.* 51.

Ætatis dispensatio ad assequendam Cappellaniam Clerico Ughi fuit denegata, concurrente Sacerdote Bavi magis idoneo, ex voluntate Fundatoris *Perusina Cappellaniæ* 2. *Martii pag.* 29.

Examinatorum justam esse relationem censuit Sacra Congregatio *in Perusina Prioratus* 27. *Aprilis ad I. Dub. pag.* 51.

Executores Testamentarii lites pertinentes ad hæreditatem Defuncti non propriis, sed ejusdem hæreditatis sumptibus agere debent *Asculana Commutationis voluntatis* 20. *Januarii ad III. Dub. pag.* 2. *&* 7.

Et ab eis de Bonis hæreditariis rationem esse reddendam coram Episcopo definivit Sacra Congregatio *in Asculana Commutationis voluntatis* 20. *Januarii ad II. Dub. pag.* 2. *& seq.*

Exemptio a Loco Residentiæ cum facultate implendi onera Cappellaniæ fuit Cappellano denegata *in Hortana* 20. *Januarii pag.* 1.

Expensas accessus, & recessus, nec non incommodum Sacerdotis pro celebranda Missa in Ecclesia designata taxandum esse ab Episcopo pro sua Conscientia definivit Sac. Congreg. *in Syracusana Reductionis Missarum* 22. *Junii pag.* 73.

Extrahens faber Murarius columbum a Turre delapsus obiit; ideoque concessa est Dispensatio Irregularitatis ad cauthelam Sacerdoti, qui jusserat extractionem *Spoletana* 22. *Junii pag.* 73.

Exæquans primus Oblator secundam oblationum, huic præfertur *Civitatis Castellanæ Emphitheusis* 23. *Novembris pag.* 123.

F

Philosophiæ studium ut impleret Beneficiatus, Indultum abessendi a Choro, quod eidem concessum fuerat, sustineri decrevit Sacra Congregatio *in Faventina Distributionum* 13. *Julii ad* I. *Dub. pag.* 83.

Eidemque deberi omnes distributiones quotidianas ad formam dicti Indulti definitum fuit *ibidem ad II. Dub.*

Fructus Cappellaniæ vacantis deberi Cappellano noviter nominato a die vacationis, demptis oneribus, definivit Sacra Congregatio *in Balneoregien* 2. *Novembris pag.* 124.

Frumentum exigi debet a Syndacis loci Arellæ ad formam repartimenti approbandi ab Archiepiscopo *Firmana* 7. *Septembris ad II. Dub. pag.* 111.

G

GRammatices studium non præbet justam causam abessendi à Servitio Chori *Nepesina ad II. Dub. pag.* 1.

H

HAbilitationisRescriptum a Summo Pontifice datum sustinendum censuit Sacra Congregatio *in Romana habilitationis* 13. *Julii pag.* 88.
Habitatores Coloni Loci Arellæ in Territorio S. Elpidii ad Mare tenentur præstare Rubra quinque frumenti Vicario curato ruralis Ecclesiæ SS. Angelorum Custodum, & Oleum pro Lampade dictæ Ecclesiæ *in Firmana* 7. *Septembris ad III. Dub. pag.* 111.
Hæredum obligatione pro subministratione utensilium, & Ornamentorum Ecclesiæ firmam remanere voluit Sacra Congregatio *in Syracusana Reductionis Missarum* 22. *Junii pag.* 73.
Hæreditatis, non autem Executorum Testamentariorum Sumptibus agenda est lis, quæ pertinet ad hæreditatem *Asculana Commutationis Voluntatis* 20. *Januarii ad III. Dub. pag.* 7.
Hæreditatis Statum esse firmandum, antequam deveniatur ad confirmationem, vel infirmationem resolutionis super reductione subsidii dotalis captæ ab Universitate S. Eligii Fabrorum Ferrariorum decrevit Sac. Congregatio *in Romana subsidii Dotalis* 27. *Aprilis pag.* 51.
Hæreditatis respectivè statum esse firmandum, ut ex pluribus Legatis, commutata Testatorum voluntate, unica erigatur Cappellania cum onere Missæ quotidianæ definivit Sac. Congregatio in *Cajetana Commutationis voluntatis* 13. *Julii pag.* 83.
Hortus cum adnexa domo reservatio à Confratribus Societatis Mortis Civitatis Ameriæ administratoribusBonorum Collegii Orphanorum facta in actu præstiti consensus pro applicatione Bonorum dicti Collegii Seminario Clericorum erigendo, approbata fuit *in Amerina Applicationis* 23. *Novembris ad II. Dub. pag.* 124.

I

INcommodum Sacerdotis accedendi ad Ecclesiam designatam pro celebranda Missa præter expensas accessus, & recessus taxandum esse pro Conscientia Episcopi decrevit Sac Congregatio *in Syracusana Reductionis Missarum* 22. *Junii pag.* 73.
Indultum exemptionis a Servitio Chori ob studium Grammaticalium Institutionum denegatum fuit in *Nepesina* 20. *Januarii ad II. Dub. pag.* 1.
Percipiendi distributiones quotidianas etiam si Canonicus absit a Choro pro implendo cursu Philosophiæ, sustinendum censuit Sacra Congregatio *in Faventina Distributionum* 13. *Julii ad I. Dub. pag.* 83.
Et omnes deberi distributiones ad formam Indulti decrevit Sacra Congregatio *ibidem ad II. Dub.*
Indultum concessum Collegiatæ Ecclesiæ S.Phoillani, attenta præbendarum modicitate, ad Ecclesiam resarciendam prorogatum fuit ad decennium, juxta formam præcedentium indultorum, *Leodien. prorogationis Indulti* 22. *Junii pag.* 74.
Interesse Choro, ac inservire Missis Cantatis, & Sacris Functionibus provenientibus ex voluntate piorum fundatorum tenentur Beneficiati Bisleti *Verulana* 3. *Februarii ad I. Dub. pag.* 16.
Admittendi tamen sunt ad participationem emolumentorum pro illis assignatorum *ibidem ad II. Dub.*
Irregularem declaravit Sacra Congregatio Clericum adolescentulum, qui calcis ictu fugientem adolescentulum percusserat cum ipsius obitu sequuto post sex menses à die percussionis *Senen. Dispensationis* 30. *Martii ad* I. *Dub. pag.* 41.
Huic tamen indulgendam esse dispensationem censuit Sacra Congregatio *ibidem ad II. Dub.*
Irregularitatis dispensationem ad cauthelam obtinuit Sacerdos, qui mandaverat fabro Murario, ut extraheret Columbum à Turre, ob cujus extractionem ab alto delapsus faber Murarius obiit in *Spoletana* 22. *Junii pag.* 73.
Irregularitatis dispensatio denegata fuit ob defectum digitorum dexteræ manus Clerico ad Sacros Ordines promovendo *Comen. Dispensationis* 13. *Julii pag.* 84.
Irrationabile non esse judicium Episcopi decrevit Sacra Congregatio in *Perusina Prioratus* 27. *Aprilis ad I. Dub. pag.* 51.
Et Prioratum adjudicandum esse magis idoneo electo ab Episcopo respondit Sacra Congregatio *ibidem ad II. Dub.*
Investituram Bonorum Ecclesiasticorum in paritate Oblationum dandam esse meliori, & magis idoneo Oblatori decrevit Sacra Congreg. *in Firmana Emphyteusis* 27. *Aprilis pag.* 52.
Præstita tamen idonea fidejussione *in Civitatis Castellanæ Emphyteusis* 23. *Novembris pag.* 123.
Jus nominandi Alumnum in erigendo Seminario in Amerina Civitate, quod Confratres Societatis Mortis ejusdem Civitatis pro eorum Rectore reservaverant in actu præstiti consensus pro applicatione Bonorum Collegi

gii Orphanorum facienda favore dicti Seminarii denegandum esse decrevit Sacra Congregatio *in Amerina Applicationis* 23. *Novembris ad II. Dubium pag.*124.

L

Legati uniuscujusque status firmari debet, priusquam ex pluribus Legatis per voluntatis commutationem institui possit Cappellania *Caietana Commutationis Voluntatis* 13. *Julii pag.*83.

Liberatio a molestiis conventa debet præstari *Hortana Stipendii & Liberationis a molestiis ad II. Dub. pag.*112.

Lis, quæ pertinet ad hæreditatem, agenda est ejus sumptibus *Asculana Commutationis Voluntatis* 20. *Januarii ad III. Dub. pag.*2. *& seq.*

M

Manutentio Ecclesiæ Parrochialis, ac Ædium pro Cappellano Curato, si exigui sint redditus Parreciæ, spectat ad Ecclesiam Matricem *Firmana* 7. *Septembris ad I. Dub. pag.*111.

Matrimonium clandestinum initum coram Vicario Generali validum est *Callien. Matrimonii* 7. *Septembris ad I. Dub. pag.*112.

Multæ verò minorationem Sacra Congregatio remisit ad SSmum *ibid.*

Matrimonium non censeri celebratum ex Sponsalibus per verba de futuro licèt initis coram Parocho, & Testibus definivit Sacra Congregatio *in Viterbien. Matrimonii* 23. *Novembris pag.*129.

Matrimonii dissolutio negata fuit *in Asten. Matrimonii* 30. *Martii pag.*41.

Missarum firmo remanente onere, reducendum esse Chori servitium pro diebus festis tàntum definivit Sacra Congregátio *in Regien. Reductionis servitii Chori, & Missarum* 27. *Aprilis pag.*52.

Missarum ad præfiniendum numerum relativè ad diversa Legata firmandum esse statum uniuscujusque Legati, facto calculo per decennium, mandavit Sacra Congregatio *in Caputaquen.* 17. *Augusti pag.*96.

Missarum Reductio ob reddituum imminutionem concessa fuit *in Papien. Reductionis Missarum* 2. *Martii pag.*29.

Item ob Reddituum, & Bonorum decrementum *in Tudertina Reductionis Onerum* 3. *Februarii pag.*15.

Nec non ob difficultatem inveniendi Sacerdotem, & ob loci distantiam *in Syracusana Reductionis Missarum* 22. *Junii pag.*73.

Firma tamen remanente obligatione hæredis pro subministratione utensilium, & ornamentorum Ecclesiæ *ibidem*.

Insuper concessa fuit ad ratam manualis, aliis adimpletis oneribus, *Interamnen. Reductionis* 21. *Junii pag.*73.

Missarum, & Curæ Animarum stipendium deberi in annuis scutis duodecim Paroco S.Mariæ Lauretanæ Balneoli à die deputationis respondit Sacra Congregatio *in Hortana Stipendii, & Liberationis a Molestiis* 7. *Septembris ad I. Dub. pag.*112.

N

Nominato Cappellano deberi fructus Cappellaniæ a die vacationis, demptis oneribus, definivit Sacra Congregatio *in Balneoregien.* 2. *Novembris pag.*124.

Nominandi jus Alumnum Seminarii erigendi in Amerina Civitate reservatum pro Rectore Societatis Mortis dictæ Civitatis denegatum fuit *in Amerina Applicationis* 23. *Novembris ad II. Dub. pag.*124.

O

Oblationum in paritate Investituram Bonorum Ecclesiasticorum magis idoneo Oblatori concessit Sacra Congregatio *in Civitatis Castellanæ Emphyteusis* 23. *Novembris pag.*123.

Oblator magis idoneus est præferendus *Firmana Emphyteusis* 27. *Aprilis pag.*52.

Oleum pro lampade Ecclesiæ curatæ SS. Angelorum Custodum Regionis Arellæ præstari debere à Colonis, & Habitatoribus dictæ Regionis respondit Sacra Congregatio *in Firmana* 7. *Septembris ad I., & III. Dubium pag.*111.

Illudque exigendum esse à Syndicis dictæ Regionis Arellæ ad formam repartimenti approbandi ab Archiepiscopo *ibidem ad II. Dubium*.

Onera Cappellaniæ per alium implendi facultas denegata fuit *in Hortana* 20. *Januarii pag.*1.

Oneris Missarum reductio, Vid. *Missarum reductio*.

P

Paritas si concurrat oblationum, Oblator magis idoneus est præferendus *Firmana Emphyteusis* 27. *Aprilis pag.*52.

Parrochialis Ecclesiæ SS. Angelorum Custodum Regionis Arellæ, ac Ædium pro Cappellano Curato manutentionem spectare ad Collegiatam S. Elpidii decrevit Sac. Congregatio *in Firmana* 7. *Septembris ad I. Dubium pag.*111.

Patrono Cappellano denegata fuit temporalis translatio Cappellaniæ *in Camerinen. translationis Oneris Missarum* 18. *Maii pag.*62.

Rescripsit tamen Sacra Congregatio, consulendum Sanctissimo pro gratia tantum adimplendi per alium in Ecclesia a Testatore designata *ibid.*

Patrono inopi, & a fundatore descendenti concessa fuit dispensatio qualitatis Sacerdotalis usque dum ad legitimam etatem pervenerit, adimpletis oneribus, *in Cremonen. Dispensationis* 20. *Januarii pag.*2.

Nec non etiam suspensio Cappellanie erigende ad illius vitam tantum, adimpletis Oneribus, *in Nullius S.Michaelis de Clusa* 20. *Januarii pag.*2.

Percutiens Clericus Vid. *Irregularitas*.

Peritorum judicium super quantitate necessariarum restaurationum, & reparationum Ecclesie Cathedralis Balneoregii sequendum esse decrevit Sacra Congregatio *in Balneoregien. Ecclesiæ Cathedralis* 17. *Augusti ad I. Dub. pag.*95.

Pontificis Rescriptum habilitationis sustinendum esse respondit Sacra Congregatio *in Romana habilitationis* 13. *Julii pagin.*86., *& seqq.*

Prepositus Collegiate Ecclesie S. Nicolai Montis Prandoni tenetur principaliter ad exercitium Cure Animarum *Ripana* 3. *Februarii pag.*15.

Et una simul subsidiariè etiam Coadjutores Canonici alternis hebdomadis *ibid.*

Ita ut si vocati fuerint à Parrochianis accurrant *ibid.*

Et suppleant in reliquis vices Præpositi rationabili causa impediti *ibid.*

Episcopus verò provideat in casibus particularibus pro sua æquitate, & prudentia *ibidem*.

Prioratus conferendus est magis idoneo electo ab Episcopo *Perusina Prioratus* 27. *Aprilis ad II. Dub. pag* 51.

Prorogandum esse ad aliud decenninm Indultum concessum Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Phoillani Oppidi Fossensis erogandi fructus duorum annorum Canonicatum,& Præbendarum per obitum vacantium in augumentum Fabricæ, & in reparationem Ecclesiæ,definivit Sacra Congregatio *in Leodien. Prorogationis Indulti* 22. *Junii pag.*74.

Puncturæ debentur a die captæ possessionis per Canonicum ab eo tempore absentem *Nepesina* 20. *Januarii pag.*1.

Q

Qualitatis Sacerdotalis dispensatio concessa est descendenti a fundatore, & Patrono inopi *Cremonen. Dispensationis* 20. *Januarii pag.*2.

Quotidianæ distributiones Vid. *Distributioness*.

Quotidianam Missam celebrandam esse a Cappellano, cui præfinitum fuerat onus celebrandi Missam, juxta ratam redd ituum percipiendorum, præfinivit Sacra Congregatio *in Maceraten.* 2. *Martii pag.*29.

In Ecclesiis tamen, juxta modum ab Executoribus testamentariis definitum *ibidem*.

Ad quotidianæ Missæ celebrationem esse reducendum incertum Missarum numerum a Testatoribus præscriptum decrevit Sacra Congregatio in *Laurinen.* 17. *Augusti pagin.* 95.

R

Reædificare Ecclesiam SS. Angelorum Custodum Regionis Arcellæ spectat ad Capitulum S. Elpidii. *Firmana* 7. *Septembris ad IV. Dub. pag.* 111.

Ad quem etiam spectat reædificatio Ædium pro Cappellano Curato *ibidem*.

Redditionem rationis de rata legati Aurelii Celestini scutorum 100., ejusque fructibus faciendam esse à Communitate Oppidi Bassanelli mandavit Sac. Congregatio *in Hortana* 27. *Aprilis pag.* 51.

Redditionem rationis de Bonis hæreditatis ad pios usus destinatæ faciendam esse coram Episcopo ab illius Executoribus Testamentariis decrevit Sacra Congregatio *in Aquilana Commutationis Voluntatis* 20.*Januarii ad II. Dub. pag.* 7.

Redditibus imminutis Canonicatum, firmo remanente onere Missarum, pro reductione Servitii Chori ad dies festos tantum respondit Sacra Congregatio *in Regien. Reductionis Servitii Chori, & Missarum* 27. *Aprilis pag.* 52.

Reductio Dotalium Subsidiorum *Vid. Dotalia subsidia*.

Reductionem Missarum ad rationem manualis, deleto onere servitii Chori, faciendam esse, concurrente Testatoris voluntate,decrevit Sacra Congregatio *in Florentina Reductionis Missarum* 13. *Julii pag.* 85.

Reductio Onerum. *Vid. Onerum reductio*.

Rescriptum habilitationis a Summo Pontifice datum sustineri, cum in precibus nihil ad Sbustantiam pertinens omissum fuerit, decrevit Sacra Congregatio *in Romana Habilitationis* 13. *Julii pag.* 88.

Residentialis declarata fuit Cappellania, cui erat onus Missas celebrandi per ipsum Cappellanum in certa Ecclesia *in Comacien. Cappellaniæ* 2. *Martii pag.* 29.

Residentiæ dispensatio fuit Cappellano denegata *in Hortana* 20. *Januarii. pag.*1.

Restaurationes, & reparationes declaratæ fuerunt necessariæ ad formam Peritiæ *in Balneoregien Ecclesiæ Cathedralis ad I. Dub. pag* 95.

Quarum onus spectare ad præcedentem Episcopum respondit Sacra Congregatio *ibidem ad II. Dub.*

Sa-

S

SAcerdotalis qualitas dispensata fuit descendenti à fundatore, & patrono inopi *in Cremonen. Dispensationis* 20. *Janu. pag.* 2.

Sacerdotis incommodum, præter expensas accessus, & recessus pro celebranda Missa in Ecclesia designata, taxari ab Episcopo pro sua Conscientia mandavit Sacra Congregatio *in Syracusana Reductionis Missarum* 22. *Junii pag.* 73.

Seminarium Clericorum *Vid. Clericorum Seminarium*.

Servitium Chori delendnm esse, & Missas reducendas ad rationem manualis decrevit Sacra Congregatio *in Regien. Reductionis Servitii Chori, & Missarum* 27. *Aprilis pagin.* 52., *& in Florentina Reductionis Missarum* 13. *Julii pag.* 85.

Servitium Chori non dispensatur ob studium Grammatices *in Nepesina* 20. *Januarii ad II. Dub. pag.* 1.

Sponsalia de futuro quamvis inita coram Parocho & Testibus Matrimonium non inducunt *Viterbien. Matrimonii* 23. *Novembris pag.* 129.

Status Legatorum firmari debet, ut Missarum numerus præfiniatur *Caputaquen.* 17. *Augusti pag.* 96.

Status hæreditatis firmari debet, ut Subsidiorum Dotalium reductio fieri possit *Romana Subsidii Dotalis* 27. *Aprilis pag.* 51.

Stipendium in annuis scutis duodecim pro exercitio Animarum curæ deberi à die Deputationis Parroco S. Mariæ Lauretanæ Balneoli respondit Sacra Congregatio *in Hortana Stipendii, & Liberationis a molestiis* 7. *Septembris ad I. Dub. pag.* 112.

Suspensio Cappellaniæ erigendæ, ut subveniatur Patrono, & Consanguineo Testatoris concessa fuit ad illius vitam tantùm, adimpletis Oneribus Missarum *in Nullius S. Michaelis de Clusa* 20. *Januarii pag.* 2.

Eadem concessa fuit etiam Patrono à Fundatore descendenti, & familia gravi *in Taurinen.* 30. *Martii pag.* 42.

Syndaci Loci Arellæ exigere tenentur à Parochianis dicti Loci frumentam, & Oleum pro lampade ad formam repartimenti approbandi ab Archiepiscopo *Firmana* 7. *Septembris ad II. Dub. pag.* 111.

T

TRanslatio temporalis Cappellaniæ denegata fuit etiam Cappellano Patrono *in Camerinen. Translationis oneris Missarum pag.* 62.

Testamentum exhiberi debet, & firmandus est status hæreditarius Joannis Barossi ad effectum examinandi, an Subsidiorum Dotalium reductio fieri possit *Romana Subsidii Dotalis* 27. *Aprilis pag.* 51.

Testatoris Consanguinei *Vid. Suspensio Cappellaniæ*.

Testator quoad Missarum reductionem *Vid. Missarum reductio*.

Quoad Chori Servitium *Vid. Servitium Chori*.

Testamentarii executores hæreditatis ad pios usus destinatæ rationem eorum administrationis reddere debent coram Episcopo *Asculana Commutationis Voluntatis* 20. *Januarii ad II. Dub. pag.* 2. *& seq.*

V

VAliditatem Matrimonii Clandestini initi coram Vicario Generali definivit Sacra Congregatio *in Callien. Matrimonii* 7. *Septembris ad I. Dub. pag.* 112.

Utensilia, & Ornamenta Ecclesiæ ab Hæredibus Testatoris esse præstanda decrevit Sacra Congregatio *in Syracusana Reductionis Missarum* 22. *Junii pag.* 73.

FINIS.

THESAURUS
RESOLUTIONUM
SAC. CONGREGATIONIS
CONCILII


Quæ consentaneè ad Tridentinorum PP. Decreta, aliasque Canonici Juris Sanctiones

MUNUS
SECRETARII EJUSDEM SAC. CONGREG.
OBEUNTE
R. P. D. CARRARA

Prodierunt in Causis sub annum 1777.

PROPOSITIS
Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis in Ecclesiastico Foro versantibus apprimè utilis, ac necessarius.

TOMUS XLVI.
TRIPLICI
INDICE LOCUPLETATUS.



ROMÆ MDCCLXXVII.

Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

INDEX
ALPHABETICUS CAUSARUM
Quæ in Sacra Congregatione Concilii propositæ fuerunt anno 1777. per Diœceses dispositus.

A

ALerien. Canonicatus Pænitentiarii 19. Aprilis, & 10. Maii *pagin.64.*, & 75.

Anagnina Indulti 7. Junii, & 3. Julii *pag. 99.*, *&* 104.

Asten. Matrimonii 1. Martii *pag.22.*

Auximana Dispensationis 5., & 19. Julii, & 29. Novembris *pag. 109.*, 117., *&* 181.

B

BAlneoregien., & Urbevetana 7. Junii *pag.99*

Burgen. Reductionis 1., & 15. Martii *pag.37. &* 41.

C

CAmerinen. Parochialis 13. Septembris, & 29. Novembris *p.176.* 180.

Camerinen. Procurationis 8. Martii, & 19. Aprilis *pag.* 50., & 63.

Camerinen., & Fabrianen. Subsidiorum Dotalium 10. Maii *pag 76.*

Caputaquen. 1., & 15.. Martii, & 10. Maii, & 7. Junii *pag.* 30. 41. 81., *&* 86.

Celsonen. Reductionis Missarum 11. Januarii, & 1. Martii *pag.16.*, *&* 22.

Civitatis Castelli Cappellaniæ 5., & 30. Augusti *pag.140.*, *&* 152.

F

FAbrianen. Subsidiorum Dotalium 19. Aprilis, & 10. Maii *pag.72.*, *&* 75.

Fanen. Reductionis Onerum 1., & 15. Martii, 19. Aprilis, & 10. Maii *pag.* 32., 41., 63., *&* 73.

Faventina Applicationis 5., & 19. Julii *pag.* 112., & 115.

Faventina 30. Augusti, 13. Septembris & 29 Novembris *pag. 161.*, 171., *&* 179.

Firmana Deletionis Onerum 7. Junii, & 5. Julii *pag.95. &* 103.

Firmana Legati 19. Julii, & 9. Augusti *pag.*125., & 131.

Forosempronien. 11. Januarii, & 1. Martii *pag.*11., & 21.

H

HOrtana 5. Julii *pag.106.*

I

INteramnen. 15. Martii, 19. Aprilis, & 19. Junii *pag.* 55. 64., *&* 118.

Interamnen. 30. Augusti, 13. Septembris, & 29. Novembris *pag.* 160., 171., *&* 179.

L

LEodien. 10. Maii *pag.76.*

Leodien. 9., & 30. Augusti *pag.* 139., & 151.

Leodien. Fructuum Canonicatus 19. Julii, & 9. Augusti *pag.*121., *&* 131.

M

MArianen. Irregularitatis 5. Martii *pag. 26.*

Messanen. Reductionis Onerum 11. Januarii *pag.*1.

Mazzarien. 5., & 19. Julii *pag.*107., *&* 117.

Melevitana Dispensationis 29. Novembris *pag.* 187.

Messanen. Reductiouis Missarum 19. Julii, & 9. Augusti *pagin.* 127., *&* 131.

Ne-

N

NEpesina Jurispatronatus 30. Augusti,& 13. Septembris *pag*.153. *&* 170.
Novarien. Distributionum,& Fructuum 11. Januarii, 1. Martii, & 5. Julii *pag*.6. . 21. , *&* 104.
Novarien. Indulti 11. Februarii *pag*.1.
Nullius Farfen. Seminarii 9. Augusti *pagin*.174.

P

PIentina Vacationic Choralis 30. Augusti, 13. Septembris, & 29. Novembris *pag*.166. , 172.,*&* 180.
Pisauren. Reintegrationis, & Reductionis Missarum 29. Novembris *pagin*.180.
Placentina Missæ Conventualis 11. Januarii, & 1. Martii *pag*.18., *&* 22.
Placentina 9., & 30. Augusti, & 13. Septembris *pag*.146., 153., *&* 170.
Pontis Curvi Reædificationis,& Translationis Ecclesiæ Parochialis 9., & 30. Augusti, & 13. Septembris *pagina* 144., 152., *&* 169.
Prænestina Commutationis Voluntatis 15. Martii, & 19. Aprilis *pag*.52., *&* 64.

R

ROmana Alimentorum 19. Aprilis, & 10. Maii *pag*. 68., *&* 75.
Romana Cappellaniarum 15. Martii *pag*. 41.
Romana Cappellaniarum, & Legatorum Piorum 30. Augusti, & 13. Septembris *pag*.157., *&* 170.
Romana Subsidiorum Dotalium 15. Martii, 19. Aprilis, & 19. Julii *pag*.46., 63., *&* 120.

S

SEnogallien. Procurationis 10. Maii, & 7. Junii *pagin*. 83., & 86.
Spoletana Nullitatis Professionis 13. Septembris, & 29. Novembris *pagin*.172., & 180.

T

TAurinen. Cappellaniæ 11. Januarii *pag*.1.
Thelesina Missæ Conventualis 5.,& 19. Julii *pag*. 115., *&* 118.
Tudertina Confirmationis Concordiæ 7. Junii, & 5. Julii *pag*.96., *&* 103.

V

VAden. Legatorum 29. Novembris *pag*.182.
Verulana 11. Januarii *pag*. 2.
Verulana Jurium Parochialium,&Præeminentiarum 9. Augusti *pag*.132.
Vico-Equensis Visitationis Sacrorum Liminum 10. Maii, & 7. Junii *pagin*.78. . *&* 85.
Viterbien. Matrimonii 11. Ianuarii *pagin*.2.
Urbevetana 15. Martii, & 19. Aprilis *pag*.58., *&* 64.
Urbinaten., seu Ariminen. 10. Matr, & 7. Junii *pag* 77., *&* 85.
Uritana Dispensationis 7. Junii *pag*.86.

F I N I S.

Die Sabathi 11. Januarii 1777. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

Reassumere dignabuntur EE. VV. Folium præteritæ Congregationis, & tribus sequentibus Dubiis tunc non resolutis, & ad præsentem Congregationem dilatis sapientissime de more respondere.

TAURINEN. CAPPELLANIÆ. In qua definiendum est. *Sess.25. cap.5. de Reform.*

An, & quomodo Oratoris precibus sit annuendum in casu &c.

Pro gratia, dummodò tamen præferantur in nominatione, si aderunt, sanguine propinqui Testatrici tàm actu Sacerdotes, quàm ad Sacerdotium promovendi. Quò verò ad perpetuationem, & erectionem auctoritate Ordinaria nihil.

NOVARIEN. INDULTI. In qua ambigitur. *Sess.24.cap.12. de Reform.*

An, & quomodo sit concedendum Canonico Defendenti Trevi Indultum abessendi a Choro, & a residentia, de qua agitur, in casu &c.

Affirmativè juxta votum Episcopi cum solitis clausulis.

MASSANEN. REDUCTIONIS ONERUM. In qua petitur. *Sess. 25. cap.4. de Reform.*

An, & quomodo sit locus reductioni oneris Missarum in casu &c.

Affirmativè juxtà votum Episcopi ad decennium cum conditionibus ab eodem Episcopo designatis.

Sess.24. cap. 1. de Reform.

VITERBIEN. MATRIMONII. Jussu Sacri huju Senatus hæc reproponitur Causa, quæ proposita fuit in Congregatione habita *die 23. transacti mensis Novembris*, exhibitoque Dubio = *An constet de Matrimonio in casu &c.*= Eminentissimi Patres responderunt=*Negativè*=: Cum autem in Folio *illius Congregationis* latè fuerint collectæ rei species, & rationes comprobantes, Dominicum Maruscelli sub initium mensis Augusti anni 1763. nequaquam contraxisse cum Corona Merli Matrimonium de præsenti, sed unicè Sponsalia de futuro, quibus rationibus addi potest fides nuperrimè ab Episcopo Viterbiensi transmissa, in qua Notarins Episcopalis testatus est, se perquisivisse Codicem Matrimoniorum Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ in Zoccoli nuncupatæ à die prima Januarii dicti anni 1763. usque ad mensem Maji 1773., quo decessit Sacerdos Flaminius Corazza, dum vixit, ejusdem Ecclesiæ Parochus, præfatisque Sponsalibus præsens, & in eo nullam adnotatam invenisse partitam Matrimonii contracti Dominicum inter, & Coronam, ideoque poterunt EE.VV. prædictas rationes ex eodem Folio repetere, ut decernant

An sit standum, vel recedendum a decisis die 23. Novembris proxime præteriti in casu &c.

In Decisis, & amplius.

Sess. 25. cap. 4. de Reform,

VERULANA. Joseph Cappella, & Praxedes Celletti Conjuges ex Terra Montis S. Joannis Verulanæ Diœcesis anno 1758. inter se reciprocam, & irrevocabilem omnium Bonorum Donationem inter vivos celebrarunt = *Non ostanti tutte le Leggi*, (sunt verba Donationis) *che ne dispongono in contrario, e specialmente quella, che proibisce le Donazioni frà Marito, e Moglie, alle quali, ed a ciascuna di esse, mediante il loro giuramento tactis &c., renunciano &c., essendone stati prima da me informati, perchè così è la loro positiva volontà, ed intenzione, e non altrimenti &c.*: Consideratus in ea fuit casus, quo Joseph Uxori suæ prædecessisset, fuitque hoc in casu volitum, quod si Praxedes Uxor ad secunda minimè transiisset vota, vel ad ea transiens filios non suscepisset, tunc ex Bonis donatis, quæ tamen superessent tempore obitus Praxedis, una, vel plures erigeren-

rentur Cappellaniæ ad libitum ejuſdem Praxedis , niſi Joſeph ante ejus obitum de erigendis Cappellaniis , deque facienda nominatione Cappellanorum aliter declaraſſet .

Præobiit Joſeph Cappella Vir cum Teſtamento , in quo , prævia abſolutione à juramento præſtito in antedicta Donatione ab Epiſcopo reportata , eam revocavit , mandavitque , ut poſt obitum Praxedis ſuæ Uxoris , quam Hæredem uſufructuariam reliquerat , utcumque ad ſecundas convolaviſſet nuptias, quatuor erigerentur Cappelpellaniæ cum onere Miſſæ quotidianæ turnatim inter Cappellanos partiendo , nulla tamen præſtituta Eccleſia , nulloque Altari , ubi Sacra celebrare deberent . Ad unam ex dictis Cappellaniis idem Joſeph nominavit Clericum Carolum filium Bernardi Lombardi, cui, ejuſque Familiæ jus præſentandi Cappellanum ad hanc tantum Cappellaniam perpetuò reliquit : Nominationem verò aliorum trium Cappellanorum cum activo Patronatu contulit in Joannem Baptiſtam Mobilj,ejuſque Succeſſores de Primogenito in Primogenitum in infinitum .

Praxedes in ſecundum accepit Virum Andream Trenta , ex quo etiam Conjugio nullus adnatus eſt filius . Ad quamlibet autem avertendam quæſtionem ſuper executione Teſtamenti Joſephi, ſtante præambula univerſali Donatione, quam idem egerat inter vivos favore ejuſdem Praxedis , ſatius ipſa putavit preces porrigere *SUMMO NOSTRO PONTIFICI feliciter Regnanti* , in eis exponens , ipſam dimittere jus omne, quod virtute prænarratæ Donationis ſibi competebat ſuper hæreditate Joſephi ſui primi Viri , ut ejus exequatur Teſtamentum, utque erigantur Cappellaniæ ab ipſo præſcriptæ,quas imò de propriis pecuniis augere cupiebat in aliis ſcutis centum , dummodo tamen poſt ſuum obitum etiam Andreas Trenta Vir ejus ſecundus,donec vixerit,eodem frueretur uſufructu præfatæ hæreditatis in Cappellanias erogandæ,non retardata ex nunc collatione unius Cappellaniæ favore Caroli Lombardi à Teſtatore nominati , petiitque propterea ſuſpenſionem nominationis aliorum trium Cappellanorum, durante vita dicti Andreæ .

Ablegatis precibus huic Sac. Congregationi , auditus fuit Verulanus Antiſtes , qui petitioni Praxedis annuit *utpote quæ Legati Pii executioni apprimè conducit* , eique pariter conſenſum ſuum præſtitit Joannes Baptiſta Mobilj unicus trium erigendarum Cappellaniarum Patronus .

Interea deceſſit Praxedes: Cum autem Andreas Trenta Vir ejus ſuperſtes inſtantiam à defuncta Uxore jam incæptam, & ab Epiſcopo, & à Patrono laudatam, & approbatam proſequatur, preces renovat pro ſuſpenſione ad ejus vitam duratura nominationis aliorum trium Cappellanorum, precibuſque propoſitis per Summaria Precum in poſtrema Congregatione habita die 23. nuper elapſi menſis Novembris, placuit EE. VV. reſcribere = *Ponatur in Folio, & exhibeantur integra Documenta* = . Ea modò fuerunt exhibita, & ex illis in facto conſtat, quod ſupra relatum eſt.

Quamvis enim de jure ſit, Donationes inter Virum, & Uxorem, conſtante Matrimonio, factas improbari, ex *Textu in Leg.* 1. *& 2. ff. de Donat. inter Vir., & Uxor., Leg. Cum quis decedens* §. *Titio ff. de Legat.* 3., niſi morte Viri, vel Uxoris confirmentur ex traditis per *Rotam in Romana, ſeu Fanen. Dotis ſuper Cauthela Angeli* 10. *Decembris* 1756. §, 4. *coram Reverendiſſimo Olivatio*, quemadmodum morte Joſephi Viri Donantis non confirmata, ſed revocata fuit Donatio ab ipſo favore Uxoris ſtipulata; Ambigendum tamen quammaximè eſt, an Teſtamentum Joſephi mereatur executionem etiam quoad ea, quæ præter erectionem Cappellaniarum, præterque faciendam Cappellanorum nominationem in Donatione ſibi reſervatas, præſcripta fuerant; Et an Joſeph, condito Teſtamento, præcedentem revocare potuerit Donationem Uxori factam, quoties ipſe ſciens prudens nullitatem Donationis tamquam à Lege improbatæ, adhuc tamen pro firmitate Donationis huic beneficio Legis, interpoſito juramento, ſolemniter renunciavit, ex traditis per *Rot. coram Molin. deciſ.* 1036. *num.* 3., exemplo Fratris, qui Bona ſua donaverit favore Fratris intuitu certi Matrimonii cum explicita renunciatione *Leg. Si umquam Cod. de revocan. Donation.*, per quam hujus generis Donationes revocationi ſubjiciunt ob ſupervenientiam filiorum Donantis, & tamen firma manet Donatio, licet filii ſuperveniant, quia Legis auxilium, cui Donans renunciaverit, eidem minime ſuccurrit, ut teſtis eſt *Rotalis Deciſio*, cui titulus *Spoletana Reintegrationis, & Immiſſionis* 17. *Januarii* 1755. *coram Stadion*.

Ambigendum inſuper eſt, an abſolutio à juramento nec citata, nec audita Praxede Donataria, per Joſephum Donantem ab Epiſcopo reportata, tanti roboris, & efficaciæ eſſe potuerit, ut Joſepho liberum fuerit revocare Donationem juramento vallatam in præjudicium ejuſ-

dem

dem Praxedis, cujus jam inde fuerat super Bonis donatis perfectè quæsitum, quod tuetur *Rota in Ripana Devolutionum* 11. *Junii* 1756. §. 11. *coram bon. mem Canilliac*, *& in Romana seu Ferrarien. Census dicta die, & anno* §. 15. *coram Stadion*.

Præterea ponderandum occurrit, hic non agi de pura, & simplici Donatione à Viro facta Uxori, vel è contra, sed agi quidem *de reciproca* Donatione unà cum ultima dispositione *vicissim* facta inter Conjuges, quæ tamquam liberalitatem excludens valere Virum inter, & Uxorem absque eo, quod indigeat confirmatione per mortem, firmavit *Lopez de Donat. inter Vir.*, *& Uxor. in Repetit. Rubricæ* §. 50. *n.* 12. 16. *&* 17., & ad rem explicat *Cutell. de Donation. special.* 17. *num.* 14.. Quemadmodum enim si Joseph Uxori supervixisset, gavisus fuisset effectu, & commodo reciprocæ Donationis eos inter initæ, ita videtur, præfatum Josephum de hoc eodem Donationis commodo, & effectu suam Uxorem privare non potuisse, dum Uxori prædecederet.

Quamobrem ad has omnes præcidendas Juris, & Facti quæstiones, quæ in Causa sunt, si Praxedes quamdam proposuit Transactionis speciem, nimirum renunciandi jus suum, quod, subsistente Donatione super Bonis donatis, habebat ea distrahendi usque ad dodrantem, relicto tantum quadrante pro erigendis Cappellaniis, quæ juxta voluntatem Josephi Donantis erigi debebant cum suis Bonis = *per quanto se ne trovarà nella di lei morte a beneficio delle anime loro, e de' loro Parenti defonti con erigere una, o più Cappellanie laicali* - per ea, quæ sancita fuerunt *in Auth. Contra cum rogatus Cod. ad Sen. Cons. Trebell.* ibi = *Contra cum rogatus fuerit quis, ut sine liberis decedens, quod tunc ex hæreditate superest, restituat, vel alias hujusmodi fideicommissi verbis gravatus, quartam institutionis fideicommissario restituere cogitur* = & consentaneè firmavit *Rota in Æsina Immissionis super Reservatis* 5. *Martii*, *&* 15. *Junii* 1759. *utraque per tot. coram Eminentissimo Domino Cardinali Elephantutio*.

Itemque §. Praxedes exhibuit restitutionem Bonorum, quæ sibi donata fuerant, quæque servavit, nec non & præstitit assensum, quod exequeretur Josephi Testamentum, utque erigerentur quatuor demandatæ Cappellaniæ, quarum Fundos obtulerat se aucturam in scutis Centum de propriis Bonis, dummodò tamen in horum omnium

cor-

correſpectivitatem Bonorum uſusfructus, quem idem Joſeph ſibi reliquerat, ejus durante vita, protraheretur etiam ad vitam Andreæ Trenta ſui ſecundi Viri, ſuſpenſa interim Cappellanorum nominatione, illa tantum excepta, quam Joſeph egit in ſuo Teſtamento in perſonam Clerici Caroli Lombardi, onus erit EE.VV., his omnibus perpenſis, ſapientiſſime decernere.

An, & quomodo Oratoris precibus ſit annuendum in caſu &c.

Dilata, & Scribatur Epiſcopo pro ulteriori Informatione ſuper annuo fructu Bonorum hæreditariorum Joſephi Cappella, & ſuper ætate Oratoris.

Seſſ. 24. cap. 12. de Reform.

NOVARIEN. DISTRIBUTIONUM, ET FRUCTUUM. In Oppido Faudiani Diæceſis Novarienſis adeſt Collegiata Eccleſia S. Juliani, quæ præter Præpoſitum habentem præsbyteralem Præbendam, eſt undecim Canonicis condecorata: In ea ſunt quatuor pro ratione ſervitii Diſtributionum ſpecies, quarum una vocatur *il Quartiere*, altera nuncupatur *la Data*, tertia verò, & quarta dicitur *Ficta S. Martini*, quæ Canonicis tribuitur pro præſtita Anniverſariis intereſſentia quoad unam, & quoad alteram pro præſtito Chori ſervitio integro tempore quindecim dierum quolibet menſe. Sunt etiam Eccleſiæ Statuta, quæ mandant, continuam eſſe reſidentiam Præpoſiti, mandantque pariter, quod illa Diſtributio *il Quartiere* partiatur inter Canonicos reſidentes aut continuò, aut diſcontinuò per ſeptem menſes à Feſto Sanctiſſimæ Aſſumptionis B. M. Virginis numerandos: Illa verò nuncupata *la Data* diſtribuatur inter Canonicos reſidentes per reliquos quinque menſes juxta taxationem expreſſam in eodem Statuto: ac demum adeſt antiquiſſima conſuetudo, vi cujus Canonici tenentur de anno quolibet inter Octavam antedictæ Feſtivitatis B. M. Virginis præſtare fidejuſſionem de reſidendo, ac intereſſendo Divinis, ut lucrifacere valeant ſupradictas Diſtributiones *il Quartiere*, & *la Data*.

De Præpoſitura hujus Collegiatæ Eccleſiæ anno 1761. proviſus fuit Sacerdos Laurentius Peroli, qui, ſolemni interpoſito juramento, ſe voluit obſtrictum ad obſervantiam Statutorum, & Conſuetudinum Eccleſiæ, & qui

ſimul

simul cum Canonicis juxta perantiquam illius Consuetudinem sub die 21. Augusti 1774. promisit primo *Omnipotenti Deo*, subindeque Canonicis servare residentiam, & interessentiam, pro qua unusquisque Canonicus vicissim pro altero fidejussit. Post decennium ab hac jurata praestita promissione, nimirum die prima Septembris, Prepositus de ea fere oblitus, insalutato Capitulo, & unice reportata ab Episcopo venia ad sex menses duratura, ab Oppido Gaudiani discessit, Romamque petiit praetextu interessendi propositioni propriae Causae in Sacro Rotae Tribunali faciendae contra suum Capitulum pro quadam per eum excogitata Praeeminentia, super qua jam semel succubuerat in Curia Metropolitana Mediolanensi de anno 1772.

Ad Urbem pervento Praeposito sub die 12. subsequentis mensis Octobris dicti anni 1774., & adhuc Apostolica vacante Sede, preces porrexit huic Sacrae Congregationi, narravitque = *essere stato necessitato portarsi in Roma per assistere ad una Causa vertente in Sagra Ruota circa la sua Prepositura con licenza del proprio Ordinario, quale umilmente si annette, ed essendo necessaria la sua presenza in Roma per dare i lumi opportuni per la detta Causa, come risulta dall' accluso attestato giurato del suo Difensore* = ideoque supplicavit = *l' EE. VV. per la facoltà di essere assente dalla sua residenza per detto motivo con percepire dal giorno del suo discesso li frutti, e le distribuzioni, come se fosse presente* = & Episcopo, Capituloque inauditis, voti compos effectus fuit sub die 20. Decembris saepedicti anni 1774. *ad quatuor menses*, commissa tamen, veris existentibus narratis, executione Indulti Episcopo Novariensi, quod Indultum, eodem supplici porrecto Libello, prorogatum fuit sub die 6. Maii 1775. *ad alios quatuor menses* cum simillima commissione Episcopo directa prorogationis Indultum exequendi.

Capitulum Indulta penitus ignorans devenit juxta solitum sub die 23. Junii 1775. ad partitionem supradictarum Distributionum, relicta in communi Massa portione Praepositi absentis, illiusque Praesbyteralis Praebendae fructus sub sequestro posuit, quia Praepositus à Capitulo discedens neminem impleturum onera suae Praebendae reliquerat. Pro iis autem assequendis duo Praepositus egit subsequenti mense Septembris; Obtinuit enim expeditionem Monitorii contra Capitulum in Episcopali Curia No-

Novarienſi, petiitque coram hac Sacra Congregatione ulteriorem Indulti prorogationem, & ſe opponente Capitulo, reſcriptum fuit ſub die 15. Novembris dicti anni 1775., quod utraque Pars uteretur jure ſuo in plena Congregatione, ſubindeque Præpoſitus menſe Januarii labentis anni Gaudianum repetiit, & Choro pro prima vice interfuit die 15. ejuſdem menſis Januarii.

Nunc autem jura Capituli decidenda ſunt. Contendunt enim Canonici, Indulta Sacræ Congregationis ex tribus rationum momentis minimè ſuffragare poſſe Præpoſito, ut in ejus etiam abſentia controverſas lucretur Diſtributiones. Primum quippè reſidet in ſubreptionis vitio, quo Indulta laborare Canonici propugnant. Suſtinent enim, Præpoſitum reticuiſſe in ſupplici libello Eccleſiæ Gaudianæ Statutum, quod non reſidentibus per integrum annum pænam infligit privationis omnium fructuum, excepta Præbenda, abſentes verò per ſeptem menſes excludit à comparticipatione Diſtributionis nuncupatæ *il Quartiere del Grano*, excluditque pariter abſentes per reliquos quinque menſes ab alia Diſtributione, quæ vocatur *la Data*; Itemque reticuiſſe juramentum ab eo præſtitum in adipiſcenda Præpoſituræ poſſeſſione de annuali reſidentia fideliter obſervanda, & ab eo juxta immemorabilem Eccleſiæ conſuetudinem renovatum initio anni Capitularis incipientis infra octavam Aſſumptionis B. M. Virginis, die ſcilicet 21. Auguſti 1774., ipſumque in præſtiti juramenti contemptum poſt decennium è Capitulo, & ab Eccleſia diſceſſiſſe; Pariterque reticuiſſe, quod lis, pro qua diſceſſerat, jam tamquam injuſta deciſa fuerat in Curia Metropolitana Mediolanenſi; Reticuiſſe demum Statutariam Sanctionem indicentem Præpoſito continuam reſidentiam, ſuæque Præpoſituræ adnexam eſſe Præbendam præsbyteralem, quæ omnia ſi Sacræ huic Congregationi innotuiſſent, vel difficilius, vel nullo modo gratiam conceſſiſſet ad tradita *per Card. de Luc. de Teſtam. diſcur.* 83. *num.* 3., *Rot. deciſ.* 148. *num.* 12. *tom.* 19. *recen.*, *in Setina Beneficii*, *ſeu Legati pii* 10. *Martii* 1758. §. 10. *coram Reverendiſſimo P. D. Ratta*, & *in Gerunden. Beneficii* 24. *Aprilis ejuſdem anni* 1738. §. 9. *coram bon. mem. Canilliac.*, concurrente potiſſimum juramenti vinculo, à quò Præpoſitus erat diſpenſandus *Gloſſ. in cap. cum non deceat ſub verb. Effectus de Elect. in* 6., *Pignattel. conſult.* 19. *num.* 15. & *ſeq.*, & *Rot. deciſ.* 5. & *ſeq. coram Duran.*

Al-

Altera est Canonicorum ratio pro inefficacia utriusque Indulti, quia defuerat in Praeposito justa non residendi causa, quoniam lis non erat in utilitatem Ecclesiae, vel Capituli, sed erat propria Praepositi contra Capitulum, agebaturque de geminis Praeeminentiis, qnibus antecessores Praepositi nunquam gavisi fuerant; quibus in terminis, cum causa residendi praesertim juramento munita praeponderare videatur liti, ideo lis per electum Procuratorem agi poterat, eòque commodius, quia illemet Causae Defensor lato calamo scripserat super iisdem articulis in Curia Mediolanensi, ideoque praesentia Praepositi nec erat necessaria, nec adeo longa septemdecim mensium requirebatur, ut expendit *Lotter. de Re benef. lib.* 3. *quæst.* 27. *num.* 180., *Pignattell. consultat.* 113. *num.* 2. *tom.* 9., *& Rota decis.* 1131. *num.* 4. *coram Seraphin.*, *& decis.* 288. *num.* 2. *coram Ubaldo*; maxime quia, & irrationabilis fuerat abessendi causa, quoniam Praepositus in suis praetensionibus jam succubuerat tempore discessus in Metropolitana Curia Mediolanensi, quemadmodum etiam, sua non obstante in Urbe praesentia, succubuit in Sacro Rotae Auditorio, litique renunciavit sub die 16. Julii proxime praeteriti.

Tertium Capituli juris fundamentum est in gravamine caeterorum Canonicorum; nam si eorum aliquis abest ab Ecclesia legitimo titulo, ex veteri tamen Instituto tenetur alterum eligere, qui vices ejus suppleat, impleatque onera, ad quae absens obstringitur, prout Praepositus adnexam habens Praebendam praesbyteralem tenebatur ante suum discessum alium eligere, qui onera suae praesbyteralis Praebendae satisfaceret; Aliter enim Praepositus assequeretur Praebendae fructus, & Distributiones, caeteri verò Canonici onera Praebendae Praepositi absentis subire gratis cogerentur, quod non sinit *Text. in leg. Jure succursum est ff. de Jur. Dot.*, *in leg. Jure naturæ* 206. *ff. de regul. Jur.*, *Rot. in Romana Pecuniaria* 23. *Novembris* 1758. §. 4. *coram Reverendissimo Olivatio*, & Sacra Congregatio in terminis Canonici habentis Indultum abessendi ex causa defensionis jurium sui Beneficii = *deberi Massam grossam, emolumenta quarumcumque Missarum, & quascumque oblationes, dummodo omnia onera per Substitutum adimpleta fuerint* = respondit *in Pampilonen. Distributionum* 11. *Septembris* 1728. *lib.* 78. *Decret. pag.* 455.

Ex iis itaque, sepositis Indultis tamquam subreptitiis, vel

illis subsistentibus, ex quo Præpositus absens nullum de gremio Capituli substituerit pro adimplendis oneribus Præbendæ suæ præsbyteralis, putant Canonici, nullam injuriam inferri Præposito, si ei denegant Distributiones, quæ ex statutaria lege Capituli partiendæ sunt inter Canonicos præscriptum Chori servitium præstantes, cum aperte statuant Sacrorum Canonum Sanctiones, præcipuè verò *Sac. Concil. Trident.*, eos tantummodo posse quotidianas lucrifacere Distributiones, qui communi Choro realiter inserviunt *Text. in cap. licet de Præben.*, *cap. de Cætero de Cleric. non resident.*, *& cap. Consuetudine eodem tit. in 6. Sacr. Concil. Trident. Sess. 24. cap. 12. de Reform.*, *Antonell. de Regim. Ecclesiæ lib. 3. cap. 16. num. 1.*, *& Rota in Valentina Fructuum*, *& Distributionum 1. Junii 1735.*, *quæ est decis. 237. num. 1. coram Rezzonico*.

Putant insuper Canonici, Præpositum, quoniam abfuit ab Ecclesia per lapsum septemdecim Mensium, esse privandum medietate fructuum ipsius Præbendæ, nedum quia Capitulares Constitutiones eum cogunt ad continuò residendum, sed etiam quia *Sacrosancta Tridentina Synodus Sess. 24. cap. 12. de Reform.* prohibet, ne suos faciat ibi = *Præterea obtinentibus in eisdem Cathedralibus, aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut portiones non liceat vigore cujuslibet Statuti, aut Consuetudinis ultra tres Menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse, salvis nihilominus earum Ecclesiarum Constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt, alioquin primo anno privetur unusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam Præbendæ, ac residentiæ fecit suos*.

Ponderandum tamen est, quod in casu, quo subsistant Indulta, hæc expirata fuerunt die 6. Septembris 1775., & Præpositus ad residentiam non prius se contulit, nisi die 12. Januarii 1776., & ad interessendum in Choro die 15. ejusdem mensis, itaut hoc tempore, quod intercessit inter tempus expirati Indulti, & tempus reditus ad residentiam, Sacra Congregatio *Distributiones non deberi post terminum Indulti* responderit *in Conchen. Fructuum*, *& Distributionum 6. Februarii 1734. quoad II. Dubium*. Et quamvis præsens Causa super incompetentia Distributionum, instante Capitulo contra Præpositum, initium habuerit die 16. Septembris 1775., qua rescriptum fuit = *citetur Pars* =, & die 15. Novembris ejusdem anni, qua prodiit Rescriptum = *utatur jure suo in plena Congrega-*

tio-

tione, *& pro hujusmodi effectu mandavit Causam poni in Folio* = videtur tamen, exceptionem suae in Urbe praesentiae pro hac Causae defensione suffragari non posse Praeposito, ut etiam absens lucretur Distributiones, juxta resolutionem hujus Sacrae Congregationis *in Aquilana* 23. *Maii* 1626. *lib.* 13. *Decret. pag.* 5. ibi = *Sacra Congregatio censuit, Distributiones petitas pro tempore, quo prosequitur litem in Curia pro consecutione aliarum Distributionum ei debitarum, non deberi* = *& in Adjacen. Distributionum* 21. *Augusti* 1762. ibi = *Affirmative quoad Distributiones quotidianas tàntum usque ad initium litis super eisdem Distributiònibus*.

Haec, & alia plurima sunt in libello à Capitulo circumferendo. Jura verò, quae deducere meditatur Praepositus contra Capitulum, nondum allata sunt. Onus igitur EE.VV. erit pronunciare.

I. *An Indulta sustineantur itaut Proposito Laurentio Perolio absenti debeantur Distributiones, & fructus suae Praebendae in casu &c.* = & quatenus negative.

II. *An eidem Praeposito debeantur fructus Praebendae in casu &c.*

Dilata.

FOROSEMPRONIEN. Geminas pro Sacro Monte Pietatis Civitatis Forosemproniensis illius Rectores possident Haereditates, unam scilicet Comitis Francisci Candidi Particelli, qui suo condito Testamento de anno 1730. proprietarium haeredem instituit dictum Sacrum Montem Pietatis; Alteramque Stephani Modesti, qui in ejus ultimo, quo de anno 1760. decessit, elogio Executores suae voluntatis reliquit ipsum Sacrum Montem Pietatis, ejusque Rectores pro tempore existentes. Primus Testator Particelli post relictum suorum Bonorum usumfructum ad vitam Comitissae Franciscae Ridolfi Uxori suae, quae decessit anno 1759., mandavit, ut ex redditibus suae haereditatis tot eligi deberent Lectores ad erudiendos in bonis artibus Juvenes Forosemprononienses, quot cum haereditariis redditibus possent manuteneri.

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

Voluit alter Testator Modesti, ut Haeres esset ejus, &

ſuorum Propinquorum Anima, fierique juſſit ab Executoribus Teſtamentariis juridicum Inventarium ſuorum omnium Bonorum, nec non venditionem geminarum Domorum, & Horti, pretiumque ex hac ſtabilium, & mobilium venditione retractum inveſtiri debere in pluribus Cenſibus, quorum fructus eſſent impoſterum inveſtiendi, & multiplicandi cum conſenſn Epiſcopi Foroſemproníenſis; mandavit inſuper, quod redditus tam ſuæ poſſeſſionis ſitæ in circumdario Plebaniæ S. Gervaſii, quàm ſemoventium in duas æquas partes dividerentur, quarum una eſſet Adminiſtratorum ejuſdem Sacri Montis cum onere congruam ſolvendi mercedem Cuſtodi dictæ poſſeſſionis, erogandique annua ſcuta decem in ea melioranda, quatenus meliorationibus indigeret, ſin minus eſſent multiplico adjicienda; altera verò pars, quòd in duas pariter æquales partes ſubdivideretur, & earum una tribueretur multiplico faciendo, & altera erogaretur in celebratione Miſſarum ad rationem eleemoſynæ manualis.

Juſſit item, quod pervento multiplico ad annuum redditum ſcutorum quatuorcentum Ducalium, hi dividantur redditus in geminas æquales portiones, quarum una ſcutorum biſcentum erogari deberet in dotandis Puellis Foroſempronienſibus in perpetuum ad rationem ſcutorum 25. Ducalium pro qualibet Dote, & altera pars aliorum ſcutorum biſcentum in annua celebratione Miſſarum impenderetur: Præcepitque demum, quod ſi dicti Adminiſtratores Sacri Montis minimè exequerentur quod ipſe præſcripſerat, deciderent ab eorum adminiſtratione, eaque devoluta cenſeretur ad electionem Archiepiſcopi Urbini, prout etiam a dotationibus decidant Puellæ Foroſempronienſes cum ſubrogatione illarum Civitatis Urbini, nec non multiplicum, & Depoſita transferantur ad Sacrum Montem moxdictæ Civitatis Urbinatenſis.

Utraque hæreditas, vix Teſtatoribus defunctis, ſuas reſpectivas paſſa fuit viciſſitudines, & decrementa. Nam contra hæreditatem Comitis Particelli inſurrexit Julia Soror, & obtinuit ab A. C. Sententiam ſuper nullitate Teſtamenti, ac ſuper Immiſſione tamquam hæres ab inteſtato ad omnia Bona ad fraternam hæreditatem pertinentia, itaut oportuerit anno 1739. cum ea devenire ad amicabilem Tranſactionem ab Urbini Præſide approbatam, vi cujus ſemiſſem hæreditatis tàm in proprietate, quàm in uſufructu Julia fuit aſſecuta, & ſemiſſem alterum habuit Sacer

Mons

Mons Pietatis cum onere implendi Defuncti voluntatem. Itemque super altera hæreditate Stephani Modesti necesse pariter fuit anno 1767. inire Concordiam Apostolico Beneplacito munitam cum Collegio Patrum Barnabitarum Civitatis Urbini, quod tamquam hæres institutus ab Elisabeth Guidarelli mox dicti Stephani Uxore jam obtinuerat ab A. C. Sententiam contra Sacrum Montem Pietatis Forosempronii pro restitutione Dotis, Bonorumque extradotalium ad Patrimonium Elisabeth attinentium, habuitque virtute dictæ Concordiæ Mobilia, Stabilia, & pecunias maximam Patrimonii partem constantes.

Agnoscentes autem Administratores Sacri Montis Pietatis, impares esse redditus utriusque diminutæ hæreditatis Particelli scilicet, & Modesti ad onera ferenda, quibus uterque Testator suum respectivè gravaverat Patrimonium; nam Bona hæreditaria Particelli sunt annui redditus scutorum 70., illa verò hæreditaria Modesti non alios fructus reddunt, nisi annuorum scutorum 35., quæ tametsi essent integraliter multiplicanda, non anni, sed sæcula requirerentur pro annuis efformandis redditibus scutorum quatuorcentum, modò instant, ut, commutata voluntate Stephani Modesti, ejus residualia Bona uniantur Patrimonio Comitis Particelli, ut sic, unico de hisce geminis hæreditatibus facto Patrimonio, istius redditus satis sint pro implenda voluntate dicti Particelli, nimirum pro manutentione Lectorum Philosophiæ, ac Theologiæ, quorum opera Civitas Forosemproniensis indiget quàm maxime.

Administratorum precibus annuit Forosemproniensis Antistes pro informatione, & Voto requisitus, addens, quòd in casu commutandæ volantatis Stephani Modesti, aliquis celebrandarum Missarum numerus in expiationem ejus Animæ præservetur. Rescriptum tamen fuit sub die 27. Novembris 1733. = *Ponatur in Folio, auditis Archiepiscopo Urbinatensi, & Rectoribus Sacri Montis* =, qui fuerant à Testatore substituti in casu, quo sua voluntas a Rectoribus Sacri Montis Pietatis Forosempronii fuisset inadimpleta, Archiepiscopus etiam annuit Oratorum votis; Consensus verò Rectorum Sacri Montis Pietatis Urbini nec adhuc præstitus, nec requisitus demonstratur. Non ita facile Testatorum voluntates commutandæ sunt, nisi concurrat justa, rationabilis, & necessaria causa publicæ utilitatis, ut cohærenter ad censuram Sa-

cri

cri Concilii Tridentini *Seff. 22. cap. 6. de Reformat.* probat *Fagnan. in cap. Relatum num. 36. Ne Cler.*, *vel Monac.*, *Monet. de commut. ultim volunt. cap. 6. num. 27.*, *& Rot. in Romana, seu Bononien. Collegii 24. Martii 1732. §. Secluso coram clar. mem. Card. Aldrovando*.

Atque hinc Adminiſtratores Sacri Montis Pietatis Foroſempronii cauſas voluntatis commutandæ proponunt. Primam *neceſſitatis*, ex qua ultimas Defunctorum voluntates commutari poſſe indubium eſt, ut ex *Textu in Leg. 5. ff. de Adminiſtr. Rer. ad Civit. pertinen.*, aliiſque juribus monuit *Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 3. quæſt. 4. num. 92.*, neceſſitatem verò monſtrari ajunt a tenuitate reddituum, quos habet Patrimonium Stephani Modeſti dumtaxat in annuis ſcutis 35., cum quibus impoſſibile fermè eſt, ut illius exequatur voluntas, præcipuè pro faciendo Multiplico uſque ad annuos redditus ſcutorum 400. annualiter erogandorum in incertis dotandis Puellis, ac in Miſſarum celebratione, nulla tamen pro iis celebrandis a Teſtatore deſignata Eccleſia, nulloque Altari, id quod nonniſi poſt Sæcula fieri poterit, ideoque eo pronius indulgendum eſſe commutationi in ſimile, vel magis neceſſarium pium opus præſcripſit *Textus in cap. Nos quidem de Teſtam.*, *Fagnan. in cap. Ex parte de Conſtit. num. 27.*, *Pignattel. tom. 9. conſult. 80. num. 7.*, *& Rota deciſ. 14. num. 18. de Legat. coram Falconer.*, & Sacra Congregatio in *Interamnen. cummutationis voluntatis 8. Maii 1756.*

Alteram verò commutationis cauſam ex *publica utilitate* deducunt: Nam annua ſcuta 70. provenientia ex redditibus imminuti Patrimonii Comitis Particelli imparia ſunt pro manutentione Philoſophiæ, ac Theologiæ Ludimagiſtrorum, ut Foroſempronienſes Juvenes, veluti Teſtator præceperat, in bonis artibus inſtituantur, ex qua reddituum tenuitate arguunt Adminiſtratores, conſulendum potius eſſe Foroſempronienſi Juventuti pro bono Eccleſiæ, & Reipublicæ, quam longo Multiplico, incertiſque Puellis, quia longe ſatius ſit cavere, ne opus Pium Particelli, quod cum unione reddituum Patrimonii Modeſti nunc eſſet perfectum, modoque exequendum, deſtruatur, quàm ut novum poſt Sæculum opus fiat, ut ex *Leg. Pecunia ff. de Oper. public.*, *Leg. Si quis 37. Cod. de Epiſc. & Cler.* diſſerunt *Franciſcus Regius in Prolegomen. de Jurepatron. cap. 14.*, *Perez Lara de Anniverſ.*, *& Cappellan. lib. 1. cap. 14. num. 30.*, *& ſeqq.*, *Pignattell. loc.*

ſupra

ſupra cit., *Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 6. quæſt. 2. num.* 73.

Et in hanc ſententiam pluries abivit Sacra Congregatio, ut in *Hiſpalen. 7. Septembris* 1680. *lib.*31. *Decret. pag.* 224., *in Nullius Piſcen.* 21. *Junii* 1721., in qua, cum demandatum eſſet faciendum Multiplicum pro tribus Sanctimonialium Monaſteriis erigendis, unum tàntum Monaſterium erigi definitum fuit, in *Montis Politiani* 9. *Septembris* 1724., in qua loco Conſervatorii pro Puellis periclitantibus erigendi cum multiplicandis, & inveſtiendis redditibus Bonorum hæreditariorum Taruſini Salimbeni, iſtius Patrimonium fuit applicatum pauperi Monaſterio Monialium S. Bernardi. Et in *Catanien. commutationis Voluntatis* 18. *Julii* 1733., in qua licet Teſtator præcepiſſet, quòd ejus Ædes in Cœnobium pro Virginibus Orphanis converterentur, attamen ex quo poſt Teſtatoris obitum Ædes illas obtinuerit alter Civis, & reliqua Bona, ſuborta lite, maximum paſſa fuerint detrimentum, ideo, commutata voluntate, illius hæreditas fuit Monaſterio *S.* Michaelis aſſignata.

Illud tamen animadverſione dignum eſſe videtur, quod annuis ſcutis 70., quot aſſeritur reddere Patrimonium Comitis Particelli vi Tranſactionis perventum ad Sacrum Montem Pietatis, addendi ſunt alii redditus provenientes ex faciendo inveſtimento recollectorum fructuum uſque ad annum 1772. in ſcutis 1479. 80., quæ, demptis expenſis, ut ajunt Oratores, ſuperſunt adhuc depoſita, & inveſtienda ſcuta 659. 23. ſine præjudicio aliorum recollectorum fructuum per totum annum proximè præteritum 1776.; nec non addendi pariter ſunt redditus aliorum Bonorum, quæ aſſignata reperiuntur in Patrimonium Sacrum Sacerdotis Philippi Romagnoli, & Sacerdotis Andreæ Vichi, quorum poſt obitum illa ſunt virtute dictæ Concordiæ pro medietate reditura ad Sacrum Montem Pietatis: Quodque gravius eſt, ex præfata Concordia Sacer Mons Pietatis habuit tot Bona hæreditaria Comitis Particelli valoris ſcutorum ducalium 2462., habuitque pariter alia ſcuta ducalia 2928. 92. in tot Mobilibus, Jocalibus, & Semoventibus, quæ alienari, pretiumque inveſtiri debebat in augumentum reddituum pro Ludimagiſtrorum manutentione, quodque in correſpectivitatem dictorum receptorum Bonorum per contractum ſe obligavit = *col fruttato di quelli eriggere tante Lettorie a*

bene-

beneficio commune della Gioventù di questa Città, conforme la disposizione del Signor Conte Particelli predetto.

Hæc animadvertenda sunt quoad Patrimonium Particelli. Quò verò ad Patrimonium Modesti, ut asseritur, annui redditus scutorum 35., ponderandum æque videtur, illis addendos esse fructus scutorum 93. 31., quæ percepta ad annum usque 1771. dicuntur deposita, & investienda. Est insuper ponderandum, Defunctum maximam suæ dispositionis, & faciendi Investimenti partem constituisse super fructibus Possessionis sitæ intra limites Plebaniæ S. Gervasii, quam cessam non fuisse PP. Barnabitis patet ex Concordia eos inter, & Sacrum Montem super hæreditate Modesti stipulata, illamque nec etiam adnotari inter Bona illius hæreditaria a Sacro Monte Pietatis Forosempronii possessa, quæ describuntur unicè in una Domo, tribusque Censibus. Dubium est.

An sit consulendum Sanctissimo pro commutatione Voluntatis Stephani Modesti, ita ut ex redditibus hæreditariis tam ipsius quond. Stephani, quam bon. mem. Comitis Francisci Particelli locus sit electioni, & manutentioni Lectorum Philosophiæ, ac Theologiæ in casu &c.

Sess.22. Decret. de observ., & evit. in celebr. Miss.

CELSONEN. REDUCTIONIS MISSARUM. Ex universali demandata de anno 1750. fructuum Censuum reductione a scutis quinque ad scuta tria pro quolibet centenario, & anno, omnes Ecclesiæ, Beneficiati, Cappellani, & Loca Pia, a quibus cum censualibus assignatis fructibus ad pristinam rationem scutorum quinque implenda erant onera Missarum a Testatoribus præscripta, recursum habuerunt ad eorum respectivos Episcopos, ut, imminutis redditibus, onera quoque Missarum imminuerentur. Inter recurrentia Loca Pia fuit etiam Collegiata, & Parochialis Ecclesia Villæ nuncupatæ *della Puebla de Lillet* Diœcesis Celsonensis, cujus Antistes anno 1758., assuetis acceptis facultatibus ab hac Sacra Congregatione, præfata Missarum onera reduxit ad rationem eleemosynæ manualis, nimirum ad rationom sex obulorum pro qualibet Missa.

De duobus modò conqueritur Communitas Presbyterorum dictæ

dictæ Parochialis, & Collegiatæ Ecclesiæ. Primum fuit eorum querelæ fundamentum in facta Missarum reductione ad manualem, nulla habita ratione, nec demptis expensis Sacrorum Utensilium; Alterumque residet ejusdem conquæstionis fundamentum in reductione *indiscriminatim* facta singularum Missarum ad manualem, nulla habita consideratione ad eas Missas, quæ in aurora, quæ in meridie, quæ in Sanctuario Beatæ Virginis *de Fulgas* nuncupato, & a dicta Villa distante itinere horæ unius, & quadrantis, & quæ in Ecclesia vocata *Monasterii* extra Villam sitam per iter supra horæ quadrantem celebranda sunt, quæque ratione incommodi ad manualem tàntum reduci non possunt, ideoque supplex est eadem Presbyterorum Communitas pro ulteriori facienda Missarum reductione.

Episcopus vera esse dixit ea, quæ narrata fuerunt in precibus pro parte supradictæ Parochialis, & Collegiatæ Ecclesiæ porrectis, eamque pauperem esse testatur, fuitque in voto deveniendi ad postulatam Missarum reductionem.

Sacra Congregatio constantissimè mandavit, Missarum reductionem ad rationem eleemosynæ manualis fieri debere, detractis expensis pro Sacris Utensilibus Ecclesiæ debitis quemadmodum in *Romana* 27. *Februarii* 1717. rescripsit = *Præfatas Missas celebrandas esse ad rationem eleemosynæ manualis, more Urbis inspecto, habita tamen ratione expensæ Sacrorum Utensilium*.

Rursus in *Fulginaten*. 26. *Martii* 1718. rescripsit = *Missas celebrandas esse juxta quantitatem reddituum ad rationem eleemosinæ manualis, inspecto Regionis more, reservata tamen Sacristiæ portione pro expensa Paramentorum, seu sacrorum Utensilium arbitrio Episcopi* = ut in *lib*. 68. *Decret. pag*. 121.

Item in *Perusina*, *seu Civitatis Plebis Cappellaniæ* 27. *Junii* 1733. respondit = *Episcopus procedat ad erectionem Cappellaniæ, imposito Cappellanis onere celebrandi juxta mentem Andreæ Jantanti tot Missas, quot celebrari possunt ex fructibus Bonorum ad rationem manualis, detractis Utensilibus* = ut in *lib*. 83. *Decret. pag*. 292.

Et in *Fanen. reductionis Missarum* 14. *Februarii* 1761., in qua proposito Dubio = *An sit locus reductioni Missarum in casu &c*. = definivit = *Affirmative quoad primum Legatum ad rationem eleemosynæ Missæ perpetuæ juxta modum Regionis; Quò verò ad secundum Legatum ad rationem eleemosynæ manualis, deductis expensis Sacrorum Utensilium*.

An autem pro Missis celebrandis in aurora, in meridie, & in Ecclesiis extra Villam de la Puebla de Lillet existentibus debeatur major Eleemosyna ea, quam manualis secumfert, pertinet ad EE. VV. declarare.

I. *An sit locus ulteriori reductioni Missarum in casu &c.*

II. *An, & quæ Eleemosyna debeatur pro Missis celebrandis in aurora, in meridie, & in Ecclesiis extra Villam de la Puebla de Lillet in casu &c.*

Sess. 22. cap. 2. de Sacrific. Miss.

PLACENTINA MISSÆ CONVENTUALIS. Capitulum, & Canonici Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Castri Arquati Placentinæ Diœcesis supplicant pro reductione Missæ Conventualis ad dies festos tàntùm de præcepto, attenta tenuitate reddituum Præbendarum. Exponunt enim, communes redditus pro Officiis tam diurnis, quàm nocturnis, ac pro celebratione Missæ Conventualis pro Benefactoribus non excedere annua scuta 282. & obulos 71. monetæ Romanæ partienda in 29. portiones dividendas in fine cujuslibet anni inter vigintiquinque Personas, quot sunt Canonici, & Beneficiati, quoniam Archipresbyter, qui prima, & unica est antedicti Capituli Dignitas ex pervetusta consuetudine duplicem exigit portionem ejus, quam recipit simplex Beneficiatus; Sex verò Canonici præter propriam portionem, tertiam etiam alterius portionis partem habent supra simplices Beneficiatos, aliosque Canonicos, itaut quilibet simplex Canonicus, simplexque Beneficiatus residentia continua gravatus, demptis ex communibus redditibus annuis scutis 36. & obnl. 30. pro Missæ Conventualis eleemosyna, vix accipiat annua scuta octo, & obul. 49. prorsus imparia ad honestæ vitæ sustentationem.

Hæc omnia vera esse tantùm dixit Episcopus pro Informatione de more requisitus, suumque Votum aperuit juxta petita. Quare sub die 12. Martii 1774. rescriptum fuit = *Episcopo pro meliore informatione, & referat de quantitate Præbendarum, & respectivè de numero Missarum applicandarum, singulis de Capitulo, de quantitate reddituum singularum Præbendarum, & Massæ Distributionum, an inspe-*

inspectis rerum , loci , & temporis circumstantiis , congrui sint , seu potius tenues ad victum .

Satisfecit his omnibus Placentinus Antistes , transmisitque notulam singularum Præbendarum cum earum respectivè redditibus , & Missarum oneribus , quæ cuique Præbendæ adnexa sunt , & de quibus certior factus fuit in actu suæ Pastoralis Visitationis . Retulit enim in hac postrema sua Informatione = *redditus annuus Massæ Distributionum vix pertingit ad annua scuta monetæ num.*282. , *quæ inter Canonicos , & Beneficiatos distribuuntur , prout describitur in precibus , quæ omnino veræ sunt .*

Prosequitur = *Præbendæ in eadem Ecclesia erectæ , compræhenso Archipresbyteratu , qui ibi est prima , & unica Dignitas , sunt viginti quinque . Septemdecim ex ipsis habent seorsim onera Missarum , prout descriptum reperitur in annexo folio , quæ simul ascendunt ad Missas annuas bismille quatuorcentum sexdecim . Non omnes integrè celebrantur , cum aliquæ Præbendæ non habeant redditus sufficientes ; Præbendarii tamen ex obtenta reductione tot celebrant , quot possunt cum annuis redditibus ; Cæteri celebrant omnes Missas præscriptas .*

Addit insuper = *Redditus Præbendarum, quos in actu Visitationis volui à Canonicis , & Præbendariis juramento assertos , sunt prout in præcitato Folio , & ascendunt collectivè sumpti ad annua scuta* 515. 94. , *ex quibus biscentum undecim , & asses* 32. *annuatim absorbentur a stipendiis Missarum præscriptarum . Quibus ita se habentibus, ferè nemo ex Beneficiatis memoratæ Collegiatæ, inspectis loci , & temporum circumstantiis, habet ex proprio respectivè Beneficio , & Massa Distributionum redditus sufficientes ad propriam congruam sustentationem* = concluditque demum his verbis = *Quapropter iterum censeo , benignè indulgendum esse Oratoribus , ut deinceps Missam Conventualem applicent pro Benefactoribus in communi tàntum diebus festis de præcepto .*

Sacra Congregatio quoties interrogata fuit super facienda Missæ Conventualis reductione , concurrente Præbendarum exiguitate , toties hac spectata pro illius reductione ad dies tantum festos de præcepto respondit , ut in *Camerinen. Missæ Conventualis* 3. *Junii* 1706. *quoad II. Dubium , prout in lib.* 56. *Decret. pag.* 170. *à tergo , in Narnien.* 11. *Junii* 1712. *lib.* 92. *Decret. pag.* 211. , *in Veliterna ad III. Dubium* 14. *Martii* 1722. , *in Spalaten. Missæ Conventualis ad I. & II. Dubium* 23. *Julii* 1729. , in

Amerina Missæ Conventualis 12. *Martii* 1746., *in Ariminen. Missæ Conventualis ad III. Dubium* 18. *Septemb.* 1751., & nuperrimè per Summaria Precum *in Alexandrina Missæ Conventualis* 23. *Novembris* 1776., & demum *Epistola Encyclica san. mem. Benedicti XIV.*, quæ incipit *Cum semper* §. *Alii denique*, & quæ habetur in calce *Volum. XIII. Thesaur. Resolut. Sac. Congregationis*.

Dignabuntur itaque EE. VV. sapientissimè de more decernere.

An, & quibus diebus Capitulum, & Canonici Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Castri Arquati teneantur applicare Missam Conventualem pro Benefactoribus in casu &c.

Die

Die Sabathi 1. Martii 1777. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

QUatuor in præcedenti Congregatione habita die 11. proxime præteriti mensis Januarii superfuerunt Causæ, quæ non fuerunt resolutæ. Dignabuntur itaque EE.VV. dictæ Congregationis Folium resumere, & sequentibus Dubiis sapientissimè respondere.

NOVARIEN. DISTRIBUTIONUM, ET FRUCTUUM, in qua expedienda sunt duo Dubia. *Sess.24. cap.12. de Reform.*

I. *An Indulta sustineantur, itaut Præposito Laurentio Perolio absenti debeantur Distributiones, & fructus suæ Præposituræ in casu &c.* = & quatenus negative.

II. *An eidem Præposito debeantur fructus Præbendæ in casu &c.*

Ad I. Iterum proponatur.
Ad II. Affirmative.

FOROSEMPRONIEN. in qua respondendum est: *Sess.22. cap.6. de Reform.*

An sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis Stephani Modesti, itaut ex redditibus hæreditariis tàm ipsius quondom Stephani, quàm bo. mem. Comitis Francisci Particelli locus sit electioni, & manutentioni Lectorum Philosophiæ, ac Theologiæ in casu &c.

Negative, & ad mentem.

CEL-

Seß. 22. Decret. de Obſerv., & evict. in celebr. Miſſ.

CELSONEN. REDUCTIONIS MISSARUM, cujus duo ſunt Capita.

I. *An ſit locus ulteriori reductioni Miſſarum in caſu &c.*

II. *An, & quæ Eleemoſyna debeatur pro Miſſis celebrandis in Eccleſiis extra Villam de la Puebla de Lillet in caſu &c.*

Ad I. Affirmative juxta quantitatem redditu um ad rationem Eleemoſynæ manualis, detractis expenſis Utenſilium.

Ad II. Affirmative pro aliquali honorario, ratione laboris, & incommodi arbitrio Epiſcopi.

Seß. 22. cap. 2. de Sacrif. Miſſ.

PLACENTINA MISSÆ CONVENTUALIS, in qua diſquiritur.

An, & quibus diebus Capitulum, & Canonici Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ Majoris Caſtri Arquati teneantur applicare Miſſam Conventualem pro Benefactoribus in caſu &c.

Pro gratia reductionis applicationis ad dies feſtos de præcepto tantum.

Seß. 24. Doctr. de Sacram. Matrim.

ASTEN. MATRIMONII. Redit iterum ad Judicium Ampliſſimorum Patrum hæc Cauſa, cujus ſpecies data fuit in Folio Congregationis habitæ *die 2. Martii ſuperioris anni*, à quo repeti poteſt. Reſponſum fuit à Sacro Senatu in Congregatione, quæ habita fuit *die 30. ejuſdem Menſis* Dubio, quo quærebatur = *An ſit locus diſſolutioni Matrimonii in caſu &c.* = *Negative* = Novæ Audientiæ beneficio benigniter indulto Marię Margaritæ Auna ſuccumbenti, Cauſa repropoſita fuit in Congregatione *diei 18. Maii ejuſdem anni* 1776. At poſtulante Mu-

Muliere novam Corporis utriusque Conjugis recognitionem, EE. PP., ut in re tam gravis momenti consultius procederetur, rescripserunt = *Dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem exarandam per D. Secretarium*.

Datae fuerunt Astensi Episcopo litterae cum individua, specialique instructione novam Corporis utriusque Conjugis faciendam recognitionem respiciente. Quod praescriptum in ea fuerat, id omne adamussim extitit impletum, compilato, transmissoque Processu actorum, & recognitionis Corporis Viri tantùm ad hanc Sacram Congregationem. Ex eo namque perspectum est, Episcopum die 12. Septembris dicti anni 1776. Decretum protulisse, quo Conjuges, & Matrimonii Defensorem citavit, ac monuit = *ad personaliter comparendum coram Nobis Astae, & in Palatio nostro Episcopali die tertia post praesentium litterarum nostrarum intimationem &c., & ad praesentandum respectivè notulam dictorum Peritorum de consensu ipsarum Partium eligendorum, & successivè ad eligendum, & nominandum hujusmodi Peritos, ad hoc ut ad inspectiones, recognitiones, & acta suprascripta in loco à Nobis assignando, eisdemque Partibus non suspecto procedi valeat* =, quod Decretum personaliter Gabrieli Fautier Viro, Mariae Margaritae Auna Uxori, & Matrimonii Defensori fuit intimatum die 16. ejusdem mensis Septembris.

Uterque Conjux comparuit coram Episcopo. Prima fuit Margarita, quae suam obtulit instantiam ab ipsa subscriptam, in qua neminem ex Peritis eligendis ex officio per Episcopum allegavit in suspectum, omnibus tamen exceptis illis, qui sunt in Astensi Civitate, & qui degunt in locis per quinque milliaria ab eadem Civitate distantibus. Quo verò ad sui Corporis recognitionem petiit, eam fieri debere in Civitate Taurini per Obstetrices, & Peritos illius Civitatis arbitrio Episcopi nominandos. Itemque declaravit, huic recognitioni propter ejus valetedinis incommoda se subiicere non posse, nisi post medietatem subsequentis mensis Octobris; instititque demùm, ut pro ejus accessu, & recessu ad, & à dicta Taurinensi Civitate, nec non pro decenti sua manutentione cogeretur Vir ad sibi subministrandam summam librarum saltem quatuorcentum.

Gabriel Vir aeque comparuit coram Episcopo, eidemque supplicem porrexit libellum, in quo declaravit se promptum

ptum ſemper eſſe, & paratum huic iteratæ ſui Corporis recognitioni faciendæ per quoslibet Peritos ab aliis Civitatibus, aliiſque Terris, ut Uxor declaraverat, vocandos ſuis ſumptibus, illis tàntum exceptis exiſtentibus in Auguſta Taurinorum, quos utpote nimis Uxori confidentes, in ſuſpectos allegavit. Ad recognitionis locum quod attinet, dixit, eam eſſe faciendam non alibi præterquam in Aſtenſi Civitate, ubi moratur Judex delegatus, cui nullæ datæ fuerunt facultates alium ſubdelegandi, proindeque non eſſe præbendas aures Mariæ Margaritæ petitioni, quæ non aliò tendit, niſi = *à porre l'Eſponente nella dura neceſſità di abbandonare l'intrapreſo giudizio, ò di intieramente conſumare il reſto delle ſoſtanze, e Patrimonio Paterno* =, quoniam aſſeruit, ipſum pro prima Corporum recognitione erogaviſſe ſummam librarum quingentarum, & in hoc appellationis Judicio à dicta Margarita proſequuto, compræhenſis illius alimentis, datiſque ſubminiſtrationibus de mandato Judicis ſæcularis, ad quem eadem Margarita recurſum habuit, hactenus impendiſſe ſummam librarum termille, & ultra.

Epiſcopus autem die 24. dicti menſis Septembris, Partibus hinc inde præſentibus, mandavit, iteratam Corporum recognitionem fieri debere in Aſtenſi Civitate per Peritos, Peritaſque utriuſque Partis minimè diffidentes, & ab ipſo ſubinde deputandos, præſcripſitque locum, diem, & horam peragendæ viſitationis, nimirum diem ſeptimam ſequentis menſis Octobris pro facienda inſpectione Corporis Gabrielis in proprio Cubiculo ſuæ habitationis hora 15., & diem undecimam ejuſdem menſis eadem hora 15. pro facienda viſitatione Corporis Mariæ Margaritæ in Domo honeſtæ Matronæ Uxoris Joannis Mauritii Giubelli, ſitaque prope Conſervatorium, ubi degit Maria Margarita.

Adventa die 7. menſis Octobris, Doctor Phyſicus *Jacobus Michael Tedeſchi* Medicus Civitatis Alexandriæ, nec non *Carolus Joſeph Cardono* Chirurgiæ Profeſſor, & Anathomiæ Lector in eadem Alexandrina Civitate ab Epiſcopo ad inſpiciendum Corpus Gabrielis ex officio electi, illud ocularitér, & attentè viſitarunt, juxta inſtructionem, & articulos ab hac Sacra Congregatione tranſmiſſos, eiſque præcedenter dàtos ab eodem Epiſcopo.

Abſoluta Corporis Gabrielis inſpectione, uterque Peritus exhibitis articulis reſpondens, ſuam ſeparatam egit relatio

tionem, & uterque, consideratis pudendis partibus Corporis Gabrielis, quas invenit benè conformatas, & absque ullo externo vitio generationem impedienti, perspectoque pariter habitu Corporis, & valetudine Gabrielis, conclusit in quolibet articulo, eum esse habilem, & idoneum ad Matrimonii consumationem, quin imò per duas noctes, in quibus Periti cum eo steterunt, uterque retulit, in unaquaque nocte vidisse in Gabriele suæ potentię signa, quæ licet imperfecta fuissent, = *non perciò io possò giudicare il Signor Fautrier impotente* = ex rationibus ab utroque Perito relatis.

Rursus adventa die 11. supradicti mensis Octobris, qua recognitio Corporis Mariæ Margaritæ fieri debebat in Domo honestæ Matronæ Giubelli, in ea paratum jam erat Balneum aquæ calentis, paratique Periti, Peritæque ab Episcopo ad hunc effectum electæ, nimirum *Dominus Cima* Doctor Physicus Medicus Loci Casurtii Diæcesis Casalensis, nec non *Petrus Octavius Cerruti* Chirurgus Collegiatus Civitatis Montiscalvi ejusdem Diæcesis; Itemque tres Obstetrices, nempe *Joanna Maria Casarotto* Civitatis Alexandrinæ, *Theresia Falcone* Civitatis Carmagnoliæ Diæcesis Taurinensis, ac demum *Dominica Maria Olivero Trottis* ejusdem Civitatis, sed perperam expectarunt, quoniam ad præscriptam Domum nec accessit Maria Margarita, nec pro ea aliquis ad deducendam ejus renuentiæ causam interfuit, veluti Periti, Peritæque coram Episcopo testatæ fuerunt, protestantes insuper ipsas = *essendo già da tre giorni, che siamo fuori della residenza del nostro impiego &c., non potersi più fermare in questa Città senza nostro gravissimo danno*.

Hæc omnia habentur ex Actorum Processu ab Episcopo cum ejus Epistola sub datum diei 14. ejusdem mensis Octobris superioris anni ad hanc Sacram Congregationem transmisso. Episcopus autem specialiter voluit instructos Eminentissimos Patres =, *quod Mulier, ut præscriptæ sui Corporis visitationi subiiceretur, licet legitimè, ac juridice ad præfixum terminum monita, non comparuit, nec ullam impedimenti causam adduxit, atque ita hujusmodi visitationem elusit* =, suumque vi præfatorum Actorum iteratum votum aperuit = *non constare de nullitate dicti Matrimoni*.

Vix autem Actorum Processu ad Urbem pervento, quod Mariæ Margaritæ Defensor *usque & à mense Novembris elapsi anni* 1776. institit coram Me pro nova subdelega-

tione Episcopi ad effectum, ut propriis ejusdem Mariae Margaritae sumptibus fieret iterata illius Corporis inspectio ab eisdem Peritis ab Episcopo jam electis: Verum cum mandaverim, *Instantem uti jure suo in Sacra Congregatione in die repropositionis Causae* =, eamdem petitionem modò renovat Eminentissimis PP. antedicta Maria Margarita. Eam impugnant & Gabrielis, & Matrimonii Defensores in eorum respective libellis circumferendis. Sustinent enim, hujus Causae definitionem in Viro consistere, non in Muliere. Cum autem Gabriel tàm in prima, quàm in postrema judiciali sui corporis inspectione ex Peritorum judicio repertus fuerit idoneus, habilis, & ad Matrimonium aptissimus, nihil ultra quaerendum esse, ut Matrimonium consistat, spreta prorsus petitione Mariae Margaritae, quia ejus Corporis inspectione non indigetur, concurrente Viri potentia, & idoneitate, ut eam sprevit, Uxorisque Corporis inspectione non indiguit Sacra Congregatio *in Fanen. Matrimonii* proposita *die* 20. *Januarii* 1759., & resoluta *die* 10. *Februarii ejusdem anni*, in qua exhibito Dubio= *An sit locus dissolutioni Matrimonii in casu &c.* = responsum fuit = *Negativè*.

Quid autem expediat in praesenti Causa, definire facile erit Amplissimis Patribus, iterum perlecto *Folio illius Congregationis diei* 2. *Martii superioris anni*, novisque perpensis juribus, quae eorum oculis subjiciuntur, & hoc, quod sequitur, definire Dubium.

An sit standum, vel recedendum à decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 14. *cap.* 7. *de Reform.*

MARIANEN. IRREGULARITATIS. Haec Causa, in qua Sacerdos Petrus Philippus Perfetti Diaecesis Marianensis petiit dispensationem ab irregularitate contracta propter homicidium Simonis Pauli ab ipso patratum die 10. Februarii 1765., proposita fuit in Congregatione diei 17. Julii 1773. cum Dubio = *An sit locus dispensationi ab Irregularitate in casu &c.* = cui in sequenti Congregatione diei 7. Augusti responsum datum fuit = *Negative* = Novum suorum Jurium experimentum nunc agit praefatus Sacerdos Petrus Philippus, postulatque, ut, praevio recessu à Decisis, sibi concedatur petita dispensatio.

Epi-

Episcopus deplorabilem ejusdem Praesbyteri statum commiserans suam sub datum diei 23. Februarii superioris anni commendatitiam transmisit huic Sacrae Congregationi, ut Eminentissimi PP. illum ab incursa irregularitate dispensare clementissimè dignarentur. Inqnit enim idem Episcopus, ipsum in actu Sacrae Visitationis diligentem egisse perquisitionem super hoc homicidio, testaturque, praefatum Sacerdotem = *suum in hostem explosisse Sclopum, dum hic armatus eum in insidiis praestolabatur, dumque terga vertere amplius non poterat sine magno, & evidenti vitae periculo* =, Verissimum insuper esse dixit = *Consanguineos omnes Occisi pacem cum dicto Rev. Perfecti publicam iniisse* = ex parte verò Fisci = *nullam aliam eidem inflictam fuisse paenam, praeter dictam ejus Bonorum patrimonialium devastationem* = Tandemque sibi compertum esse = *ex juratis R. ejus Parochi, & Vicarii Foranei attestationibus, memoratum Praesbyterum post sequutam Simonis Pauli ejus hostis mortem nullum dedisse scandalum, morumque semper honestatem laudabiliter praesetulisse*.

Propugnat iterum Orator, hìc agi de homicidio non ex proposito, nec per insidias, nec per industriam commisso, ut ab Altaris ministerio perpetuò debeat avelli, sed agi quidem de homicidio pro suae vitae defensione patrato vim vi repellendo, quibus in terminis postulatam dispensationem esse sibi benigniter concedendam tuetur ex litterali sanctione Æcumenici Concilii *sess.* 14, *cap.* 7. *de Refor.*, cujus verba sequentia sunt = *si verò homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, ut quis se à morte defenderet, fuisse commissum narretur, quam ob causam etiam ad Sacrorum Ordinum, & Altaris ministerium, & Beneficia quaecumque, ac Dignitates jure quodammodo dispensatio debeatur*.

Nullumque videtur esse dubium, quin etiam dicendum sit, Oratorem in hujusmodi committendo homicidio servasse quoque moderamen inculpatae tutelae. Ut enim quis alium occidens dicatur moderamen servasse inculpatae tutelae, *tria* debent necessariò concurrere; *Causa* scilicet, *modus*, & *tempus*. Requiritur quippè, quod *Causa*, nimirum injusta invasio praecedat occisionem, quoniam si quis ante invasionem alterius aggrediatur ipse, jam non sui defensio, sed alterius aggressio est. Requiritur item debitus Defensionis *modus*, itaut defensio sit in-

vasioni, aut offensioni proportionata, scilicet, servata armorum æqualitate. Non enim decet, nec defensionis servatur modus ab eo, qui, cum ab aggressore cædatur pugnis, seu calcis ictibus, se defendat armis, & cum iis aggressorem repellat, mutilet, vel occidat. Demumque *tempus* requiritur, ut nimirum occisio ad sui defensionem commissa fiat incontinenti, hoc est in ipso actu aggressionis, & defensionis, non autem ex intervallo, quia hoc casu censetur homicidium patratum ad sumendam vindictam, numquam verò ad injuriam propulsandam: Quæ si concurrunt, Occidens servasse dicitur moderamen inculpatæ tutelæ, ut latius expendunt *Reiffensi. Jus Canon. lib.*5. *Decretal. tit.* 12. *§*.4. *de Homicid., & Mutilat. à num.*130. *ad* 135., *Pirhin. eod. lib.*5. *tit.*12. *sect.* 3. *§*.3. *per tot.*, *& Bellet. Disquis. Clerical. part.*1. *de discipl. Clerical. §*.5. *à n.*115. *ad* 118.

Quòd autem Orator injustam passus fuerit invasionem à Simone Paulo: Quòd Orator aufugere non potuerit illius aggressionem absque suæ vitæ periculo: Quòd à morte se defenderit cum eisdem armis, nimirum cum eodem Sclopo, cum quo fuerat invasus: Quòdque Sclopi fuerint incontinenti explosi à Sacerdote, & à Simone Paulo cum incolumitate primi, & interitu secundi, narrat anterior Episcopus in sua relatione, narrat Vicarius Foraneus Plebis Bigurni Diæcesis Marianensis, narrat Parochus S. Mamiliani de Sculca dictæ Plebis Bigurni in eorum respectivè juratis depositionibus, narrat in specie Pater, narrantque Fratres Defuncti in publico Instrumento pacis Oratori datæ, narratque demum hodiernus Episcopus in ejus Epistola supra relata.

Ponderandum insuper est, effluxum jam esse tempus duodecim annorum à die patrati homicidii, hoc est à die 10. Februarii 1765., ita ut illius memoria fermè fuerit obliterata. Similiter animadvertendum est, rem esse non de Clerico ad Sacros Ordines promovendo, de quo loquitur Sacrosanctum Tridentinum Concilium *citat. sess.* 14. *cap.*7. *de Refor.*, sed rem esse quidem de Clerico jam promoto, qui sub illius censura non comprehenditur, quemadmodum in durioribus terminis nimirum homicidii voluntarii definivit hæc Sacra Congregatio habita coram Summo Pontifice *die* 2. *Septembris* 1613. cum interventu sexdecim S. R. E. Cardinalium, cujus Congregatio-

gationis definitio fuit ab eodem Summo Pontifice approbata teste *Fagnan. in lib.*5. *Decretal. cap. Henricus de Cleric. pugn. in duel. num.*23. *cum duob. seqq.*, *&* *Fargn. de Jurepatr. part.*1. *can.*5. *cap.*11. *num.*68., isteque casus non ad alium finem fuit in dicta Congregatione propositus, nisi ut appareat, Romanum Pontificem non agere contra Concilium, quoties dispensat super irregularitate ex homicidio voluntario cum jam promotis ad Sacros Ordines, ut prosequitur *dictus Fagnan. loc. cit. num.*26., prout hanc dispensationem multoties à Sancta Sede Apostolica concedi Clericis jam promotis, etiamsi homicidium publicum sit, & ad Forum contentiosum deductum, testatur *idem Fagnan. ibid. n.*34.

Quæ si procedunt in homicidio voluntario favore Clerici jam promoti, quànto potiori jure procedere debent in homicidio ab Oratore jam promoto patrato *vim vi repellendo*, *ut se a morte defenderet*, unde dispensationem obtineat, prout eam esse Oratori jam promoto concedendam firmarunt *Fagnan. laco supra citato num.*24., *Fargn. de Jurepatr. part.*1. *can.*5. *cas.*11. *num.*68., qui optimam allegant rationem, nimirum, *quia aliàs promotus nescitur*, *quid ageret*, *cùm nec ministrare possit*, *nec retrocedere liceat*. Eam igitur humillimè postulat idem Orator assueto proponendo Dubio, ad cujus decisionem, præter jura illius nomine distribuenda, conferre possunt Resolutiones hujus Sacræ Congregationis in terminis Clerici jam promoti, qui dispensationem ab irregularitate reportaverat, editæ in *Aprutina Irregularitatis* 15. *Decembris* 1708., *&* *in Novarien. Irregularitatis* 16. *Julii* 1712. per extensum relatæ a *Fargn. loc. citat. num.*49. *&* 55., nec non in *Cassanen. Irregularitatis* 14. *Decembris* 1748., *in Ostunen. proposita per Summaria Precum die* 1. *Martii* 1749., *in Bracharen. Irregularitatis* 3. *Aprilis* 1756. *&* *in Virdunen. Dispensationis ab Irregularitate* 2. *Augusti* 1760.

His omnibus maturè perpensis, partes erunt EE. VV. decernere

An sit standum, *vel recedendum a decisis die* 7. *Augusti* 1773. *in casu &c.*

Pro gratia dispensationis, & ad D. Secretarium cum Sanctissimo, & amplius.

CA-

Seff.25. cap.4. de Reform.

CAPUTAQUEN. Præfens quoque Caufa defcripta fuit in Folio Congregationis diei 13. Julii fuperioris anni 1766. fub Dubio = *An, & in quo numero Miſſæ ſint annuatim celebrandæ in caſu &c.* =, cui in fubfequenti Congregatione diei 17. Augufti ejufdem anni refcriptum fuit = *Dilata, & ſcribatur Epiſcopo pro firmatione ſtatus relative ad unumquodque Legatum, & referat de fructibus Bonorum unicuique ex dictis Legatis aſſignatorum, facto calculo per decennium.*

Epifcopus, cui datæ fuerunt litteræ, mandata Sacræ Congregationis implevit, factoque calculo reddituum Bonorum, onerumque celebrandarum Miffarum per decennium, ab anno fcilicet 1766. ad annum ufque 1776., retulit, quod = *Bona ex fundatione adjecta Cappellæ S. Philippi Nerii per Doctorem Phyſicum Andream, & Sacerdotem Thomam Fratres Coccelli anno 1666. in quinque ſeparatis Territoriis exiſtentia ab anno 1666. ad annum 1776. calculo ſubjecta annuos exhibent redditus in Ducatis hujus monetæ 27.62. & 1.ter. Præſeferunt onus indefinitæ Miſſarum celebrationis pro modo fructuum, adeoque ſervato ejuſdem decennii calculo, Miſſæ, quæ in eamet Cappella peraguntur cum ſtipendio unius Tareni juxta reductionem obtentam a s. m. Benedicto XIII., annuatim ſunt* 138.

Hæc quoad Bona Cappellæ S. Philippi Nerii; quò verò ad alia Bona ex fundatione affignata alteri Cappellæ S. Petri in Vincula erectæ ab Andrea Coccelli, retulit, illa eodem fervato decennii calculo, annuum non excedere redditum Ducatorum 29.20. & 1.ter.; Miffas verò celebrandas, quæ indefinitæ funt, ad eamdem rationem unius tareni pro qualibet Miffa, juxta præfatam Pontificiam reductionem, afcendere anno quolibet ad numerum Miffarum 146.

Itemque Bona ex pia difpofitione Stephani Valletta affignata fupradictæ Cappellæ S. Philippi Nerii, calculo decennii fervato, annuam reddere fummamDucatorum 16.08.& 1.ter.; Miffarum autem celebrationem ad rationem unius tareni pro Miffa qualibet, juxta dictam reductionem, annuum conftituere Miffarum numerum 80.

Tandemque fructus Bonorum à Jofepho Coccelli affignatorum utrique Cappellæ, nimirum S. Philippi Nerii, & S. Petri in Vincula, adjecto onere tot quotannis celebrandi Sacra, quot fructuum perceptioni refpondeant ad rationem unius tantummodo caroleni pro quolibet Sa-

Sacro, eodem servato calculo, summam annuam efformare Ducatorum 132. 52. $\frac{1}{1}$; Sacra verò esse quolibet anno 1325.

Deinde collectivam reddituum, & Missarum efformando, retulit idem Episcopus, annuos redditus ascendere ad summam Ducatorum 205. 43., Missas autem ad annuum numerum 1689.: Animadvertit tamen, quod = *ex summis supra conflatis nullum aliud detractum est onus, præterquam quarumdam responsionum, quibus Prædia Cappellis adjecta sunt obnoxia, sat perspectum habent EE. VV., locum quandoque esse applicationi eorumdem reddituum sive in totum, sive in partem in restauratione Cappellarum, aliarumque Sacrarum Supellectilium, vel reparationem vel renovationem cum pari à Sacris cessatione*.

Animadvertit insuper, relicta piorum Testatorum incipere non ab onere, sed a Bonorum assignatione, ideoque ea Bona fuisse *taxativè* assignata censeri debere. Onerumque Missarum adeo excrevisse numerum, ut Missarum celebratione penè tota alienetur Ascendentium substantia. Administratorem verò nonnisi onus ferre totius personalis industriæ, onerique subjicere in retinendis computis quorumcumque etiam minimorum fructuum, & in quærendis Cappellanis, qui Sacra pro fructuum quantitate dietim satisfaciant, & quos invenire rem esse perdifficilem cum eleemosyna unius tantùm caroleni pro quolibet Sacro, ut idem Episcopus animadvertit in ejus præcedenti Informatione, in qua ea, quæ retulerat, voluit in præsenti repetita = *quoad scilicet grave Administratoris incommodum in habendis rationibus tot diversorum fructuum ex fundatione, sive ex legato provenientium, in eorumdem segregatione pro taxa Missarum diversimode efformanda, pro servanda demùm Missas inter, & fructus annua proportione*.

Similiter = *quoad Familiæ angustias in eamet relatione re, censitas, cujus numerositati alterius Infantis tribuenda est nativitas cum Uxore undecies nunc prægnante, præter Matrem Oratoris jam septuagenariam, adeoque majori indigentem subsidio* = nec non = *quoad Oratoris a piis Dispositoribus descendentiam, & agnationem ex benignitate Canonici, ut si ad inopiam redigatur, ex redditibus suæ Ecclesiæ alatur* =

Quamobrem suum votum aperiendo censet = *posse Oratori indulgeri, ut in utraque Cappella peragatur unica Missa*

quo-

quotidiana cum eleemosyna manuali de more Regionis, cui oneri, aliisque pro restauratione, & manutentione Cappellarum, & utensilium subjecta in perpetuum maneant Bona eisdem assignata, sine ulterioris spe reductionis.

Hæc retulit Episcopus de mandato Sacræ Congregationis. Superest modò, ut ab EE. VV. ea, qua pollent, sapientia definiatur

An, & in quo numero Missæ sint annuatim celebrandæ in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 25 cap. 5. de Reform.

FANEN. REDUCTIONIS ONERUM. Galeottus Uffreducci Civitatis Fani Canonicus Sacrosanctæ Liberianæ Basilicæ Urbis exoptans fundationem explere sex Beneficiorum in Ecclesia Cathedrali Fanensi anno 1636. Folium pro illius approbatione Capitulo Fanensis Ecclesiæ transmisit ab ipso subscriptum, proprioque sigillo munitum, quo declaravit = *Voglio, e lascio, che si faccino dal mio Erede Primogenito, quando non siano fatti da me, sei Beneficiati nel Duomo di Fano, e che si chiamino Beneficiati Uffreducci, e che il mio Erede Primogenito abbia sempre da presentare tutti li sei Beneficiati con quaranta scudi moneta per ciascheduno.*

Voluitque, Beneficiatos = *abbino il servizio del Coro in questa maniera; Siano obligati servire venti giorni per uno il mese, acciò siano sempre in Coro quattro Beneficiati* = quorum servitium individualiter expressit. Item = *che tutte le Domeniche, Feste commandate, e le proprie del Duomo intervenghino gli altri due Beneficiati, che non sono di servizio con gli altri quattro, che saranno di servizio* = cum æquali præstandi servitii designatione. Similiter, quod = *due delli quattro Beneficiati, che saranno di servizio, accompagnino sempre il Santissimo Sagramento dopo*

li

li due Canonici, quando si porta per Viatico, o per divozione agl'Infermi = Rursus = *che ciascuno delli sei Beneficiati sia obligato dire nel Duomo di Fano dieci Messe il mese* = quodque Canonici = *dichiarino loro la qualità delle puntature per li falli delli Beneficiati da dividersi quelle trà li presenti* =, quodque demum iidem Canonici = *debbano ogni anno fare il Camerlengo alli detti Beneficiati, uno di loro Beneficiati, e portandasi bene, possa essere confermato per un'altro anno, e non più, con rendere conto alli Beneficiati con l'intervento di due Canonici della sua Amministrazione* = præter alia, quæ in eodem Folio scripta leguntur.

Transmissum Folium approbavit Capitulum. Anno verò 1643. præfatus Uffreduccius suum ultimum condidit Testamentum, quo erigi mandavit antedicta sex Beneficia in omnibus ad formam enunciati Folii. Defuncto Fundatore, Antonius Uffreduccius illius Pronepos, & Hæres Primogenitus anno 1644. erexit Beneficia; nominavit Beneficiatos, assignavitque pro eorum dote tot Census annui redditus scutorum 240. ad rationem scilicet annuorum scutorum 40. pro quolibet Beneficiato, quos Census tam idem Antonius quoad illorum unum, quàm Joseph ejus Pater quoad reliquos consulendo Patrui voluntati, de qua notitiam habuerant, emerant pro dote erigendorum Beneficiorum, Beneficiatorumque manutentione: Sibi tamen Episcopus reservavit potestatem decidendi, *utrum Hæres, & Primogenitus sit liberatus per assignationem Censuum factam, etiamsi deficerent, vel teneatur, ita & taliter, ut supradicti Beneficiati habeant singuli annua scuta* 40. *etiam in casu deficientiæ*.

Et reapsè laudatus Episcopus suam pronunciavit sententiam, qua decrevit, Joannem Mariam Bertotium Uffreducci dicti Fundatoris Hæredem, revocata Censuum assignatione, tamquam nulliter facta, teneri, & obligatum esse de Bonis hæreditariis antedicti Fundatòris annuatim persolvere scuta 40. cuilibet ex dictis Beneficiatis. Hanc autem sententiam in gradu appellationis infirmavit A. C. Bulgarinus anno 1663., decrevitque, hæreditatem Fundatoris non teneri ad manutentionem assignatorum Censuum, imò per eorum assignationem absolutam, & liberatam fuisse a quovis onere. Post latam hujusmodi sententiam, quæ, ut asseritur, transitum fecit in rem judicatam, patet, anno 1664., & 1665. non-

nullos ex dictis assignatis Censibus fuisse retrovenditos a Beneficiatorum Camerario, qui illorum sortes efformantes scuta 625. ex tribus extinctis Censibus provenientes, quae erant in *Æ*de Sacra deponendae, & reinvestiendae, Beneficiatis consentientibus, mutuavit Ludovicae Bertoziae Matri dicti Joannis Mariae Uffreducci, qui absolutionem ex Sententia A. C. Bulgarini reportaverat. Subindeque Camerarii successores alia scuta 1350. monetae Urbini provenientia ex aliorum Censuum retrovenditione deposuerunt penes eumdem Joannem Mariam tunc Primogenitum, & Patronum, qui obaeratus decessit, ut haec omnia habentur ex narrativa *Rotalis Decisionis*, cui titulus *Fanen. Pecuniaria 26. Junii* 1709. *coram cl. mem. Card. Aldrovando*.

Anno 1771. per obitum Sacerdotis Dominici Massa vacavit unum ex dictis Beneficiis, ac nemo fuit, qui ad illius assequutionem accederet, attenta diminutione reddituum, qui tum ex deperdito nonnullorum Censuum Capitali, tum ex facta fructuum reliquorum Censuum reductione annuam non excedunt summam scutorum 143. 75., ex quibus demptis scutis 86. pro Missarum manuali eleemosyna, supersunt annua scuta 57. 75. inter omnes Beneficiatos partienda, itaut illorum quilibet pro Chori servitio, & pro aliis implendis oneribus a Fundatore praescriptis habeat annua tantùm scuta 9. & obul. 62. ½: Qua de re Philippus Uffreducci Primogenitus haeres Fundatoris, & Beneficiorum Patronus preces porrexit huic Sacrae Congregationi, petens, ut ad ratam reddituum reducantur onera, quibus Beneficiati subjiciuntur, utque declaretur, in sui praejudicium currere non debere quadrimestre ad praesentandum Patrono praefinitum.

Ablegatis precibus ad Episcopum pro Informatione, & Voto inauditis interesse habentibus, is retulit, veram esse reddituum imminutionem, veram insuper difficultatem in reperiendo Praesbyterum, qui vacantem Beneficium accipiat; Beneficiatos verò cuilibet reductioni sese libentissimè submissuros; Capitulum autem assentiri petitae reductioni, putans = *Che Monsignor Vescovo potesse loro procurare qualche notabile riduzzione di Messe, e fare insieme ridurre il loro Servizio compagna a quello delli Canonici di una Settimana cioè di Servizio, e di una di Vacanza* =: suum tamen votum licet à Sacra Congregatione requisitum idem Episcopus haudquaquam aperuit.

Ur-

Urget modò Uffreduccius Patronus, ac hæres Fundatoris, ut inferiùs describendum proponatur Dubium. Sustinet enim, esse reducenda onera Beneficiis adjecta, quoties constat, fuisse deperdita Capitalia nonnullorum Censuum, imminutosque fructus aliorum superextantium, quae fuerunt pro dote Beneficiorum assignata. Sustinetque pariter ex unius Testis olim formiter examinati depositione, & ex aliis pluribus circumstantiis cumulatis in ejus libello circumferendo, voluntatem fuisse Fundatoris, ut Beneficiorum dos in Censibus constitueretur, ita ut iis assignatis, traditisque liberata remaneat ejusdem Fundatoris hæreditas, idque verificari putat ex duplici circumstantia; prima scilicet ex Sententia A. C. Bulgarini, qua declaratum fuit, hæreditatem Fundatoris exemptam esse à quovis supplemento Dotis Beneficiorum vel propter amissos Census, vel propter aliorum fructuum imminutionem; & altera ex *Rotali Decisione Fanen. Pecuniaria* 26. *Junii* 1709. *coram clar. mem. Cardinali Aldrovando*, qua condemnati fuerunt Antecessores Beneficiati ad restituendum Capitale illorum Censuum, qui a praecedentibus Camerariis cum eorum consensu fuerunt alienati.

Verumtamen ponderandum est, Galeottum Uffreduccium tùm inspecto Folio, in quo pro Beneficiis erigendis scripta fuerat illius voluntas, tum ejus spectata testamentaria dispositione, qua mandavit, esse præfatum Folium exequendum, unice prçcepisse, quod ejus hæres Primogenitns præsentare deberet = *tutti li sudetti suoi Beneficiati con quaranta scudi moneta per ciascheduno* = nec unquam de tot assignandis Censibus meminisse, quin imo Josephum Uffreduccium ejusdem Fundatoris Nepotem, & hæredem Primogenitum Census emisse non de mandato Patrui, sed ex se & cum propriis pecuniis, dum in illorum acquisitionum Instrumento dixit = *qui habita notitia, quod Abbas Galeottus Uffredutius disposuit, quod ab ipso Josepho uti hærede Primogenituræ dicti Abbatis erigerentur sex Beneficiati, intendens modò consulere voluntati ipsius, & piam ejusdem Abbatis mentem executioni mandare, Censum emit pro Dote, & Dotis nomine, & substentatione dd. sex Beneficiatorum fundandorum*.

Videtur igitur, Fundatorem suos hæredes Primogenitos gravare voluisse annuo legato, seu annuo redditu scutorum quadraginta pro quolibet Beneficiato, assignationem verò Censuum factam ab hærede fuisse pro faciliori eo-

rumdem annuorum scutorum quadraginta solutione, per quam idem hæres immunis non redditur ab onere supplementi, quoties assignati Census vel in totum, vel in parte deficerent. Item allatam Testis depositionem ex pluribus nihil probare; primò, quia unicam, secundò quia contrariam & menti, & Testamento Fundatoris, tertiò denique; quia illa probaret unice desiderium Fundatoris, quod Beneficiati reciperent emolumenta ex censualibus fructibus, non autem probat ejusdem Fundatoris præceptum, quod tot assignarentur Census pro omni, & toto eo, quod Beneficiati possent a sua hæreditate prætendere.

Sententia verò A.C. Bulgari ... nihil obstare videtur, simulatque Philippus Uffredutius hæres, & Patronus suæ exemptionis jura mòdo revocat in discrimen. Et reverà in individualibus terminis *in Narnien.*, cujus casus erat, quod Petrus Rapacciolus geminas fundaverat Cappellanias in Ecclesia B. M. V. Terræ Collis Scipionis constitutâ Dote in annuo redditu scutorum 75., pro quibus Fundatoris hæres assignaverat tot Loca Montium Cameralia, & non vacabilia: Cum autem per istorum extractionem imminuti fuerint dicti redditus, hinc Cappellani postularunt onerum reductionem, quia contra Fundatoris hæredem agere non poterant tamquam munitum Sententia A. C. Gomez declarante ipsum haud teneri pro supplemento dotis dictarum Cappellaniarum in memorata summa scutorum 75., eorumque precibus inter Summaria precum relatis die 15. Januarii 1721. Sacra Congregatio rescripsit = *lectum, & hæredes teneri ad supplementum* = repropositaque Causa in Congregatione diei 18. Maii 1737. sub dubio = *An sit standum, vel recedendum à Decisis* = cui in subsequenti Congregatione die 1. Junii ejusdem anni responsum datum fuit = *in Decisis, & amplius*.

Similiter *in Viterbien. diei* 20.*Septembris* 1727. ad secundum Dubium ita conceptum = *An, & pro qua summa sit faciendum Investimentum, seu assignamentum pro fundo, & Dote prædictæ Cappellaniæ* = responsum fuit = *teneri subministrare annua scuta quadraginta*.

Quoad *Rotalem Decisionem coram Aldrovando*, super ea nihil est immorandum, quoniam inibi disputatum unice fuerat ad instantiam tunc existentium Beneficiatorum, utrum præcedentes Beneficiati tenerentur nec ne de-

pro-

proprio rependere quod de eorum consensu distractum fuerat à Camerario Collegii Beneficiatorum ex Capitali Censuum.

Quibus perpensis definiendum erit.

An sit locus reintegrationi Censuum, seu potius reductioni onerum in casu &c.

BURGEN. REDUCTIONIS. Alphonsus Bonifaz Incola Villæ de Cameno Diœcesis Burgensis in ejus ultimo, cum quo de anno 1615. decessit, Testamento super omnibns ejus Bonis, quæ tunc erant annui redditus triginta trium millium Regalium de Vellon monetæ Hispanæ, Majoratum instituit pro Alphonso ejus filio, istiusque Descendentibus in perpetuum de Primogenito in Primogenitum, ut splendidè juxta eorum illustrem conditionem vivere possent, & ut Familiæ decus conservaretur, tandem ut Fratres natu minores a Primogenito Fratre congrua alimenta commodè reciperent. Jussit tamen, ut in Parochiali Ecclesia dictæ Villæ de Cameno ab illius Beneficiatis diversis anni diebus quinque Anniversaria, ac similiter alia Missa in quolibet ex diebus, in quibus Sancta Mater Ecclesia Fidelium defunctorum peragit commemorationem, celebrarentur, & ad hunc effectum mandavit subministrari Parochis, & Beneficiatis dictę Villę annua 506. Regalia de Vellon, necnon alia similia Regal. 110. inter Pauperes ejusdem Villæ distribuenda.

Sess. 22. Decret. de obser., & evit. in celebrat. Miss., & sess. 25. cap. 4. de Refor.

Mandavit insuper, fundari Monasterium Monialium Ordinis S. Francisci, vel Carmelitarum, & ne de substantia Majoratus quidquam vel minimum detraheretur, voluit, ut per annos viginti ex antedicti Majoratus redditibns mille Ducata pro erigendo Monasterio quotannis assignarentur: Considerans autem casu, quo Monasterium erigi nequiret, tunc voluit, per Cappellanum quotidianam Missam celebrari in supradicta Ecclesia Villę de Cameno, Beneficiatos verò percipere sòlum debere præfata 110. Regalia pro quinque Anniversariis ad rationem Regalium viginti duorum pro quolibet Anniversario, jussitque, Cappel-

pellano, quem voluit amovibilem ad nutum Possessoris Majoratus, subministrari 830. Regalia de Vellon prętet habitationem Domus cum Horto, eidemque nonnulla Terrarum petia assignari debere.

Defuncto Testatore, deveniri non potuit ad erectionem Monasterii, attenta maxima Capitalium ab ipso relictorum imminutione. Onus idcirco habuit Alphonsus Bonifaz Testatoris filius annuatim subministrandi pro Cappellano, qui quotidianam Missam loco erigendi Monasterium celebraret, ac pro quinque Anniversariis annuam summam 4400. Regalium de Vellon.

Mortuo subinde Alphonso, in Majoratu successit Didacus Antonius Bonifaz illius filius, ac Testatoris Nepos, qui cum agnovisset impares redditus tum ad onera præfata ferenda, tum ad congruam sui, suæque Familiæ substentationem, hinc auctoritate Apostolica de anno 1686. mandatum fuit, quòd ipse teneatur solummodo ad solutionem annuorum 1100. Regalium de Vellon pro dicto Cappellano, nec non aliorum Regalium 110. pro Fabrica Ecclesiæ ratione Ornamentorum, ac demum aliorum similium Regal.330. annuatim solvendorum Beneficiatis supradictæ Ecclesiæ pro Anniversariis, quæ summæ in unam collectæ efformabant annua 1540. Regalia de Vellon.

Per obitum mox dicti Didaci Antonii Majoratus obvenit in Franciscum Xaverium Bonifaz Bernechea illius filium cum onere tùm solutionis dictorum 1540.Regalium, tùm implementi aliorum onerum, nimirum traditionis decem Fanegarum Tritici faciendæ Collegiatæ Ecclesiæ Villæ de Bribiesca, nec non septem Modiorum Tritici cum 45. Regalibus, quæ perpetuò solvuntur Ecclesiis unitis Villæ de Salinas de Ahana, tùm etiam congruæ manutentionis propriæ Familiæ constitutæ ex Filio, Sorore, septemque Nepotibus. Pro his omnibus satisfaciendis oneribus cum idem Franciscus Xaverius expertus fuerit, impares esse hodiernos Majoratus redditus, qui, superventa præsertim notabili reductione fructuum Censuum, pluribusque superventis infortuniis, vix ascendunt ad annuam summam 550. Regalium de Vellon, quæ 6160. Ducat. auri de Camera constituunt, hinc præfatus Franciscus Xaverius preces porrexit huic Sacræ Congregationi, ut abolito onere quinque Anniversariorum, illud Missæ quotidianæ juxta præsentem reddituum statum reducere dignaretur.

Archiepiscopus pro Informatione, & voto requisitus retu-

tulit, annuos Majoratus redditus, facto calculo per decennium, demptisque oneribus, ascendere ad annuam summam 2390 ½ Regalium de Vellon, eosque non sufficere pro decenti manutentione Oratoris, ejusque Familiæ, quæ ex principalibus est illius Regionis, ideoque mereri reductionis gratiam, quam postulat.

Franciscus Xaverius innititur voluntati Testatoris Majoratum instituentis pro splendore, & conservatione suorum Descendentium, ex quo concludit, Testatorem ante piam Causam dilexisse conservationem suæ Agnationis cum splendore Familiæ. Quamobrem in hoc Causarum conflictu, nimirum alendæ Familiæ, & piorum operum adimplementi tuetur, illam ista favorabiliorem esse. Causa enim filiorum, licèt hi agant ultra legitimam sibi debitam, præfertur Causæ piæ, quia regulariter filiorum favor est potior causa Religionis, & Ecclesiæ, *Bartol.*, *&* *alii in L. Papinianus §. Imperator ff. de Inoffic. Testam.*, *Alexa. conf.*43. *num.*21., *Soccin. jun. conf. penult. n.* 76. *lib.* 2., *Joann. Maria Novar. tract. de incert.*, *& mal. oblat. privileg.*6. *num.*1. *&* 5. *post Tiraquel. de Privil. Cauf. piar.*

Attamen animadvertendum potissimè occurrit, Bona Majoratus esse *generaliter* pro legatis oneribus subjecta: Quare quoad usque Bona existunt hypothecata, permanere ad oneris implementum ad firmata per *Rot. cor. Falconer. de Reb. credit. decis.*7. *n.* 2. Cum non sit locus Missarum reductioni, quando hæreditas universa gravata reperitur, veluti pluries post *Rotam* resolvit hęc Sacra Congregatio, & in specie *in Romana Reductionis Oneris Missarum* 18. *Aprilis* 1753., ubi allegata fuerunt alia consimilia Decreta. Idque securius retinendum est, quoties, prout in subjecto casu, pro Missarum celebratione non certus Fundus fuit assignatus, sed hæredes ad certæ summæ solutionem gravati fuerunt, ut videre est *in Romana Reductionis oneris Missarum* 22. *Martii* 1723., *&* *in alia simili* 28. *Februarii* 1733.

Accedit insuper, non constare, quod Orator, sive ejus Pater, sive ejus Avus ullum Inventarium de Bonis hæreditariis pii Testatoris vel legitimum, vel juxta Regionis morem confecerit, quo casu teneretur ipse de proprio subire onera Majoratui adjecta, quamvis redditus ejusdem Majoratus ad ea ferenda non reperiantur idonei ex traditis *peregrin. de Fideicom. art.* 4. *num.*5., *Card. de*

Luc.

Luc. eodem tract. disc. 167., Joann. Bapt. de Thor. privileg. 203. apud Tiraquel. de Privileg. Cauſ. piar., & Rot. cor. Lancett. deciſ. 208. num. 12.

Cæterum ſi redditus Majoratus, congruis demptis alimentis, quæ ſubminiſtrari mandavit ipſe Teſtator ſuis met ipſis Deſcendentibus, ob illorum paſſam diminutionem citra culpam ejuſdem Majoratus Poſſeſſoris, non ſufficiant ad Miſſarum onera ferenda, locum eſſe illorum reductioni ſæpe decrevit hęc Sacra Congregatio, & præſertim *in Vigilien. Decanatus ad II. Dubium die 23. Julii 1729., in Tudertina Reductionis onerum 3. Februarii ſuperioris anni 1776., & in Papien. Reductionis Miſſarum 2. Martii ejuſdem anni.*

Jura circumferuntur ab Oratore. Dubium eſt.

An, & quomodo ſit locus reductioni in caſu &c.

Die

Die Sabbathi 15. *Martii* 1777. *in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

RESumpto Folio præteritæ Congregationis habitæ die 1. currentis Mensis, dignabuntur EE. VV. tres sequentes Causas, quae ibi descriptæ fuerunt, definire.

CAPUTAQUEN. cujus est unum Caput. *Seff. 25. cap. 4. de Reform.*
An, & in quo numero Missæ sint annuatim celebrandæ in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo juxta mentem.

FANEN. REDUCTIONIS ONERUM, in qua quæritur. *Seff. 25. cap. 5. de Reform.*
An sit locus reintegrationi Censuum, seu potius reductioni onerum in casu &c.

Dilata ad primam.

BURGEN. REDUCTIONIS, cujus Dubium est. *Seff. 22. Decret. de Observ., & evit. in celebrat. Miss., & Seff. 25 cap. 4. de Refor.*
An, & quomodo sit locus reductioni in casu &c.

Negative, & amplius.

ROMANA CAPPELLANIARUM. Amplum hujus perantiquæ Causæ specimen habetur in Folio Congregationis diei 10. Februarii 1770., in qua proposito Dubio = *An, & quomodo sit providendum pro summis deficientibus tàm præteritis, quam imposterum decurrendis ad formam Resolutionis diei* 17. *Julii* 1700. *in casu &c.* = responsum fuit = *Dilata, & firmetur Status inte-* *Seff. 23. cap. 5. de Reform.*

tegrae haereditatis juxta mentem = , quae fuit subinde declarata = *ut post firmationem Status , & confectionem Peritiae repropo natur Causa super congruis Dubiis .*

Vi hujus Resolutionis electo Perito Curiali cum facultate etiam assumendi Peritum Ratiocinatorem , quem reapsè elegit , suam edidit relationem , qua retulit ea Loca Montium haereditaria Alexandri Valtrini , quae cl. mem. Cardinalis Barbarini per Transactionem subinde confirmatam à sa. mem. Urbano VIII. tradidit Archiconfraternitati SSmae Annunciationis Urbis pro diversorum onerum implemento , item quae consignavit Cappellanis Valtrinis , ut iisdem Locis Montium implerent onus Missarum , & servitii Chori per d. Card. Barberinum, non autem per Testatorem eisdem impositi ; rursus quae assignavit absque ullo onere Domui professae nunc extinctae Societatis Jesus ejusdem Alexandri Testatoris haeredi , & quae demum cessit Legatariis ; Retulit insuper , Patrimonium activum saepedicti Alexandri tempore ejus obitus fuisse scutorum 58334. 07. , pariterque retulit partitas , quae controvertuntur à Cappellanis in creditum Archiconfraternitatis , sive in diminutionem reddituum modernorum Locorum Montium ab illis tunc eidem Archiconfraternitati cessis attenta eorum extractione provenientium , & tandem suam clausit relationem his verbis , quae leguntur *pag*. 48. suae Peritiae = *Non hò potuto fissare , e stabilire il preciso stato dell'intiera Eredità Valtrini al tempo della morte del pio Testatore ; e molto meno lo stato presente , dovendo sì l'uno , che l'altro crescere , ò diminuire a proporzione delle partite , che si giudicharanno doversi ammettere , ò rigettare .*

Hoc autem non obstante , sustinent Cappellani Valtrini , nonnullas partitas , quas controversas esse Peritus retulit , deleri debere à statu passivo exhibito ab Archiconfraternitate , iisque deletis , ostendunt , redditus destinatos pro augumento Dotium , quas annuatim confert Archiconfraternitas , superare onera per ipsam implenda , ita ut hic reddituum excessus cedere debeat in solutionem illius , quod ipsis deficit usque ad summam annuorum scutorum 500. eisdem Cappellanis à Testatore relictorum .

Urget è contra Archiconfraternitas , controversas partitas non esse delendas è statu passivo , quippe partita scutorum 22. 40. , quae impenduntur in emendis vestibus vulgò *Roversi* , necessaria sit , ex quo Archiconfraternitas juxta ejus Statuta , morem , antiquissimamque con-

consuetudinem hujusmodi Vestes tradere Puellis solita est una cum dote, idque non obstante voluntate Testatoris mandantis, Puellas dotatas incedere debere propriis indumentis, quandoquidem id voluit Testator, quoties dotatio fieret à Domo Professa, & in die sui Anniversarii celebrandi in Ecclesia tumulante, non autem si expleretur dotatio ab Archiconfraternitate, diversisque die, & Ecclesia, in qua ejus Cadaver non fuerit tumulatum. Similiter quoad partitam annuorum scutorum quatuor pro Canone Domus hæreditariæ Testatoris, probat se illum actu solvere Societati S. Homoboni ejusdem Domus Dominæ directæ. Quo verò ad alteram partitam respicientem honoraria Ministrorum, nimirum Exactoris, Ratiocinatoris, aliorumque, contendit Archiconfraternitas, eam è statu passivo deleri non posse, quia Ministri necessarii sunt pro recta hujus hæreditatis administratione, eorumque honoraria minuere necessariò debeant redditus hæreditarios.

Ponderandum tamen est, quod deletis etiam hisce controversis partitis e statu passivo Archiconfraternitatis, adhuc facto calculo partitarum, quæ non impugnantur tàm in statu activo, quàm passivo, resultare videtur, eamdem Archiconfraternitatem anno quolibet plus impendere, quàm exigere à Bonis hæreditariis Valtrini. Admittitur enim, Archiconfraternitatem ab omnibus Bonis hæreditariis, quæ ipsa possidet, non aliam quotannis exigere summam, quam scutorum 698. 33. ½, hinc si ab hac summa demantur certæ partitæ, nimirum scuta 500. pro decem dotibus juxta voluntatem Testatoris ad rationem scutorum 50. pro qualibet, nec non scuta 166. 32., quæ eisdem Cappellanis Valtrinis solvuntur pro complemento eorum Legati, similiter alia scuta 19. 12., quæ ex eadem causa rependuntur alteri Cappellano S. Bibianæ, pariterque aliæ geminæ partitæ, una scilicet scutor. 7.92. ½ pro Anniversario, & altera scutorum 10. pro eleemosyna panis, & vini pro Pauperibus à Testatore demandata, quæ partitæ in unam collectæ ascendunt ad annua scuta 703. 36. ½, iisque admissis e conspectu reddituum annuorum scutorum 698. 33. ½, patet Archiconfraternitatem quolibet anno solvere scuta quinque, & obulos tres ultra redditus ab ipsa perceptos, idcirco nihil superest Archiconfraternitati ex redditibus hæreditariis Valtrini, quod ipsa Cappellanis rependere possit.

Verumtamen tota quæstio residere videtur in alia partita Locorum Montium octo supra viginti cum centesimis 46. an-

annui redditus ſcutorum 83. 96. $\frac{1}{2}$, quæ Cappellani contendunt eſſe adſcribenda in creditum, & in augumentum Valtrinæ hæreditatis, idque negat Archiconfraternitas. Hìc quoque animadvertendum eſt, Sortem Locorum Montium provenire ab hæreditariorum Locorum Montium fructibus in Dotem Puellarum jam erogatis, & in aliis Locis Montium, quæ ſtant inveſtita pro earumdem Puellarum promiſſa dote, ne illa in Æde Sacra otioſi permanerent; controverſos verò redditus ſcutorum 83. 96. $\frac{1}{2}$ non eſſe productos ex Capitàli hæreditario, ſed eſſe fructus ex fructibus Locorum Montium hæreditariorum, qui tamquam decurſi poſt diviſum Patrimonium, agnitamque portionem ſuam à quolibet Legatario conferri non poſſunt in augumentum Aſſis Valtrinæ hæreditatis; nam illi dumtaxàt, qui decurſi fuerint vel uſque ad obitum Defuncti, vel currente tempore deliberandi, vel nondùm adita ab hærede hæreditate, Patrimonium augeant, & in Aſſem cedant, ut eſt *in Leg. Item veniunt* §. *Item non ſolùm ff. de petit. hæred.*. *Leg. fin.* §. *Et ſi præfatam Cod. de Jur. deliber.*, & reſpondit Sac. Congregatio *in Aſten. Cappellaniæ* 28. *Auguſti* 1751. *ad* II. *Dubium*.

Cæterum Recadentiæ, ſi quæ ſint, vel Archiconfraternitas iterum Puellis diſtribuit, vel non. Si primum; Cappellani nullam actionem exercere poſſent ſuper dictis Locis Montium, quæ Puellarum ſunt, ſubſuntque periculo eorum faciendæ reſignationis pro ſolvendis Dotibus iteratò collatis. Si alterum, Cappellani pariter nullum ſuper illis jus haberent; nam fructus Capitalium aſſignatorum pro celebratione Miſſarum, pro dotandis Puellis, pro Cappellanis, vel pro Eccleſiis, aliiſque Locis piis erigendis, ſi non fuerint erogati in cauſas prædictas, non accreſcunt Capitalibus, nec cedunt in beneficium piorum operum, quorum neglectum fuit adimplementum, ſed integralitèr ſpectare deberent ad Rev. Fabricam, juxta compendium illius privilegiorum apud *Veſpignan. fol.* 31. *fol.* 35., *&* 36.

Quibus ſic ſtantibus, propugnat Archiconfraternitas, Cappellanos, ſi quod habent creditum adverſus Valtrinam hæreditatem, eſſe compellendos, ut proſequantur Bona hæreditaria Alexandri Valtrini, quæ in illorum partitione ſine ullo prorsùs onere fuit aſſequuta Domus Profeſſa Teſtatoris hæres in ſumma valoris ſcutorum 7159., prætermiſſis illis, quæ habuit Archiconfraternitas omninò nunc imparia ad onera ferenda.

Aſt

Ast Sacra Congregatio, quoties *hæc Causa* proposita fuit, urgentibus Cappellanis Valtrinis, totiès ad eorum favorem condemnatam voluit Domum Professam, & Archiconfraternitatem *proportionabiliter*, ut videre est *sub die* 9. *Septembris* 1684., in qua proposito Dubio = *An Domus Professa, & Archiconfraternitas teneatur solvere Cappellanis Valtrinis annuam præstationem scutorum* 500. *non obstante assignatione Locorum Montium* = respondit = *Affirmativè juxta modum in alia Congregatione exprimendum* = ut *in libr. Decr.* 34. *pag.* 305. quemadmodum in Congregatione *diei* 17. *Martii* 1685. exprimendo modum decrevit = *Teneri proportionabiliter* = ut *in lib.* 35. *Decr. pag.* 129.

Rursus repropofita Causa sub geminis Dubiis in Congregatione *diei* 26. *Aprilis* 1687. = I. *An Domus Professa, & Archiconfraternitas teneatur in futurum solvere Cappellanis Valtrinis annuam præstationem scutorum* 500. *non obstante assignatione Locorum Montium* = II. *An teneantur pro tempore præterito pro nunc à die interpellationis sine præjudicio decursorum præcedenter* = responsum fuit = Ad I. *In Decisis* = Ad II. *à die interpellationis factæ sub die* 1. *Januarii* 1683. *sine præjudicio decursorum antecedenter* = ut *in lib.* 37. *Decret. pag.* 250., à qua resolutione reclamante dumtaxat Domo Professa, Sacra Congregatio *sub die* 10. *Januarii* 1688. Dubio per eam proposito = *An Domus Professa teneatur de proprio, & per consequens fructus dictorum Locorum Montium sequestrati Cappellanis prædictis sint consignandi in casu &c.* = respondit = *Affirmative, & amplius* = ut *in lib.* 38. *Decret. fol.* 11.

Prout etiam *die* 15. *Septembris* 1703. geminis propositis Dubiis, I. *An sit standum vel recedendum à decisis in casu &c.*, & quatenus standum II. *à quo debeatur supplementum in casu &c.* = responsum à Sacra Congregatione fuit = *Ad* I. *In decisis, nempe, deberi supplementum Cappellanis Valtrinis, & amplius* = *Ad* II. *Omnes teneri proportionabiliter* = ut *in lib.* 53. *Decret. pag.* 410.

Et quamvis clar. mem. Card. Panciaticus tunc hujus Sacræ Congregationis Præfectus decreverit, Mandatum à Cappellanis expeditum exequendum esse pro supplemento integræ deficientis summæ non amplius *proportionabiliter*, ut constantissimè definiverat hæc Sacra Congregatio, sed dumtaxat contra Bona hæreditaria dicti Valtrini possessa per Archiconfraternitatem, attamen adversus hoc Decretum exhibita Commissione *in Signatura Gratiæ* habita *die* 9. *Junii* 1705., in qua suam etiam exhibuerat Domus Professa contra Transactionem cum Bonorum Valtrini par-

partitione peractam à supradicto Card. Barberinô de anno 1635., rescriptum fuit = *Nihil quoad utramque Commissionem, & Archiconfraternitas utatur jure suo coram Sacra Congregatione Concilii, non retardata solutione Cappellanis*:

Hujus virtute Rescripti Archiconfraternitas sua jura deducit, postulatque, eam esse absolvendam à novo supplemento, quod modò petitur à Cappellanis, à quibus, & ab Archiconfraternitate Libelli circumferuntur. Dignabuntur itaque EE. VV., resumpto folio Congregationis diei 10. Februarii 1770., gemina Dubia, quæ congrua reputata fuerunt, sapientissimé de more definire.

I. *An constet de deficientia Effectuum destinatorum pro augumento Dotium in casu &c.* = & quatenus affirmative.

II. *An, & quomodo, & contra quos sit providendum pro summis deficientibus tàm præteritis, quàm imposterum decurrendis in casu &c.*

Iterum proponatur.

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM: Cæsar Valentinus Civis originarius Arcis Antiquæ Romæ degens, ac inter Advocatos Romanæ Curiæ emeritissimè cooptatus anno 1614. suum ultimum condidit Testamentum, quo Communitati, & Prioribus Arcis Antiquæ jure Legati reliquit gemina Urbana Prædia, nimirum Domum, quam inhabitabat, sitam in Regione S. Eustachii, & Fænile in Regione Transtyberim existens, ea tamen adjecta lege, ut iidem Priores quotannis solverent scuta centum Juveni de sua Agnatione Romæ Studiis operam daturo: Voluit insuper, quod pensiones reliquæ tam ex Domo, quàm ex Fænili percipiendæ multiplicarentur usque ad summam scutorum mille pro dotandis filiabus alterius Cæsaris Valentini Filii Joannis Matthæi, cui idem Testator Prudentiam suam ex Lucretia Sorore neptem in Matrimonium tradiderat: Itemque jussit, ut ex dictis pensionibus annua scuta centum assignarentur Ludimagistro Grammaticæ in eadem Terra Arcis Antiquæ conducendo, & quatenus pensiones etiam superessent, voluit, ut cum illis dotarentur aliæ dicti Cæsaris filiæ, prout de prima illius dotanda filia præscriptum fuit.

In

In reliquis autem suis Bonis hæredem universalem instituit Archiconfraternitatem Annunciationis Urbis cum onere duodecim celebrandi Sacra quolibet Anno, & unum Anniversarium in perpetuum, præcepitque, ut residuales totius suæ hæreditatis redditus erogari deberent = *in collocandis in Matrimonium singulis annis in perpetuum, ut supra, tot honestis Puellis in die festo S. Valentini Martyris, qui celebratur de Mense Februarii, prout ab ipsa Ill. Societate fieri consuevit in quolibet Festo Sanctissimæ Annunciatæ cujuslibet anni secundnm ejus Institutionis Decreta, & Statuta, ad quos ascendent dd. reliqui introitus dictæ suæ hæreditatis cum dote ab ipsa Ill. Societate aliis dari solita, illas addendo numero aliarum.*

Super hisce dotalibus subsidiis, quæ ex redditibus Bonorum hæreditariorum Advocati Cæsaris Valentini juxta suam voluntatem ab Archiconfraternitate illius hærede Puellis conferuntur, authumant Margarita, & Rosa Sorores Nardi Aloysii filiæ, se ipsas tamquam affinitate cum Testatore Valentini conjunctas præferendas esse Puellis incertis in subsidiorum dotalium assequutione. Preces ob id porrexerunt *SACRATISSIMO NOSTRO PRINCIPI*, postulantes, ut ipsis tot assignarentur subsidia dotalia usque ad summam scutorum 500. pro qualibet intra terminum quatuor Annorum ad rationem annuorum scutorum 250.

Ablegatis precibus ad hanc Sacram Congregationem, eædem Sorores Nardi mòdo renovant earum instantiam, quam exposuerunt Summo Pontifici. Sustinent enim, ipsas singulis pollere qualitatibus Romanarum scilicet, pauperum, & ex sanguine Testatoris, quæ ad assequendas Dotes prælativè ad Puellas incertas necessariæ sunt, eisque favere tum *præsumptam*, tum *expressam* Testatoris voluntatem, cum *præsumibile* non sit, Defunctum, qui extranearum Puellarum indigentiis per gratuitas largitiones occurrere studuerit, propriis Consanguineis opportunam subventionem negavisse, ut considerat *Mantic. de Conject. ult. volunt. lib.*8. *tit.* 5. *num.*16., *& seq.*, *Rot. decis.*98. *num.*4. *coram Duran.*, *& in Perusina subsidii Dotalis* 2. *Maii* 1704. *§. Inquam coram clar.mem. Card. Scotto.*

Expressam verò Testatoris voluntatem elicere conantur, ex quo ille proclivem se præbuit in providendis de certo annuali stipendio Masculis, ac in dotandis certa præscripta summa Fæminis de sua Agnatione, suaque Familia, inde inferendo, Testatorem eamdem affectionem,

quam

quam oſtendit erga ſuos de Familia ſibi cognitos, erga quoque remotiores habuiſſe, ut iſtæ fere ad extremam paupertatem redactæ præferantur Extraneis ad tradita per *Rot. coram Coccin. deciſ.*1815. *num.*12.,*coram Emerix. deciſ.*806. *num.*4. *& ſeq.*,*in recen.deciſ.*135. *num.*7. *part.*13., *& deciſ.*26. *num.*7. *part.*16., & in hanc interpretationem ajunt iviſſe Sacram hanc Congregationem, quæ, inſtantibus Fæminis à Lucretia Valentini Teſtatoris germana Sorore deſcendentibus, eas ſemper dotari decrevit ex ſubſidiis dotalibus ab Archiconfraternitate conferendis, ut habetur ex folio Cauſæ *Romana*, *ſeu Sabinen. ſubſidiorum Dotalium* diſtributo in Congregatione *diei* 27. *Martii* 1762., *& diei* 20. *Decembris* 1766.

E contra verò ponderandum occurrit, voluntatem Teſtatoris eſſe religioſiſſimè obſervandam *Can. ult.* 13. *quæſt.*2., *Clement. quia contingit* 2. *de Relig. Dom.*, & reſpondit Sacra Congregatio *in Romana*, *ſeu Portuen. Commutationis Voluntatis* 20. *Decembris* 1732., & id, quod ipſe non expreſſit, tamquam ab eo volitum præſumi non poſſe ad regulam, de qua *Rota in Romana Succeſſionis ſuper primo Dubio* 23. *Januarii* 1758. §.5. *coram Illuſtriſſimo Hærreros*. Ponderandum itidem eſt, Teſtatorem nullum verbum in diſpoſitione conferendarum Dotium pro pauperibus Puellis incertis expreſſiſſe, quod prælationem ſuarum Canſanguinearum, Affinium, Proximiorum, aut Remotiorum, vel à longè ſignificet: Prædilectio verò, qua Teſtator Maſculos ſuæ Agnationis de alimentis, ſive de annua præſtatione, Fæminas verò de certa dote providit, ut ſuum ſortiretur effectum litteraliter præſcripſiſſe, quod præſtaretur ex penſionibus Prædiorum Urbanorum, quæ Prioribus Arcis Antiquæ reliquerat, non autem ſuper redditibus reſidui ſuæ hæreditatis, quos in integrum erogari juſſit in Dotationem incertarum Puellarum.

Quinimo cum Teſtator ipſe dotaverit ſupradictam Prudentiam Silveſtri ejus ex Sorore neptem, aliaſque Fæminas ſibi proximiores, ſibique cognitas, id egiſſe declaravit in ſuo Teſtamento non ex affectione, ſed unice dotem ſolviſſe = *ex pietate*, *& charitate Prudentiæ Uxori Cæſaris Valentini quondam Joannis Matthæi de Terra Arcis Antiquæ*, *& Tiburtiæ Uxori quondam Cyriaci Oddi ejuſdem Terræ*, *nec non Concordiæ Uxori* Hieronymi *Jacobelli de Terra Vacunæ Sabinenſis Diæceſis, cui aſſignavit dotem ſcutorum biſmille*.

Præterea conſtans eſt hujus Sacræ Congregationis diſtinctio. Aut enim Teſtator mandavit, quod in dotandis Puel-

Puellis præferri deberent ejus Consanguineæ, vel Affines, si adessent, adjecta dictione *semper*, vel *cujusvis gradus*, vel *in perpetuum*, & similibus, tunc Consanguineæ, sive sint in decimo, sive in vigesimo, trigesimo, & ulteriori gradu, Puellis incertis indispensabilitèr præferendæ sunt *Cephal. cons.*137. *num.*38., *& seq.*, *Peregrin. de Fideic. art.*30. *num.*4., *Mantic. de Conject. lib.*8. *tit.*12. *num.*46., *& seq.*, *Fusar. de substit. quæst.*381. *n.*7., & in his terminis procedit resolutio hujus Sacræ Congregationis *in Firmana subsidioram Dotalium*, cujus erant sequentia Testamenti verba = *E caso, che trà dette Zitelle concorressero mie Consanguinee, ò Affini in qualsivoglia grado tanto della detta mia Patria, quanto del Territorio di Camerino, ò qualsivoglia altro luogo, quelle debbano aver la Dote senza esser imbussolate* = ideoque in Congregatione diei 9. Septembris 1730. propo sito dubio = *An, & usque ad quem gradum competat prælatio Consanguineis, & Affinibus Testatoris ad subsidia dotalia, de quibus agitur* = responsum fuit = *Competere prælationem Consanguineis, & Affinibus Testatoris in quocumque gradu conjunctis*.

Aut Testator *simpliciter* præcepit, quod ejus Consanguineæ, vel Proximiores in dotatione præferantur, & tunc illæ tamquam expresse vocatæ, & ex debito Justitiæ venientes admittuntur usque ad decimum gradum juxta regulas Juris Civilis computandum, & non ultra ad *Text. in §. final. Instit. de success.*, *Tiraquel. de Retract. Lignag. §.*1. *gloss.*9. *num.*13. *& seq.*, *Mantic. cit. tit.*12. *num.*46., *&* 47. *De Marin. resolut.*131. *num.*9. *lib.*1. *Rot. dec.* 907. *num.*14. *coram Molin.*; & huic hypothesi præsertim convenit Resolutio Sacræ Congregationis *in Camerinen. Subsidiorum Dotalium* proposita 18. *Julii* 1733., & resoluta *die* 8. *sequentis Mensis Augusti*; Ast subsidiorum Dotalium cumulum pro Consanguinea Testatoris quamvis expresse vocata negavit eadem Sacra Congregatio, ut videre est *in Romana Subsidii Dotalis* proposita *die* 16. *Martii* 1720., & resoluta *die* 13. *Aprilis ejusdem anni*, *in Romana subsidiorum Dotalium* proposita 1. *Decembris* 1736., & resoluta *die* 15. *ejusdem*, in altera *Romana Subsidiorum Dotalium* 17. *Januarii* 1756., *& in Pistorien. Subsidiorum* 23. *Septembris* 1758.

Ac demùm aut Consanguineæ, nulla per Testatorem eis data prælatione, subsidia dotalia postulant intuitu naturalis charitatis, ac propter præsumptam Testatoris affectionem erga suos Consanguineos, tunc naturalis Charitas, & hæc præsumpta affectio non excedit quartum

gradum ipso jure civili computandum ex traditis per *Rot. decis.* 898. *num.* 3. *coram Emerix jun.*, *in Romana*, *seu Januen. Legati* 5. *Maii* 1698 §. *Similique coram clar. mem. Card. della Tremoille*, quemadmodum in hoc casu Sacra Congregatio postulatam praelationem denegavit Consanguineis ultra quartum gradum cum Testatore conjunctis, ut contra Consanguineas in octavo gradu definitum fuit *in Ferrarien. Subsidiorum Dotalium* proposita *die* 14. *Decembris* 1765., & resoluta *die* 11. *Januarii* 1766. edito responso *Negativè*, *& amplius* = & de Consanguineis in quinto gradu *in Perusina Subsidiorum Dotalium* proposita *die* 30. *Augusti* 1766., & resoluta *die* 20. *Septembris ejusdem anni*, in qua proposito Dubio = *An*, *& ad quot annos assignanda sit Margaritae Soncinae filiae Annae Rastelliae Dos*, *de qua agitur* = responsum fuit = *Negative*.

Oratrices octavo gradu per quadruplex medium Faeminarum ex transverso distant a Testatore. Contra eas militare videtur identifica resolutio edita ab hac Sacra Congregatione contra Sorores Duranti in decimo gradu cum eodem Advocato Caesare Valentini conjunctas, & Subsidiorum dotalium cumulum praetendentes, ad quarum instantiam proposita Causa *Romana*, *seu Sabinen. Subsidiorum Dotalium* in Congregatione *diei* 20. *Decembris* 1776. sub Dubio = *An*, *& in qua summa sint constituendae Dotes in Bonis haereditariis quondam Caesaris Valentini in casu &c.* = responsum fuit *sub die* 14. *Februarii* 1767. = *Negativè in omnibus* = Jura ab utraque Parte circumferuntur. Dubium est.

An, *& in qua summa sit locus praestationi Subsidiorum Dotalium in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 24. *cap.* 3. *de Reform.*

CAMERINEN. PROCURATIONIS. Caeteras inter Eclesias, quae in Civitate, & Diaecesi Camerinensi fundatae reperiuntur in Solo Lateranensi, ea est sub invocatione Beatae Mariae Virginis ab Angelo Annunciatae in Oppido Caldarolae sita, quae pluribus ab hinc annis possidetur a Confraternitate Sodalium Laicorum, cui Lateranense Capitulum eam concessit sub annuo perpetuo Censu unius librae Pipêris. Detrectantibus autem Confratribus Procurationem, sive in Victualibus, sive

in

in pecunia occasione Visitationis Vicario Lateranensi praestare, hinc Capitulum S. Joannis in Laterano preces porrexit huic Sacrae Congregationi, ut Sodalitium ad Procurationis solutionem compelleret.

Preces ablegatae fuerunt Eminentissimo Domino Archipresbytero Lateranensi, ut super illis Sacram hanc Congregationem redderet instructam, suumque Votum aperiret. Is rationum momenta, quae a Partibus accepit, in sua retulit Informatione, eaque sapientissimo EE. VV. judicio subjecit.

Non enim impugnatur, Capitulo Lateranensi super omnibus Ecclesiis, Locisque piis in suo Solo fundatis competere jurisdictionem quasi Episcopalem, quam ei tribuerunt Pontificiae Constitutiones Bonifacii IX., Sixti IV., & Sixti V.. Tota igitur versatur quaestio super traditione Procurationis, cujus solutionem sive in Victualibus, sive in certa taxata pecunia Visitatoribus esse praestandam statuit *Tridentina Synodus Sess.* 24. *cap*.3. *de Reform.* = *Sit tamen in optione eorum, qui visitantur, si malint solvere id, quod erat ab ipso antea solvi, certa pecunia taxata, consuetum, an verò praedicta Victualia subministrare* =, & quidem quacumque consuetudine in contrarium non obstante, ut millies definivit haec Sacra Congregatio *in Signina Procurationis* 2. *Augusti* 1670. *ut in lib. Decret. pag.* 392., *in Civitatis Castelli* 28 *Novembris* 1673., *in Civitatis Castellanae Procurationis* 9. *Januarii* 1734., *in Senogallien. Procurationis* 11. *Januarii* 1766., *&* *in Auximana Procurationis* 15. *Martii* 1772.

Hanc autem praestationem Confratres non deberi contendunt ex duplici fundamento; primo scilicet, quia ipsi Procurationem solvunt Episcopo Camerinensi, seu ejus Vicario Visitanti, ideoque non eam esse iterandam, neque Confraternitatem duplici gravari posse onere Procurationis, quae ad meram tribuitur necessitatem, sustinent ex *Fagnan. in Cap. Venerabili de Censib. num.* 14., maximè Confraternitate praestante Lateranensi Capitulo annuam libram Piperis in causam Canonis, & directi dominii recognitionem, non obstantibus adjectis in concessione verbis = *Volumus autem, ut Visitatores nostros cum illuc advenerint, benignè excipere, humaniterque tractare teneamini* =, quae cum suapte natura simplicem urbanitatem, & liberalitatem importent, ad praecisam obligationem praestandi Procurationem traduci non possunt.

Ex altero, quia Confraternitas pauper eſt, & modicos habet redditus, & tamquam pauper ad Procurationis præſtationem haudquaquam tenetur, & ab ea Procuratio nec exigi poteſt, nec debet ad *Text. in Cap. placuit* 1. *quæſt*.2., *Cap. cavendum* 7. *cauſ*. 10. *quæſt*.3,, *cap. Statutum* 11. *§. Inſuper de Reſcript. in* 6., *& cap. Cum inſtantia* 17. *ibique Gloſſa verb. indebitè prægravari de Cenſib.*, *Barboſ. de offic.*, *& poteſt. Epiſc, part*.3. *alleg*. 73. *num*. 51., *& ſeq.*; *Pignattell. conſult. Canon*.47. *num*.11. *tom*.1., prout etiam reſolutum fuit ab hac Sacra Congregatione *in Vaſionen. Procurationis* 30. *Auguſti* 1766.

Hæc, & alia ſunt in Libellis ab utraque Parte circumferendis, quibus perpenſis, onus erit EE. VV. decernere.

An Vicario Lateranenſi viſitanti Eccleſiam S. Mariæ Montis Terræ Caldarolæ debeatur Procuratio in caſu &c.

Seſſ. 22. cap. 6. de Reform.

PRÆNESTINA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. Joannes Paulus Petruccini Præneſtinus in ejus ultimo, quod anno 1676. condidit, Teſtamento ſuper omnibus ejus Bonis Fideicommiſſum inſtituit, cujus vocationis beneficium contulit in Dominicum filium ſuum, iſtiuſque Deſcendentes in infinitum, & ſubinde nominatim in cæteros ejus filios, eorumque reſpectivè Deſcendentes, quatenus verò Deſcendentia nominati deficeret, iiſque in univerſum defectis, ſubſtituit Nepotes ſuos Figliacci ex Oppido Gallicani, nimirum primò Bernardinum, ſecundò Carolum Antonium, & Dominicum Figliacci Bernardini Fratres, eorum filios in infinitum, quibus etiam deficientibus, ſuam hæreditatem deferri juſſit ad Eccleſiam Cathedralem S. Agapyti Præneſtinæ Civitatis cum onere tot ex illius fructibus erigendi Canonicatus annui redditus ſcutorum centum pro quolibet de Jurepatronatus Familiæ Petruccinæ, eaque amplius non exiſtente, Familiæ Terzoli, adjecto unicuique ex Canonicis onere annua centum celebrandi Sacra in expiationem Animæ ſuæ, ſuorumque hæredum, & Succeſſorum.

Voluit tamen idem Teſtator, quod ſi factus eſſet locus ſucceſſioni favore alicujus ex Familia Figliacci, is, qui ſuccederet, teneretur domicilium figere in Præneſtina Civitate, nec non unum fundare Canonicatum annui red-

di-

ditus scutorum centum in dicta Cathedrali Ecclesia cum annuo onere celebrationis centum Missarum,

Joannes Paulus Petruccini junior, qui fuit ultimus ex descendentia Testatoris, decessit anno 1753., cessis prius suis juribus contra Fideicommissum Monasterio Infantis Jesu ejus Civitatis Praenestis. Per illius obitum purificata fuit successio in Bonis fideicommissariis favore Josephi Figliacci supradicti Bernardini Nepotis, quem inter, & praefatum Monasterium gravissimae subortae sunt controversiae etiam in Sacro Rotae Auditorio discussae, & favore Monasterii definitae, itaut As haereditarius Testatoris, qui prius erat valoris scutorum 8000., nunc per succumbentiam in lite redactus est ad valorem dumtaxat scutorum 1700., cujus redditus satis non sunt pro unico erigendo Canonicatu annuorum scutorum centum, ut Testator ipse praeceperat.

Dum praefatae vigebant judiciales controversiae, supradictus Joseph Figliacci Substitutus nominavit ad erigendum Canonicatum Clericum Mariam Carminati. Vèrum ne Figliaccius nudum haeredis nomen haberet, supplex adivit idem una cum nominato Canonico San. Memor. Clementem XIV., ut injungeretur dicto Canonico Carminati onus subministrandi quotannis scuta 20. sibi, ejusque filio, donec vixerint. Hujusmodi preces laudatus Pontifex suo Rescripto diei 18. Septembris 1772. remisit arbitrio cl.mem. Cardinalis Stoppani tunc temporis Episcopi Praenestini, qui animadvertens tùm ad onera, quibus gravabatur Praebenda, tum ad tenuitatem reddituum Bonorum Petruccini, Oratorum votis minimè annuendum putavit, idcircò erectio Canonicatus infecta remansit, quousque supervenit obitus praed. Carminati.

In hoc autem rerum statu seriò considerantes Capitulum, & Canonici praefatae Cathedralis Ecclesiae = *che un tal Canonicato non avrà la rendita maggiore di scudi 60. in circa per essere stati dai Creditori assorbiti moltissimi Beni Ereditarii, come pure la Catedrale presentemente è provista di ventidue Canonicati, compresa anche la Dignità Arcidiaconale; ed al contrario non hà, che scarso numero di Beneficiati, non oltre passando questi il numero di sette, compresovi uno sospeso ad tempus*= hinc preces porrexerunt *SANCTISSIMO D. NOSTRO faeliciter Regnanti* pro commutanda fundatione Canonicatus in illam Beneficiati residentialis, & Choralis in dicta Cathedrali Ecclesia solitis cum honoribus, & oneribus, quibus fruuntur, & subiiciuntur alii Beneficiati.

Ad

Ad hanc Sacram Congregationem ablegatis precibus, auditus fuit Eminentiſſimus Epiſcopus , auditusque Joſeph Figliacci Patronus . Hic petitæ commutationi aſſentitur, ea tamen lege , ut de Beneficio Proviſus nedum Chori aſſiſtentiam , & Miſſas à Teſtatore præſcriptas impleat,, ſed & Parocho in Cura Animarum præſtet auxilium , & ſibi , ac deinde ejus filio,eorum reſpective naturali durante vita,annua ſcuta viginti perſolvat.

Eminentiſſimus Epiſcopus ea omnia , quæ ſupra dicta ſunt, narravit, approbavitque, attenta tenuitate reddituum Patrimonii , ex quibus demptis expenſis à Canonicis fieri ſolitis = *vix pro novo Canonico ſupereſſent annui fructus ſcutorum 29. , quod ſane miſerabile nimium videtur ſtipendium pro continua Canonici reſidentia , & quotidiano Chori ſervitio* .

Suamque aperuit animi ſententiam , quod = *quod ſi petita Commutatio ex adductis cauſis rationabilis eſſe videtur , utiliſſimum , ac pene neceſſarium cenſendum eſt onus coadjuvandi Parochum . Cura namque Eccleſiæ Cathedralis penes Capitulum reſidet , & per unicum exercetur Canonicum , qui tam ob ſatis amplum Animarum numerum , tam ob difficilem Civitatis viarum circuitum , tam deneque ob Canonicatus exercitium Oves negligere ſuas , aliinumque auxilium emendicare cogitur . Ne tamen novus Beneficiatus abſque ulla mercede prædictum onus coadjuvandi in Cura Animarum ferre teneatur , adjiciendam ſui favore cenſerem conditionem , quod à Parocho pro tempore, ſi coadjuvari velit , ipſi quarta incertorum pars ſubminiſtretur , ſicuti præſens Canonicus Parochus libenti animo ſubminiſtrare ſpondet . Pariter conſona videtur petita , & limitata præſtatio favore Joſephi , quem uti à Teſtatore prædilectum , humana non patitur ratio,omnino excludi à fructu hæreditatis* .

Regula juris eſt, Defunctorum voluntates non eſſe commutandas, niſi juſta, rationabilis, & neceſſaria cauſa concurrat *ſeſſ.22. cap.6. de Refor.* . Cauſa ſiquidem juſta non ea eſt , quæ aliquam rationem ſecumſert , ſed quæ neceſſitatem ſuadet commutandæ voluntatis , ut ea eſſe videtur in præſenti caſu , in quo redditus reſidualium Bonorum Joannis Pauli Petruccini Fundatoris impares ſunt pro erigendo Canonicatu , pares vèro pro erectione Beneficiati in eadem Cathedrali Eccleſia. & cum eiſdem oneribus Reſidentiæ , ſervitii Chori , centumque Miſſarum celebrationis , quibus ipſe Fundator erectionem Canonicatus fieri mandaverat . Non aliter

ter enim id, quod petitur, importat, nisi permutationem nominis Canonicatus in Beneficiatum, in quem permutaret idem Fundator, si cogitasset eventuram tenuitatem suorum reddituum imparium pro Canonicatus erectione, quibus in terminis interpretatio potius dicitur, quam integra, & absoluta voluntatis mutatio *Piton. de controv. Patron. alleg.*50. *num.*1., *& Pignattell. consult.*148. *n.*4-*tom.*4.

Sacra Congregatio urgente necessitate, ante tamen executionem voluntatis Testatoris, eam commutavit in aliud pium opus, quod proximum sit, congruatque voluntati Defuncti, *ut in Romana Commutationis voluntatis* 27. *Februarii* 1734., *in Camerinen.*, *& Fabrianen. Commutationis voluntatis* 10. *Septembris* 1735., *in Nullius Terræ Pontiani Commutationis voluntatis* 30. *Ianuarii* 1745., *& in Interamnen. Commutationis voluntatis* 8. *Maii* 1756.

Dignabuntur itaque EE. VV. rem perpendere simul, & sequens definire Dubium.

An, & quomodo consulendum sit SSmo pro commutatione voluntatis Joannis Pauli Petruccini Senioris in casu &c.

INTERAMNEN. Cleria Serfanti Fadulfi in supremis testamentariis tabulis mandavit, ut domi, quam inhabitabat in Civitate Interamnæ erigeretur Conservatorium trium Virginum, quæ tenerentur incumbere instructioni puellarum, assignavitque dictis Virginibus fructum Prædii existentis in territorio Interamnæ invocabulo *Fiori*. *Sess.* 22. *cap.*6. *de Reform.*

Ast Virgines, quæ Puellas instituendi munus assumerent, inveniri non potuerunt, ideo bo. mem. R. P. D. Fadulfi Episcopus Asculanus vigore etiam facultatum a supradicta Cleria ejus Matre eidem tributarum erexit Cappellaniam, & Cappellano amovibili ad nutum assignavit d. Prædium loco fundi Cappellaniæ cum onere celebrandi, seu potius curandi, ut Missæ ad rationem eleemosinæ manualis partim celebrarentur a Religiosis strictioris observantiæ Conventus S. Mariæ *dell'Oro*, partim a Cappuccinis, & partim in Cappella S. Antonii Patavini Sac. Ædis Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci dictæ Civitatis.

Ca-

Cappellano pariter jussit, ut ex fructibus dicti Prædii quotannis tribueret Sindico dictorum Fratrum strictioris observantię dimidium Rubri Frumenti ad rationem juliorum 12. pro qualibet quarta, collato anno sterili cum fertili, nec non duas Salmas musti ad rationem obulorum 90. pro qualibet, ut ita Religiosi tenerentur celebrare 42. Missas certis anni diebus juxta eleemosinam manualem in Cappella familiæ Fadulfi existente in oppido in vocabulo *Volcorano seu piè del Monte*.

Jussit ulterius Cappellano ut Cappuccinis pręter supradictam vini, & frumenti quantitatem quinque insuper olei Metretas traderet, ut isti in Cappella SSmæ Conceptionis eorum Ecclesiæ alias 42. Missas celebrarent.

Ex reliquis vèro Prędii fructibus mandavit, ut Cappellanus celebraret centum Missas in Cappellis SS. tam Antonii Abbatis, quam Patavini existentibus in Ecclesia Minorum Conventualium, ita tamen ut si, detractis utensilibus, fructus d. Prædii non sufficerent pro celebratione dictarum Missarum 100. ad rationem obulorum decem, tunc voluit quod solummodo celebraret eum numerum Missarum, qui, detractis ut supra utensilibus, dictis fructibus proportionabiliter par existeret; si vèro uberiores essent fructus, voluit ut illis frueretur Cappellanus, pro cujus securitate prohibuit ne Prædium ullo unquam tempore alienaretur.

Anno 1705. Comes Julius Fadulfi Prædium debitis sine solemnitatibus alienavit favore fratrum Flori pretio scutorum 496., ideo Comes Antonius, & Canonicus Marcellus Fadulfi fuerunt judicialiter pulsati a Commissario R. F. S. Petri, deinde absoluti cum onere subrogandi novum Fundum, & deinceps adimplendi onus Missarum, subrogarunt Prædium hæreditarium Cleriæ Sersanti in vocabulo *piedelmonte* valoris scut. 500., fuitque assignatio comprobata a bo. mem. R.P. D. Maculani Episcopo Interamnæ. Vita functis Comite Antonio, & Canonico Fadulfi, eorumque patrimonii æconomicæ administrationi præposito viro extraneo, non fuerunt celebratæ Missæ, nec annuarum præstationum onera adimpleta.

Hæredes Cleriæ Sersanti contulerunt Cappellaniam Clerico Alceo Massarucci, qui in eo est, ut dimittat Cappellaniam quia [ut quæritur] postquam fungeretur munere gestoris negotiorum alienorum, perexigua deinde, ac fere nulla mercede donaretur; nam satisfactis prædictis oneribus, parum, aut nihil superesset pro Cappellano, qui ulterius

rius pro solutione irreperibilis pretii dicti frumenti ad rationem sc. 1.20. pro qualibet quarta, teneretur illud de proprio solvere *anticipate*, & deinde expectare recollectionem Olivarum, cum agatur de Oliveto, quæ recollectio, ut fert solitum Civitatis, de triennio in triennium computatur.

In hoc rerum statu Cæcilia, Victoria, Anna Maria Fadulfi, & Dominicus Peculi Massarucci supplicant, & petunt facultatem, qua Cappellanus factus immunis ab onere dictorum Legatorum possit ubicumque pro suo arbitrio illum celebrare Missarum numerum, cui annui Prædii redditus proportionabiliter correspondeant, detractis expensis utensilium, & pro cultura Prædii necessariis.

Ordinarius de more auditus comprobat quæ referuntur ab oratoribus, & censet Emos PP. eorum precibus posse annuere; ait namque auditis Guardianis interesse habentibus, tum Fratrum Cappucinorum, quam strictioris observantiæ, ambos præstare consensum, ut a Cappellano enuntiata Legata adimpleantur. = Duo oratricum respicit instantia, Missarum reductionem, & earumdem Legati translationem; circa primum Sacra Congregatio *in Mediolanen. reductionis Missarum* 9. *Aprilis* 1718. *proposito Dubio an supposito, quod nullus inveniatur Sacerdos, qui velit Missam quotidianam celebrare pro annua eleemosina librarum* 300. *a testatore præscripta, sit locus reductioni in casu &c. rescripsit affirmativè*; Circa alterum, Missarum translatio solet concedi, si testator suffragium animæ tantum respexit, ut innuitur *in Auximana translationis Missarum* 15. *Februar.* 1772. §. *duæ potissimum*.

Quod Testatrix prae oculis tantum habuerit animarum suffragium, patet ex eo, quod, non prædilecta ulla ex Ecclesiis designatis, mandavit *che si faccino dire tante Messe parte nella Chiesa di S. Francesco nella Cappella della nostra Casa, parte alli PP. di S. Maria dell'Oro, e parte alli PP. Cappuccini per l'anima mia, ne avendone questa bisogno, si applicheranno per l'anime, che abbandonate da Suffragj si ritroveranno nelle atrocissime fiamme del purgatorio*.

Eminentissimi PP. dignentur sequens deffinire

Dubium.

An & quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis Testatricis in casu &c.

Sess. 22. Decr. de Obser., & evitan. in celebr. Missar., & sess. 23. cap. 14. de Reform.

URBEVETANA. Est in Diæcesi Urbevetana Castrum nuncupatum *S. Venantii*, cujus Populi spirituali servitio unus Parochus olim reperiebatur addictus, deficientibus penitus Cappellaniis, seù quibusvis alterius generis Beneficiis, quorum Rectores aut sacro pabulo eum recreando, aut recitatione Missarum Parocho ipsi ferrent suppetias. Pietatis ductu, ac Religionis Canonicus quondam Carolus Misericordi ex eodem Castro postrema suæ voluntatis dispositione cavit, ut sine Filiis Defuncto Paulo Antonio Fratre, quem ex Asse hæredem scripserat, ex quibusdam proprii Patrimonii Fundis perpetua merè Laicalis Cappellania constitueretur in Ecclesia S. Liberatæ dicti Castri cum onere seu per se, seu vèro per alium quolibet die Festo adorandum in illa Sacrificium offerendi; simulque vetuit huic oneri per Parochum satisfieri, nisi eademmet die alteram Missam in una ex Ecclesiis Castri celebrari curaret. Patronatum verò activum, atque passivum certis reliquit Familiis in Testamento designatis.

Mortuo absque prole Fundatoris hærede, factus est locus erectioni volitæ Cappellaniæ, quæ anno 1752. auctoritate Episcopi ordinaria peracta fuit. Primus eam obtinuit Romualdus Hippoliti, cui per legitimam præsentationem modernus Rector successit Sacerdos Crispinus Buldrini. Sanè Parochus tantùm in eo Castro Dominici Gregis vigilias custodit, & ad omnes sui muneris partes rite obeundas, sive in audiendis Examologesibus, sive in Sacramentis administrandis, sive in Infirmorum cura, cogitur de mane diebus DEO Sacris Missam facere: Populus autem in unum ad Ecclesiam eadem hora convenire non potest. Matribus siquidem necesse est infantes regere; nonnullis vèro, prout Agricolis, Pastoribusque usuvenire solet, in custodia Boum, & Armentorum occupari; aliis demum ad alia remanere negocia, dum Familiæ reliqua pars ad audiendam Missam se confert. Unde accidit sæpius, quod multi Sacro non intersint, nisi præsens afferatur remedium.

Cui quidem malo mederi facile posset Sacerdos Buldrini Cappellaniæ, de qua diximus, Rector; qui tamen existimans, lege Fundationis attenta, liberum sibi esse quamcumque horam magis benevisam eligere, sine respectu ad Populum, eoque non expectato, Missam recitare consuevit. De hoc doluerunt sibi Massarii illius Castri, qui, porrecto supplici Libello Sacro huic Senatui usque *ab anno* 1771., petierunt declarari, an Cappellanus præfatus congrua temporis spatia post Missam Parochialem obser-

va-

vare teneatur, ut Incolæ, qui illam audire nequeunt, ad secundam possint accedere.

Episcopus de Sententia tunc interrogatus putat Cappellanum propria libertate frui ex Pontificii Juris dispositione statuentis *tum* quod Presbytero liberum sit quavis hora Canonica Missam peragere *Can. necesse*, *& Can. Nocte Sancta de Consecr. dist.* 1., *tum* etiam quod nova onera, præter contenta in Literis Fundationum, Cappellanis non debeant imponi, *Sac. Congregatio in Florentina* 12. *Martii* 1718., *& Fagnan. in Cap. Conquerente de Cler. non resid. num.* 17.: Hæc militare in hodierna quæstione, dum Testator horas ad celebrandum non præfinivit. Quamvis autem Fundator in Parochum adjecerit prohibitionem, de qua meminimus, ex ea tamen erui posse credit, *vel* respexisse illum ad onus Missæ pro Populo diebus Festis Animarum Pastoribus inhærens, unde nequeat Parochus duplex præceptum adimplere; *vel* ad summum optasse, quod iisdem diebus successive, & alternatim Sacrum bis diceretur, non autem hora Populi indigentiis accomodata. Vèrum adesse insuper duo in Castro Sacerdotes, qui valeant succurrere, prout in Pastorali Visitatione Ipse providit, præscribendo diversas horas pro celebratione, quarum postrema alternatim ab omnibus, *nec* Parocho excepto, observanda est circa Meridiem. Ità arguit Urbevetanus Episcopus.

Ideò prodiit *die* 14. *Martii* 1772. Rescriptum — *Ponatur in Folio, citata Parte* —. Quoniam verò Judiciale experimentum reformidavit Populus, hinc siluit res usque adhuc. At necessitate suadente, nunc preces renovant Massarii, ut EE. PP. horam celebrationis *Campanæ sonitu significandam*, *& Porochi judicio opportunam* Buldrinio præstituant, cum alii duo Sacerdotes Castrum deseruerint, & solus ipse inveniatur ibi, sicuti Parochus testimonio proprio confirmat.

In quo conflictu, quid Sacræ Leges ferant, quæve Fundatoris placita fuerint, animadvertendum se offert. Certe Ecclesia, quæ ab Apostolorum ævo generali lege statuit, ut Fideles omnes diebus Dominicis, aliisque Festis Missæ interessent, eadem ipsa sollicita maxime fuit, ut illius audiendæ omnimodis copia suppeteret. Hinc factum est, ut quamvis Romæ, & Alexandriæ unicum in singulis Titulis eodem die Sacrificium ageretur, ut animadvertunt *Ballerin. in adnotat. ad Epis.* 9. *S. Leon. num.* 5., nihilominus Dioscorum Episcopum Alexandrinum S. Leo Pontifex per Apostolica scripta monuerit, Sacrum Con-

ventum ad subveniendum Populis esse iterandum: *Ut autem in omnibus observantia nostra concordet, illud quoque volumus custodiri, ut cum solemnior quæque Festivitas conventum Populi numerosioris indixerit, & ea Fidelium multitudo convenerit, quam recipere Basilica simul una non posset, Sacrificii oblatio indubitanter iteretur: ne his tantum admissis ad hanc devotionem, qui primi advenerint, videantur hi, qui postmodum confluxerint, non recepti: cum plenum pietatis, atque rationis sit, ut quoties Basilicam, in qua agitur, præsentia novæ Plebis impleverit, toties Sacrificium subsequens offeratur. Necesse est autem, ut quædam pars Populi sua devotione privetur, si unius tantum Missæ more servato, Sacrificium offerre non possint, nisi qui prima diei parte convenerint. Studiosè ergò dilectionem Tuam, & familiariter admonemus, ut quod nostræ consuetudini ex forma Paternæ traditionis insedit, Tua quoque cura non negligat, ut per omnia Nobis, & fide, & actibus congruamus = d. Epist.9. edit. Ballerin. viden. adnotat. citat. tom.2. Opper. pag.*1309.*seqq.* . Indè etiam Ecclesiastica Disciplina, atque præceptum de unius Sacrificii actione a quolibet Presbytero eadem die, excipit Parochum duabus prælatum Plebibus, qui tenetur *duas, in unaquaque scilicet Parochia, Missas celebrare, ne alterutrius Ecclesiæ Populus die Festo Sacro audiendo excludatur, Ben. XIV. de Syn. Diœces. lib.6. cap.8. num.2.*

Sapientèr equidem, ac salubritèr talia instituta sunt, seduloque disposita, ut illius excellentissimæ charitatis, quam in sua Passione Christus monstravit, jugis apud Fideles memoria maneat; ut immaculatæ oblationis salutari præsentia recreentur; utque *Sacerdos preces Populi Deo offerat, & pro eorum peccatis Deo aliqualiter satisfaciat, S. Tho. 3. par. qu.22. artic.1. in Corp.*

Rectè igitur communior Theologorum sententia docet, *Sacerdotem, qui nec Animarum Curam, neque Beneficium, neque stipendium obtineat, rem Divinam operari debere, cum necessitas id postulaverit, veluti si die Festo aliqua Parochia Sacrificio careret, eo quod pars Populi celebranti Parocho interfuerit, reliqua vèro satisfacere præcepto nequeat, quia tantæ hominum multitudini Ecclesia satis non fuerit* =, ut ait *S.M.Ben.XIV.Instit.Eccles.*94.*num.*18.; quod potiori ratione affirmandum videtur de servanda celebrationis hora Populo necessaria.

Sane uberrimo fructu carere ut plurimum Fideles debent, ni Divinæ adstent Oblationi, cujus quidem gratiæ ab omnibus pie, sancteque audientibus percipiendæ, eos pri-

privare sola libertatis, & quietis caussa nefas esse videtur Sacerdoti, qui monente *Apostolo Philipp.* 2., non debet quæ sua sunt considerare, sed ea, quæ aliorum; Sacerdotale namque postulat ministerium, ex S. *Antonini* sententia *in Summ. par.*3. *tit.*14. *cap.*7., *exhibere tempore suo Sacramenta sancta, & Orationum munimenta, unde dicitur Sacra dans.*

Denique fuse tradit *Ceccoper. Lucubr. Canon. lib.*3. *tit.* 12. plurium Doctorum vestigia premens, teneri Sacerdotes quoscumque ad celebrandum obligatos, Missam incohare debitis horis, atque temporibus aptis juxta ordinem Tabellæ, vel mandatum Sacristæ pro Populi commoditate, etsi Cappellanias de Jurepatronatu Laicorum obtineant: & Episcopi partes esse in actu Visitationis providere, ut prima Missa summo mane, & dein cæteræ debito intervallo usque ad Meridiem, præsertim diebus Festis ad Populi solatium recitentur. Nec quicquum obstare Juris theorema, quod non possit Episcopus novum onus imponere Cappellaniis Jurispatronatus Laicorum, quia id intelligitur de majori Sacrorum numero, non autem de norma ordinate peragendi Missas in fundatione adjectas, quod onus nec novum est, cum ab ipso Jure sit impositum, & ei Fundatorem se voluisse conformare præsumitur. Imo nec Fundatoribus ipsis, quamvis mere Laicales ordinent Cappellanias, licere pactum apponere, quod Rectores temporibus, & horis sibi benevisis liberè possint celebrare, quod in detrimentum vergeret servitii Ecclesiæ, & Cultus Divini. Hæc ille.

Ac reverà laudabilitèr *S. Carolus Borromæus*, aliique Episcopi Synodalibus Constitutionibus providerunt, ut in Ecclesiis, in quibus plures Missæ recitari solent, per distincta temporum intervalla ad Populi commoditatem dicantur a primo mane usque ad Meridiem, seù alias per congrua spatia, *in Conc. Provinc. Mediolanen.* 1. *part.* 2. *Tit. quæ pertinent ad celebr. Missar.*, *Ravennaten. anni* 1317. *cap.* 12., *Hispalen. anni* 1512. *cap.*13., *Lucan. anni* 1681. *part.* 2. *cap.*8. *num.* 16., *Fulginaten. Battistelli cap.*20. §.6. Rationem reddit *Brasch. Prompt. Synod. cap.* 81. *num.* 26., quia Presbyteri non unicè pro ipsorum utilitate promoveantur, sed etiam Ecclesiæ, & Populi.

Sacra Congregatio Episcop., & Regul. in Januen. 18. *Martii* 1578., quod refert *idem Brasch. loc. cit. num.*29., respondit, Sacerdotes etiam, qui ex sola propria devotione, vel vigore Iurispatronatus celebrant, horis Ecclesiæ commodis Sacrum facere debere.

Ob-

Observare autem præstat, quod Episcopus ipse Urbevetanus in actu Visitationis jussit, ut Parochus, ac tres reliqui Sacerdotes, quot tunc erant in Castro S. Venantii moram trahentes, diebus de praecepto Festis diversa hora, & ultimus circa Meridiem Sacrum conficeret: Quumque Parocho, ob caussas supra allatas, diluculò oporteat celebrare, videndum, an Sacerdos Buldrini solus præceptum de Missa meridiana servare cogatur.

Vèrum nec Fundatoris voluntas prætereunda est. Verba Testamenti hæc sunt = *Vuole, e determina, che d' un suo Podere in vocabolo &c., come anche d' altro Tenimento in vocabolo &c. si formi, e costituisca una Cappellania perpetua mera Laicale nella Chiesa di S. Liberata fuori del Castello di S. Venanzo, e che il Rettore di Essa sia tenuto celebrare in detta Chiesa una Messa in perpetuo in ogni giorno Festivo, e che detta Messa non si possa soddisfare dal Curato pro tempore di detto Castello ogni qual volta, che questo non faccia dire altra Messa nello stesso giorno, o nella Chiesa Parrocchiale, o nella stessa Chiesa di S Liberata, o altre Chiese di detto Castello* =. Quibus spiritualibus auxiliis indigeret Populus Patriæ suæ noscere debuit Testator, & ad Fundatorum mentem eruendam plurimum valent circumstantiæ loci, temporis, ac Personarum. Unde, an prohibitio in Parochum lata a Canonico Misericordi suadeat, voluisse illum Fidelium necessitati potius consulere, dijudicent EE. PP., quorum spectatissimæ doctrinæ, ac prudentiæ definiendum proponitur.

An, & qua hora Rector Cappellaniæ Misericordi diebus Festis teneatur Missam celebrare in casu &c.

Die

Die Sabbathi 19. Aprilis 1777. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

IN postrema Congregatione habita die 15. nuper elapsi mensis Martii cum sequentes Causæ in Folio descriptæ resolutæ non fuerint, non gravabuntur EE. VV. idem Folium benignè resumere, & infrascriptis Dubiis sapientissimè de more respondere.

FANEN. REDUCTIONIS ONERUM, cujus unum caput est: *Sess. 25. cap. 5. de Reform.*

An sit locus reintegrationi Censuum, seu potius reductioni onerum in casu &c.

Dilata ad primam

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM, in qua definiendum est. *Sess. 22 cap. 6. de Reform.*

An, & in qua summa sit locus præstationi Subsidiorum Dotalium in casu &c.

Iterum proponatur.

CAMERINEN. PROCURATIONIS, quæ unum habet Dubium. *Sess. 24. cap. 3. de Reform.*

An Vicario Lateranensi visitanti Ecclesiam Sanctæ Mariæ Montis Terræ Caldarolæ debeatur Procuratio in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo Camerinen. juxta instructionem, ut nempe respiciat Codices Confraternitatis, & recognoscat, an unquam illa solverit procurationem Visitatori Lateranensi, & an vere sit pauper eadem Confraternitas.

PRÆ-

Seff.22. cap.6. de Reform.

PRÆNESTINA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS, quæ unum pariter habet caput.

An, & quomodo confulendum fit Sanctiffimo pro commutatione voluntatis Joannis Pauli Petruccini Senioris in cafu &c.

Pro commutatione tàntum juxta votum Emi Epifcopi, in reliquis ad mentem.

Seff.22. cap.6. de Reform.

INTERAMNEN., in qua difputatur,

An, & quomodo fit confulendum Sanctiffimo pro commutatione voluntatis Clerice Serfanti Teftatricis in cafu &c.

Seff.22.Decret. de obfer., & evitan. in celebrat. Miff., & feff.23. cap.14. de Refor.

URBEVETANA, cujus eft Dubium.

An, & qua hora Rector Cappellaniæ Mifericordi diebus feftis teneatur Miffam celebrare in cafu &c.

Teneri pro hora ab Epifcopo defignanda, & fcribatur juxta inftructionem.

Seff. 24. cap.8., & cap.18 de Reform.

ALERIEN. CANONICATUS PÆNITENTIARII.

Menfe Martio 1775. per obitum Canonici Angeli Joannis Suzzoni vacato in Cathedrali Ecclefia Alerienfi Canonicatu Pœnitentiario nullam Animarum Curam habente cum Præbenda fub titulo S. Laurinæ de Curte, & S. Petri de Alexano nuncupata, Alerienfis Antiftes Concurfum indixit, & ex geminis tantùm Concurrentibus ab Examinatoribus Synodalibus *verbotenus* examinatis, & æquè approbatis præelegit Sacerdotem Dominicum Giacobbi ejufdem Cathedralis Ecclefiæ jam actu Canonicum etfi Doctorali Laurea nondùm infignitum, poftpofuitque Sacerdotem, & actu Doctorem Antonium Matra.

Hæc

Hæc præelectio approbata, confirmataque fuit a Metropolitano Sententia sua, a qua gravatum ulterius se sentiens Matra, supplicem porrexit Libellum huic Sacræ Congregationi, postulavitque, ut novum in Urbe fieret doctrinæ periculum, attenta nullitate Concursus tamquam voce expressa, non scriptis initi contra formam in conferendis Parochialibus Ecclesiis, vel Dignitatibus adnexam Animarum Curam habentibus præscriptam tum in Tridentina sanctione *sess*.24. *cap*.18. *de Reformat.*, tum in Constitutione S. Pii V., quæ incipit *In conferendis*, tum in Encyclicis Litteris hujus Sacræ Congregationis, annuente san. mem. Clemente XI. sub datum 10. Januarii 1721., subinde approbatis a san. me. Benedicto XIV. sua Constitutione incipiente *Cum illud* sub datum 14. Decembris 1742., tum etiam in altera præcedenti Constitutione san. mem. Benedicti XIII., cujus initium *Pastoralis* sub datum 4. Kalendas Junii 1725., qua mandatum fuerat, Canonicatus, Præbendasque Theologales, & Pænitentiales esse in posterum conferendas *magis idoneo in formali Concursu ab Examinatoribus renunciato eo plane modo, quo Parochiales Ecclesiæ conferuntur*, nec non spectata nullitate præelectionis ab Episcopo factæ in Personam Canonici Giacobbi nulla Doctorali Laurea insigniti contra sancita a Concilio Tridentino *sess*.24.*cap*.8.*de Reform*.

Auditus Episcopus in sua Informatione retulit rationem, ob quam egit, permisitque Concurrentium examinationem fieri sine scriptis: Reddiditque pariter rationem judicii sui in præeligendo Canonicum Giacobbi, *veluti Senem emeritum in Ecclesiæ Dei servitio per annos quadraginta mancipatum, ac omnibus acceptum, & bene visum*, quæ omnia non verificari ait in Sacerdote Antonium Matra, in quo *nullum concurrit hujus Ecclesiæ servitium, nulla, aut quasi nulla in hac Aleriensi Diœcesi ab eo præstita pro salute Animarum opera, multo minus Populorum confidentia*.

De jure est, Episcopum in electione dignioris, & magis idonei non solam scientiam, sed alias etiam Eligendi qualitates spectare debere, prout de ætate maximam habendam esse rationem, nec non de moribus, & de prudentia *Barbos. ad Concil. Trident. sess*.24. *cap*.18. *num*. 117., 118., & 129., *de Offic.*, & *Potest. Parochi cap*.2. *num*. 122., ac pariter de existimatione, quam de eo habet Clerus, & Populus, ut innuit *Textus in Can. Nec emeritis dist*.61., & fir-

& firmavit *Rot. in Barchinonen. Canonicatus Pœnitentiarii* 11. *Maji* 1726. *§. Item , & in Melphioten. Canonicatus Pœnitentiarii* 4.*Februarii* 1733. *§.4. cor.cl.me. Card. Calcagnino* .

Tuetur Canonicus Giacobbi , tam in Concilio Tridentino *Seff.* 24. *cap.* 18. , quàm in Conftitutione *In conferendis* S. Pii V. de Parochiali loquentibus præfcriptum fuiffe quidem ineundum Concurfum , non autem fuiffe præfcriptam illius formam , & modum in voce fcilicet , vel in fcriptis : Et quamvis Conftitutio *Paftoralis* fam. mem. Benedicti XIII. , quæ eft la 2. ex impreffis poft Concilium Romanum , collationem Canonicatus Theologalis , & Pænitentialis exæquet collationi Parochialis Ecclefiæ, nihil tamen ftatuere circa modum explendi Concurfum. Itemque nonnullis in hac Sacra Congregatione propofitis *Dubiis Concurfuum fub die* 1. *Octobris* 1720. , quorum primum erat = *An in Concurfibus , qui in pofterum fient occafione vacationis Ecclefiarum Parochialium præcipiendum fit , ut eadem omnino quæfita omnibus Concurrentibus proponantur , & quòd unufquifque ex Concurrentibus intra congruum tempus affignandum debeat in fcriptis fatisfacere quæfitis propofitis , & an ulterius præcipiendum fit , ut unufquifque ex Concurrentibus fermonem fcribat fuper Textu Evangelii omnibus Concurrentibus affignando* = cui *fub die* 16. *Novembris dicti anni* refponfum fuiffe = *Ad Primum Affirmative per modum iuftructionis* .

In Encyclicis verò Literis hujus Sacræ Congregationis *exhortatione* tantum , *confilio* , *& fuafione* fuiffe propofita, quæ in explendo Concurfu fervari deberent , non tamen decreta nullitate Concurfus aliter facti , fed folum *provocationem ad novum examen, nulla gravaminis prævia probatione, indultam fuiffe* : Nec fecùs fuiffe præfcriptum in Conftitutione *Cum illud* fa.mem. Benedicti XIV. fub datum 14. Decembris 1742. Pofterius exemplum eft in Caufa *Policaftren. Parochialis* , in qua cum fuiffet ab Epifcopo Concurfus expletus *fine fcriptis*, hinc *fub die* 28. *Augufti* 1745. quatuor in hac Sacra Congregatione propofita fuere Dubia I. *An conftet dè nullitate Concurfus Ecclefiæ Parochialis Lacus liberi in cafu &c.* , *& quatenus affirmative* . II. *An fupplicatio Sacerdotis de Gallottis fit relaxanda , feu potius fit locus fanationi ? Et quatenus negative ad primam* . III. *An conftet de mala relatione Examinatorum in cafu &c.* , *& quatenus affirmative* . IV. *An*

fit

sit locus provocationi Sacerdotis Turturella ad novum examen. = quibus sub *die* 18. *subsequentis mensis Septembris ejusdem anni* 1745. responsum fuit = *Ad* I., *&* II. *esse locum sanationi ad Cauthelam*, *&* *ad mentem*. *In reliquis satis provisum*.

Itemque sustinet Canonicus Giacobbi, satis esse, quod Laurea Doctoralis, ut menti Sacri Concilii Tridentini *Sess.*24. *cap.* 8. *de Reform.* satisfactum sit, assumatur intra annum à die collationis Canonicatus, ut præscriptum habetur in antedicta Constitutione *Pastoralis* sa. mem. Benedicti XIII., fuitque definitum ab hac Sacra Congregatione *in Cajacen. Præbendæ Theologalis die* 14. *Januarii* 1764., in qua proposito Dubio = *An Literæ Apostolicæ sint exequendæ in casu &c.* = responsum datum fuit = *Affirmativè*, *assumpta intra annum Laurea Doctorali in Sacra Theologia*, *& amplius* = quemadmodum ab hac Sacra Congregatione *sub die* 19. *Augusti* 1775. concessus eidem Canonico fuit terminus unius anni tantùm ad assequendam Lauream Doctoralem, quam reapsè intra dictum terminum ab eo susceptam fuisse probatur.

Quod autem pertinet ad novum examen à Matra petitum, ponderandum est, illius actionem non competere adversus Concursum, quatenùs iste, non servata methodo præscripta in Apostolicis Constitutionibus, expletus fuisset, sed dari dumtaxàt, si provocatio ad novum examen exhiberetnr ob illatum gravamen ex irrationabili judicio Episcopi, vel ex mala Examinatorum relatione, ut appositè firmavit *Rota in Monopolitana Præbendæ Theologalis* 27. *Junii* 1755. *§*.7., *&* 8., *&* 5. *Decembris ejusdem anni* *§*.13. *cor. Stadion.*

Sacra Congregatio in terminis interpositæ Appellationis à mala relatione Examinatorum, & ab irrationabili judicio Episcopi novum examen pluries negavit, ut præceteris *in Nucerina Parochialis* 2. *Octobris* 1721., *& in Casertana Concursus* 14. *Januarii* 1730., & quandoque etiam admisit novum Concursum instituendum tamen coram Metropolitanó, *ut in Isclana Parochialis* 1. *Aprilis* 1719., *in Larinen. Concursus* 2. *Septembris* 1758., *& in Urbanien. Præbendæ Theologalis* 23. *Junii* 1764.

Plura alia advertenda, & notatu digna continentur in Scripturis ab utraque Parte circumferendis, quæ prætermittimus, ne longiores simus, quæque in eis legi possunt. Quid de iis sit existimandum, quid censendum sit, quid-

ve respondendum, EE. PP. ea, qua ornantur diligentia, doctrina, & prudentia, viderint, ac decernant.

An substineatur collatio Canonicatus Pænitentiarii in personam Canonici Jacobbi, seu potius sit locus novo examini in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

ROMANA ALIMENTORUM. Hujus Causæ species habetur *in Folio Congregationis* habitæ *die* 8. *Augusti* 1767., quod in lucem Hominum editum fuit *Vol. XXXVI. Thesaur. Resol. Sacr. Congregationis pag.* 145. Tunc Julius de Rubeis duos habens filios, unam fæminam *Annam* natu majorem, alterumque Masculum *Ludovicum* in infantili ætate constitutum, postulavit, ut ex medietate reddituum pii Relicti à Paulo Paganini Ven. Archiconfraternitati SSmæ Annunciationis de Urbe cum lege eos erogandi in tot Subsidiis dotalibus pro incertis pauperibus Puellis ad nominationem Hæredum, & Successorum Magdalenæ Paganini Proneptis dicti Pauli, & Theodosii de Rubeis Magdalenæ Viri, quos inter Successores est præfatus Julius, assignarentur Annæ filiæ Dos, & alimenta, Causaque ea die proposita sub titulo *Romana Subsidiorum dotalium*, gemina disceptata fuerunt Dubia = I. *An*, *& in qua summa*, *& à quo tempore sint præstanda alimenta in casu &c.* II. *An*, *& in qua summa sint constituendæ Dotes in casu &c.*, quibus *die* 29. *ejusdem mensis Augusti* respondit Sacrum hoc Tribunal = *Ad* I. *Affirmative à die petitionis in mensualibus scutis quinque*; *Ad* II. *Affirmative juxta votum Emi Protectoris* =, quod fuerat, ut pro dote Annæ in casu Matrimonii traderentur scuta 700., in casu verò Monachationis scuta 745., ut palam fit ex *cit. Vol. XXXVI. pag.* 157., cui resolutioni successit illius confirmatio *sub die* 26. *Martii* 1768., mediante Rescripto *In Decisis*, *& amplius*, ut habetur *ex Vol. XXXVII. Thesaur. Resol. Sacr. Congreg. pag.* 73., *& seqq.*

Idem jus detrahendi alimenta e medietate pii Relicti Paganini proposuit Julius etiam pro Ludovico filio suo Masculo tunc annorum undecim causa Studiorum; hinc sub *die* 12. *Mar-*

Martii 1774. disceptata fuit in hac Sacra Congregatione Causa *Romana Alimentorum* binis composita Dubiis I. *An sit locus præstationi alimentorum causa Studiorum ex redditibus Legati pii bo. me. Pauli Paganini in casu &c.*, *&* *quatenus affirmative* = II. *An, & in qua summa*, *& à quo tempore sint eadem alimenta præstanda in casu &c.* = veluti monstrat *Vol. XLIII. Thesaur. Resol. Sacr. Congreg. pag.* 48., eadem Sacra Congregatio sub die 23. *Aprilis dicti anni* 1774. responsum dedit = *Ad* I. *Negativè*, *& amplius*, *Ad* II. *Provisum in primo* = ut in eodem *Vol. XLIII. Thesaur. Resol. Sacr. Congreg. pag.*59.

Haud contentus Julius supplex adivit *SANCTISSIMUM DOMINUM NOSTRUM fæliciter Regnantem* nomine *Mariæ*, & *Victoriæ* suarum filiarum per ipsum susceptarum post editam resolutionem favore dictæ Annæ alterius filiæ suæ, quarum prima modò est in ætate *annorum decem*, alteraque annorum *sex*, ut exemplo ejusdem Annæ istius quoque Sororibus Mariæ, & Victoriæ assignentur alimenta in aliis mensualibus scutis quinque pro qualibet.

Delegatis precibus ad hanc Sacram Congregationem, auditus fuit Emus Card. Ven. Archiconfraternitatis SSmæ Annunciationis Protector, qui fuit in voto reiiciendi petitionem Julii, quia medietas reddituum Legati Paganini, ad quam tantùm jus nominandi Puellas dotandas habent Successores Magdalenæ Paganini de Rubeis ferè absorbetur ab alimentis, & Livellis, qui anno quolibet præstantur ejusdem Magdalenæ Successoribus, ita ut ex dicta reddituum medietate nulla alia superfit summa, nisi scut. 84.; Subditque = *clarum hinc est, quod non remanent tot fructus, quot forent necessarii pro efflagitata Alimentorum præstatione in annuis scutis* 120., *quodque superius dicti residuales fructus in annuis scutis* 84. *sunt anno quolibet deponendi*, *& investimento dandi supplendi gratia præstationi assignatorum Subsidiorum Filiabus ipsius Julii Oratoris*.

Hoc tamen non obstante, sæpedictus Julius, perinde ac si jam obtinuisset alimentorum præstationem pro filiabus suis, modò disputat pro illorum detractione ex reddituum medietate in dotes eroganda ad nominationem ipsius, aliorumque Familiæ de Rubeis, ea adducta ratione, quia ipse Patronus est, & Patrono pauperi debentur alimenta super fructibus Bonorum Patronatui subje-

bjectorum, in quibus adest originaria alendi obligatio ad *Text. in cap. Nobis* 25. *de Jurepatr.*, *Piton. de Controv. Patron. alleg.* 44. *num.*47., *Amostaz. de Cauf. piis lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 39., *&* *Rot. decis.* 8. *num.*1. *de Aliment. coram Falconer.*, iisque deficientibus, urget pro alimentorum detractione ex altera reddituum medietate, quæ in tot Subsidiis dotalibus erogatur ad nominationem antedictæ Archiconfraternitatis ex verosimili, & conjecturata voluntate Pauli Paganini *Ascendentis* Julii, totiusque Familiæ de Rubeis potius alendi suos Descendentes, quàm dotandi Puellas incertas *Surd. de Alimentis tit.* 1. *quæst.*54., *Amostaz. de Causis piis lib.* 4. *cap.*10.*num.*40., *&* *Rot. cor. Ratto dec.*179. *num.*23.

Contendit e contra Archiconfraternitas, petitionem alimentorum à Julio promotam sapere commutationem voluntatis Pauli Paganini ad Dotes directæ, eamque proinde non esse commutandam pluries definivit Sacra Congregatio, & præsertim *in Taurinen. Commutationis voluntatis* 20. *Decembris* 1732., & ferè in terminis *in Florentina Commutationis ultimæ voluntatis* 15. *Februarii*, *&* 18. *Martii* 1747., eumdemque Julium, quatenus jus haberet ad alimenta, ea detrahere non posse ex redditibus Relicti Paganini. Non quidem super illorum medietate ad Familiam de Rubeis pertinente pro nominandis dotandis Puellis, quia hæc medietas ex Pontificiis concessionibus, & ex Decretis hujus Sacræ Congregationis absorpta est ab aliis alimentis, Livellis, Dotibusque præstandis: Nec pariter super altera reddituum medietate, quæ in dotes erogatur ad nominationem Archiconfraternitatis cessionariæ, & assignatariæ Pauli Paganini, assignatione, & cessione per eum facta per Contractum inter vivos, quia Julius super hac reddituum medietate nec Patronus est, nec ullum valet Juspatronatum exercere.

Rursus urget Archiconfraternitas, non esse locum conjecturis super hac altera reddituum medietate, neque ex similibus esse capienda exempla, ubi pro libertate mens, & voluntas Pauli Paganini cedentis apertissima est *Cap. ultima voluntas* 13. *quæst.* 2. *§. Disponat Auth. de Nuptiis*, *&* *in Leg. si quis hæredum de Instit.*, *&* *Substit.*, *Bald. in Leg. unum ex Familia §. Si duobus de Legat.*2.; Fortius quia Paulus cedens non est Ascendens totius Familiæ de Rubeis, ut supponit, nec probat Julius, sed est *Transversalis*, cujus Patrimonium nec ad dotes, nec

ad

ad alimenta favore Collateralium subiicitur *Rot. in recen. decis.* 204. *num.*8., *& 9. part.*14., *& decis.* 317. *num.*21., *&* 23. *part.*17., *& coram Falconer. de Miscellan. dec.*51. *sub num.* 1. *vers. vice autem versa in fine*, Sacr. Congreg. *in Romana Subsidii Dotalis* 12., *&* 26. *Martii* 1746., *& in Romana, seù Sabinen. Alimentorum* proposita *die* 14. *Maii*, & resoluta *die* 4. *Junii* 1763., in qua proposito Dubio = *An, & quorum favore sit locus assignationi Alimentorum, & in qua summa in casu &c.* = responsum fuit= *Negative, & amplius*.

Duo in Causa sunt præcipuè ponderanda. Primum, quod Hortentia Dominica, & Constantia Sorores de Rubeis Julii Amitæ habuerunt Alimentorum titulo super medietate redditituum ad nominationem Familiæ de Rubeis in Dotes erogandorum mensualia tàntum scuta tria pro qualibet; Similiter alimenta in eadem summa taxata fuerunt pro Gertrude Julii Sorore: Itemque quatuor filiæ dictæ Gertrudis, & Julii Neptes, & respectivè amitinæ Mariæ, & Victoriæ dicti Julii filiarum, pro quibus Pater postulat mensualia scuta quinque pro unaquaque earum, exigunt menstrua tàntum scuta duo, & obul. 50. pro qualibet. Et alterum, quòd Julius in precibus Summo Pontifici porrectis expressit, Annam filiam suam, cui ex Decreto Sacræ Congregationis assignata fuerant alimenta in mensualibus scutis quinque, jam monasticum habitum assumpsisse in Monasterio S. Bernardi Civitatis Narniensis, ideoque hujusmodi assignamentum, quod adhuc solvitur ab Archiconfraternitate, vacare deberet. Unum Causæ Caput est.

An deficientibus fructibus medietatis Capitalis pii Relicti Paganini, qui distribuuntur in tot Subsidia Dotalia ab hæredibus quondam Magdalenæ Paganini, & Theodosii de Rubeis, præstanda sint Alimenta ex fructibus alterius medietatis dicti Capitalis, qui distribuuntur in alia Subsidia Dotalia à Ven. Archiconfraternitate SSmæ Annunciatæ Urbis, in qua summa, & à quo tempore in casu &c.

FA-

Seff. 22. cap. 6. de Reform.

FABRIANEN. SUBSIDIORUM DOTALIUM. Hæc etiam Caufa eft adverfus Ven. Archiconfraternitatem Sanctiffimæ Annunciationis Urbis. Anno 1619. cl. me. Cardinalis Benedictus Giuftiniani Legati jure reliquit eidem Archiconfraternitati fcuta quinquaginta millia cum lege ea inveftiendi, ut ex ejus fructibus nonnulla pia opera implerentur, refiduum verò erogaretur in dotandis = *tante Zitelle povere, e fe fono nobili tanto più, che poffino monacarfi, dandoli* 200. *fcudi per una per monacarfi ò in Roma, ò fuori di Roma &c. tutte fiano elette dalla Congregazione delli Signori dell' Annunziata, CONFORME AL LORO STILE.*

Huic difpofitioni acceffit altera Marchionis Vincentii Giuftiniani ejufdem Cardinalis germani fratris, qui in augumentum fraternæ piæ difpofitionis in ultimo fuo Teftamento condito anno 1631. mandavit, ut quotannis ab ejus hærede folverentur antedictæ Archiconfraternitati fcuta 250. fimiliter ad effectum inveftiendi, fructufque erogandi in dotandis Puellis in Domino nubentibus.

Jofeph Poffenti Fabrianenfis in Uxorem habens Mariam Giuftiniani, trefque ex fuo Conjugio natas filias fæminas fupplex adivit *SANCTISSIMUM DOMINUM NOSTRUM* pro gratia congruam conftituendi dotem filiabus fuis fuper Subfidiis dotalibus *Giuftiniani*, quæ Puellis diftribuuntur anno quolibet ab Archiconfraternitatibus Sanctiffimæ Annunciationis, & Sanctiffimi Rofarii Urbis. Precibufque ablegatis ad hanc Sacram Congregationem, auditus de more fuit Emus D. Cardinalis Protector primodictæ Archiconfraternitatis, qui fententiam fuam dixit inftantiæ à Poffenti factæ pro fuis filiabus omninò contrariam ex rationibus expreffis in ejus voto *ab utraque Parte circumferendo*, fubditque = *Hæc, quæ dixi de Archiconfraternitate SSmæ Annunciationis communia funt alteri Archiconfraternitati SSmi Rofarii.*

Suorum jurium experimentum nunc facit Poffenti, poftulatque non jure actionis, fed ex quadam æquitate, feu ex præfumpta Fundatorum affectione erga fuos Confanguineos Subfidiorum dotalium cumulum pro tribus ejus filiabus, quæ tamquam filiæ Mariæ de Gente Juftinianæa ex fanguine Fundatorum funt, & ex eorum Familia procedunt, ideoque præferendæ Puellis extraneis, & incertis, quarum præjudicium ut potè remotum, accidentale, & de futuro non attenditur ex firmatis per *Rot.* *coram*

*coram Celso decis.*395. *num.*3., *coram Ansald. decis.*182. *num.*22., *& in recen. decis.*159. *num.*9. *part.*6., authumatque petitum Subsidiorum dotalium cumulum filiabus suis competere in scutis mille, & biscentum pro qualibet, ut habuit earum Mater, & Matertera, spectatis præsertim circumstantiis nobilitatis natalium, numerosæ Prolis, & tenuitatis Patrimonii propriæ Domus *Card. de Luc. de Dote disc.*100. *num.*5., *& in adnot. ad Concil. Trident. disc.*21. *num.*7,, *Rot. penes Constant. vot. decis.*298. *tom.*2., & Sacr.Congreg. *in Romana Subsidiorum Dotalium 6. Decembris* 1738.

Contra hæc urget Archiconfraternitas SSmæ Annunciationis, contenditque, ex testimonio Parochi, & Magistratus Fabrianensis non probari descendentiam, vel Consanguinitatem Mariæ Giustiniani Uxoris dicti Possenti cum FundatoribusSubsidiorum dotalium,cum quamplurimæ sint istius Cognominis Familiæ Chienses, & Januenses, proindeque descendentiam à dictis Fundatoribus probandam esse fidibus Matrimoniorum, & Baptismatis, ut agnoscatur quo in gradu filiæ Possenti sint cum Fundatoribus conjunctæ, aliter, deficiente voluntate Fundatorum præferendi suas Consanguineas, dotatio ex ordinata charitate, & ex naturali affectione procederet in infinitum contra sententiam hujus SacræCongregationis relegendam *in Causa Romana Subsidiorum Dotalium* data *in Folio postremæ Congregationis diei* 15. *nuper elapsi mensis Martii*.

Dotationem verò factam Mariæ Giustiniani Uxoris sæpedicti Possenti, illiusque Sororis non processisse ex debito justitiæ vel propter præsumptam voluntatem Fundatorum, vel propter naturalem eorum affectionem erga descendentes de ipsorum Familia, sed *ex gratia à SUPREMO PRINCIPE* impetrata, quę allegari non potest, ut descendentia, vel Consanguinitas probata remaneat.

Quinimo quatenùs à Possenti, vel ab ejus Uxore probaretur objecta Consanguinitas, nihilominus tuetur Archiconfraternitas, Oratoris filias incapaces esse ad ea consequenda, quæ postulantur, Subsidia dotalia, *Primò*, quia SubsidiorumDotalium qualitas ex lege Fundatorum est pro dotandis Puellis in Domino, non in sæculo nubentibus; Et *secundò*, quia Fundatores reliquerunt Dotes conferendas à Deputatis dictæ Archiconfraternitatis *conforme al loro stile*. Stylus autem, & Sta-

Statuta hujus Archiconfraternitatis expreſsè jubent, ut dotentur Puellæ *pauperes*, non paupertate reſpectiva, ſed *egenæ*, & *miſerabiles*, & *in Urbe natæ*, non illæ, quæ in aliis Civitatibus ortum habuerunt, uti Fabrianenſes ſunt filiæ Joſephi Poſſenti, qui pro dotandis filiabus ſuis = *è proviſto di un ſufficiente Patrimonio venutogli da' ſuoi Maggiori* = ſicuti Dotium cumulus pro Puellis nec Romanis, nec verè pauperibus negatus fuit à Sacra Congregatione *in Romana*, *ſeu Sabinen. Subſidiorum Dotalium*, propoſita *die* 20. *Decembris* 1766., & reſoluta *die* 14. *Februarii* 1767., cujus rationes, quæ eædem ſunt, congruuntque præſenti Cauſæ, legi poſſunt *in illius Folio* diſtributo dicta *die* 20. *Decembris* 1766.

Quibus maturè perpenſis, dignabuntur EE.VV. ea, qua pollent, Sapientia decernere.

An, & in qua ſumma ſint aſſignandæ Dotes pro tribus Filiabus Joſephi Poſſenti, & Mariæ Juſtiniani in caſu &c.

Die

Die Sabbathi 10. Maii 1777. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

IN postrema Congregatione habita die 19. nuper elapsi mensis Aprilis nulla prodiit Resolutio quoad quatuor inferius descriptas Causas, ideoque, resumpto dictæ Congregationis Folio, dignabuntur EE. VV. decernere.

FANEN. REDUCTIONIS ONERUM, in qua disputatur. *Sess. 25. cap. 5. de Reform.*

An sit locus reintegrationi Censuum, seu potius reductioni onerum, in casu &c.

Dilata, & ad mentem.

ALERIEN. CANONICATUS PÆNITENTIARII, cujus Dubium est. *Sess. 24. cap. 8. & cap. 18. de Reform.*

An substineatur collatio Canonicatus Pœnitentiarii in personam Canonici Jacobbì, seu potius sit locus novo examini in casu &c.

Affirmativè ad primam partem, negativè ad secundam, & amplius.

ROMANA ALIMENTORUM, in qua quæritur. *Sess. 22. cap. 6. de Reform.*

An, deficientibus fructibus medietatis Capitalis pii Relicti Paganini, qui distribuuntur in tot subsidia dotalia ab hæredibus quondam Magdalenæ Paganini, & Theodosii de Rubeis, præstanda sint Alimenta ex fructibus alternis me-

medietatis dicti Capitalis, qui distribuuntur in alia subsidia dotalia à Ven. Archiconfraternitate Sanctissimæ Annunciatæ Urbis, in qua summa, & à quo tempore in casu &c.

Negativè, & amplius.

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

CAMERINEN, ET FABRIANEN. SUBSIDIORUM DOTALIUM, cujus Dubium est.

An, & in qua summa sint assignandæ Dotes pro tribus Filiabus Josephi Possenti, & Mariæ Justiniani in casu &c.

Negativè, & amplius.

Sess. 24. cap. 14. de Reform.

LEODIEN. Quæ facti erant, & quæ Juris rationes proponebantur in hac Causa tàm à Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ S. Pauli Leodii, quàm à Sacerdote Carolo Theodoro Diffuii ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ Canonico latè colligimus in Folio Congregationis habitæ die 2. Decembris 1775., nec placuit Amplissimis Patribus in posteriori Congregatione diei 20. Januarii 1776. Controversiam definire, dilata Causæ resolutione, mediante Rescripto = *Iterum proponatur* = nunc autem, repetita lectione illius Folii *diei* 2. *Decembris* 1775., sècundum ea, quæ ab utraque Parte latè exponuntur, decernendum erit.

I. *An Statutum, seu Decretum Capitulare diei* 21. *Januarii* 1728. *sustineatur in casu &c.*

II. *An Canonico Carolo Theodoro de Diffuii debeatur portio fructuum provenien. ex Vino Vinearum locatarum, seu, ut ajunt, Stutorum, & ex venditione Arborum, Lignorum, & Glandium pro duobus annis primæ residentiæ in casu &c.*

Negativè ad primam partem, affirmative ad secundam.

UR-

URBINATEN., SEU ARIMINEN. Hujus Causæ specimen, instantibus Nicolao Patruo, & Mariano Nepote de Alexandris, expositum fuit in Folio Congregationis diei 11. Junii 1774., à quo repeti potest. In eo enim disceptatum fuit Dubium = *An, & quomodo Oratorum precibus sit annuendum in casu &c.* =, cui Sacra Congregatio in sequenti Congregatione diei 9. Julii ejusdem anni = respondit = *Consulendum Sanctissimo pro applicatione annuorum scutorum* 18. *detrahen. ex subsidiis dotalibus favore Nicolai tantùm, in reliquis negative.* *Sess.* 22. *cap.*6. *de Reform.*

A comparticipatione Legati pro Pauperibus relicti à Marco Aurelio Gisgoni sic rejectus Marianus ex defectu paupertatis resolutioni non acquievit, iteratasque preces porrexit *SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO fœliciter Regnanti* postulans, ut ipse quoque tamquam pauper ad ejusdem Legati comparticipationem admitteretur; Ablegatisque precibus ad hanc Sacram Congregationem, fuit iterùm auditus Ariminensis Antistes, qui sensum suum aperuit petitioni contrarium.

Sua jura deducit Marianus, contenditque, ipsum quoque de Legato, quod Testator Pauperibus reliquerat, adjecta prælatione illorum *della Casa se ve ne saranno*, participare debere, ut de eo particeps fuit Nicolaus Patruus. Sustinet enim, prælationem à Testatore volitam favore pauperum de Domo de se etiam loqui, licèt per lineam transversalem à Testatore descendat, quia Transversales omnes in dicta prælatione compræhensos esse declaratum fuerat in Chirographo sa. mem. Clementis XIV., probatque simul, se extrema laborare paupertate, quamvis Domum, Prædiumque possideat, quia istorum Bonorum valor ab ære alieno, quo premitur, penitus absorbetur: Sonitus verò Lyræ, ex quo lucrum capit, impossibile sit, quòd necessaria subministrare possit alimenta pro se, pro Matre, geminisque Sororibus, quæ in provecta ætate constitutæ sunt.

Quibus perpensis, dignabuntur EE. VV., resumpto Folio supradictæ Congregationis *diei* 11. *Junii* 1774., definire.

An sit standum, vel recedendum à decisis quoad Marianum Alexandri in casu &c.

VI-

Seff. 21. *cap.* 3. *& feff.* 24. *cap.* 15. *de Reform.*

VICO-EQUENSIS VISITATIONIS SACRORUM LIMINUM. Epifcopus Vico-Equenfis in prima fua relatione de Statu Ecclefiæ ad tramites Xiftinæ Conftitutionis = *Romanus Pontifex* =, & inftructionis ab hac Sacra Congregatione editæ juffu fa.mem. Benedicti XIII., expofuit, ob defectum Maffæ Diftributionum haud parum in Cathedrali Ecclefia negligi Chori fervitium à Capitularibus præftandum. Huic autem malo cum occurri non poffit ordinariis Sacri Concilii Tridentini remediis, nimirum fuppreffione Præbendarum, quæ tenuiffimæ funt, fivé Beneficiorum fuæ Diæcefis unione, quæ aut non fufficiunt, aut in graviorem caufam cedere debent, cenfuit proinde, fupplicandum effe Sanctiffimo, ut Beneficia alterius Diæcefis unirentur pro fufficienti Diftributionum Maffa conftituenda. Verùm Sacra Congregatio pleniorem ab Epifcopo circa hujufmodi poftulatum petiit informationem, quam valde accuratam follicitè tranfmifit una cum ftatu activo, & paffivo cujuslibet Canonicatus, & typis à Capitulo una cum fuis juribus impreffam.

In hac retulit Epifcopus, olim Capitulum ex binis Dignitatibus, & octo Canonicatibus liberæ collationis conftitutum fuiffe, quorum omnium redditus omnino tenues, & exigui funt. Poftea verò adjunctas fuiffe alias quinque Dignitates, & fex alios Canonicatus jurifpatronatus diverfarum Familiarum. Hifce autem Dignitatibus vel nullam, vel modicam adnexam effe Præbendam, folumque onus ineffe affiftendi Epifcopo Pontificalia celebrandi: Aliis verò fex Canonicatibus æqué tenuiffimum redditum affignatum fuiffe; Neceffitatem ideo urgere, ut huic adeo gravi inopiæ occurratur, præfertim pro conflanda Maffa Diftributionum, ut inde fervitium Chori frequentetur: Porrò occurri non poffe retulit vel aliquorum ex eifdem Beneficiatis, & Dignitatibus facienda fuppreffione, cum nonnifi tenuiffimum ex ea compendium haberi poffet penitus impar ad congruas parandas Diftributiones, vel Beneficiorum Diæcefis unione, cum dempto altero fub invocatione S. Andreæ jam ufque de Anno 1725. unito Præbendæ Theologali, vix alia quatuor fuperfint in totum annui redditus ducatorum 71. perneceffe unienda Seminario pro iftius manutentione, & confervatione. Concluditque, opus effe confugiendi ad extraordinarium remedium unius, vel alterius Beneficii exteræ Diæcefis, ut Maffa diftributionum haberi queat.

Epi-

Episcopi voto, & informationi famulatur Capitulum ex Juribus circumferendis. Inquit enim Juri consonum esse, quòd favore Divini cultus multa fieri permittantur, quæ aliàs fieri non permitterentur ad *Text. in cap.2. de Apostat.*, *& cap.1. de Fil. Presbyt.*: Deficientibus ideo ordinariis Sacri Concilii remediis, necessarium esse, ut extraordinarium sistens in Beneficiorum exteræ Diœcesis unione concedatur; Idque pluribus exemplis tum extra, tum intra Neapolitanam Ditionem confirmat. Addit demum remedium applicandi ex nunc pro tunc, & quando vacare contigerit vel per modum unionis, vel per viam reservationis perpetuæ pensionis, Bona annui redditus Ducatorum Regni 287. spectantia ad Granciam, seu Cappellam ibidem erectam sub titulo Divi Jacobi ad Crapollam, quæ tamen unita est, vel dependens ab Abbatia sub titulo S. Petri ad Crapollam existente in contermina Surrentina Diœcesi.

De necessitate instituendi Massam Distributionum expressa Lex est Tridentini Concilii *in cap.3. sess.21. de Reform.* = *Statuit Sancta Synodus in Ecclesiis tam Cathedralibus, quàm Collegiatis, in quibus nullæ sunt Distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum quorumcumque proventuum, & obventionum tàm Dignitatum, quàm Canonicatuum, Personatuum, Portionum, & Officiorum separari debere, & in Distributiones quotidianas converti* = Prævidens autem Sancta Synodus, quòd adeo tenues forent Præbendæ redditus, ut inde congruæ Distributiones haberi non possent, statuit *in sess.24. cap.15. de Reformat.* = *In Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, ubi frequentes, adeoque tenues sunt Præbendæ simul cum Distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti Canonicorum gradui pro Loci, & Personarum qualitate non sufficiant, liceat Episcopis cum consensu Capituli vel aliquot simplicia Beneficia, non tamen regularia iis unire, vel si hac ratione provideri non possit, aliquibus ex iis suppressis cum Patronorum consensu, si de Jurepatronatus Laicorum sint, quorum fructus, & proventus reliquarum Præbendarum Distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere; ita tamen, ut tot supersint, quæ Divino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commodè valeant respondere.*

Duo itaque sunt ordinaria remedia à Sacro Concilio inducta, alterum suppressionis alicujus ex Dignitatibus, vel Ca-

Canonicatibus, alterum verò unionis Beneficiorum Diœcesis. Hæc sanè remedia prius discutienda sunt, antequam procedatur ad extraordinaria. Perpendendum hinc est, an alterutrum ex ordinariis præstò esse possit. Sanè binæ sunt antiquæ Dignitates, & sex Canonicatus liberæ collationis, sed adeo tenuis redditus, ut nihil auxilii sperari possit. Aliæ verò Dignitates, & Canonicatus sunt Jurispatronatus Laicorum, ita ut juxta Concilii legem, absque Patronorum consensu supprimi nequeant, quin imo ob inopiam, & tenuitatem reddituum etiam impares sunt ad congruas parandas Distributiones.

Quærendum ideo superest de unione Beneficiorum Diæcesis. Quatuor hæc remanent in totum annui redditus Ducatorum 71.. Tria tamen notanda sunt: Primum, an menti Sacri Concilii consonum sit omnia unire, dum permisit dumtaxat aliquorum unionem: Secundum, an ex hac unione haberi possint congruæ Distributiones pro omnibus Capitularibus, vel saltem pro iis, qui sunt liberæ collationis: Tertium demum, an potius expediat ea unire Seminario, cujus redditus jam ascendunt ad annua Ducata tercentum, & cui occurri potest aliis remediis à Sacro Concilio præscriptis in *sess.*25.*cap.*18.*de Reform.*, & in Constitutione *san.mem.Benedicti XIII.*, quæ incipit *Creditæ nobis*.

Deficientibus verò Conciliaribus remediis pro Distributionibus constituendis, præ oculis habenda est Conciliaris sanctio *in sess.*14. *cap.* 9. *de Reformat.* = *Beneficia unius Diæcesis etiamsi Parochiales Ecclesiæ, Vicariæ perpetuæ, aut simplicia Beneficia, seu præstimonia, aut præstimoniales portiones fuerint etiam ratione augendi cultum Divinum, aut numerum Beneficiatorum, aut alia quacumque de causa, alterius Diæcesis Beneficio, aut Monasterio, seu Collegio, vel Loco etiam pio perpetuo non uniantur*.

His igitur stantibus, onus erit EE. VV. decernere

An, & quomodo consulendum sit Distributionibus in casu &c.

CA-

CAPUTAQUEN. Postquam Causa hæc proposita fuerat in Congregatione habita *die* 13. *Julii superioris anni* 1776., Dubioque, quod erat = *An, & in quo numero Missæ sint annuatim celebrandæ in casu &c.* = Sacra Congregatio in subsequenti Congregatione *diei* 17. *Augusti* dederat responsum = *Dilata, & scribatur Episcopo pro firmatione Status relativè ad unumquodque Legatum, & referat de fructibus Bonorum unicuique ex dictis Legatis assignatorum, facto calculo per decennium* = eadem Causa cum accurata Episcopi relatione iterum data fuit *in Folio Congregationis diei* 1. *Martii proximè præteriti*: Ast in sequenti Congregatione habita *die* 15. *ejusdem mensis Martii* à Folio sine resolutione discessit, edito Rescripto = *Dilata, & ad mentem* =, quæ fuit, ut denuò scriberetur Episcopo, qui referret, quæ, & quanta sit Missarum eleemosyna manualis juxta morem Regionis, nec non quæ, & quantæ sint expensæ pro manutentione Cappellarum, pro Utensilibus, & pro sumptu, & pro cultura Bonorum ad Cappellas pertinentium. *Sess*. 25. *cap*. 4. *de Reform.*

Petitionibus respondet Episcopus, qui refert sequentibus verbis = *Missæ manuales juxta morem Regionis quotidie explentur eleemosyna tributa vel tareni, vel saltem assium quindecim hujus monetæ. Quoad cæteras, quæ erogantur impensas, Extraordinariarum non habita ratione, ex quo annuatim non occurrunt, prout sunt Altarium, sive Cappellarum restauratio, aliorumque ornamentorum provisio, quoad ordinarias pertinet, eas prout sequitur, commodum est redigere.*

Pro Oleo, quod annuatim consumitur pro duabus Lampadibus diu, noctuque in utraque Cappella accensis erogantur anno quolibet Ducata 12. = *Pro salario, sive mercede Sacristæ, cui est onus Lampadum prædictarum, ac abstergendi Cappellas ab immunditiis, ac tergendi tobaleas, linteola, aliaque, annuatim penduntur Ducata* 3. = *Pro Thure, Candelis, ac pulvere in Festivitatibus Titularis quotannis solvuntur Ducata* 2.40.

Item = *Pro custodia frugum, glandium, & castanearum ad Cappellas pertinentium ad vitanda damna, & pro adpretio quotannis Ducata* 3.50. = *Pro submissione novarum Plantarum, sive Arborum in locum demortuarum, ac arescentium saltem anno quolibet Ducata* 2.50. = ac demùm = *Pro annua refactione Supellectilium celebrationi addictorum, & Tectorum Cappellæ præcipuè extra Ecclesiam,*

quæ magis subjacet ventorum tempestatibus tamquam altiori loco exposita annuatim Ducata 3. = & sic = *in totum Ducata* 26. 40.

Nunc Causa pro tertia vice subjicitur sapientissimo judicio Eminentissimorum Patrum, quibus grave non erit *præterita Folia* iterum consulere, ut originarium Dubium expediant.

An, & in quo numero Missæ sint annuatim celebrandæ in casu &c.

Sess. 24. *cap.* 3. *de Reform.*

SENOGALLIEN. PROCURATIONIS. In Terra *di Belvedere* Diæcesis Senogalliensis adest Collegiata Ecclesia S. Mariæ Misericordiæ in Solo Lateranensi fundata. Anno 1774. Vicarius Lateranensis publico Edicto Visitationem indixit cum receptione Procurationis; Capitulum verò dictæ Ecclesiæ penes acta protestationem emisit = *di non volere somministrare detti Vittuali, Cibarie, e Procurazioni in maniera alcuna* = quoniam *intendono di far valere, e vogliono, che vaglia l'ultimo Stato dell'ultima Visita fatta dalla bon.mem. del Rmo Signor Abbate Conte Gherardi di Montalboddo altro Vicario Lateranense* = ac demum = *Dichiarandosi ancora di ricorso alla Sagra Congregazione del Concilio, qualora &c.* =, decretumque tulit antedictus Vicarius Lateranensis, quo reservatis juribus in hac protestatione contentis, mandavit, Visitationem fieri, prævia *pro interim* subministratione Victualium, seu Procurationum, pro quibus exegit scuta quatuor à Capitulo, & alia scuta quatuor, & obulos 30. à Societate S. Mariæ Misericordiarum ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ Patrona.

Nunc Capitulum sua jura deducit in hac Sacra Congregatione, *duoque* postulat; *primum*, ut declaretur, an Procuratio debeatur Vicario Lateranensi visitanti, & *secundum*, an idem Vicarius Lateranensis restituere teneatur quod in postrema Visitatione titulo Procurationum accepit.

Sustinet enim Capitulum, Procurationem nequaquam deberi, tum quia Lateranensi Capitulo quotannis solvitur in recognitionem directi dominii summa scutorum trium, & obulorum 30., tum etiam quia usque ab immemorabili tempore Vicario Lateranensi visitanti numquam fuit à

Ca-

Capitulo Procuratio soluta. Hanc autem immemorabilem consuetudinem probare conatur Capitulum nedum suis Codicibus ineuntis Sæculi tempus complectentibus, sed etiam jurata depositione antiquorum Canonicorum deponentium ex auditu quoque ab eorum Majoribus, controversam Procurationem numquam solutam fuisse; Concluditque, immemorabilem hanc non solvendi Procurationem consuetudinem, dummodo non exhibeatur contra Episcopum, esse religiosè observandam tum ex præscripto à Sacrosancta Tridentina Synodo in *sess*,24.*cap*.3. *de Reform*. ibi = *In iis verò locis, seu Provinciis, ubi consuetudo est, ut nec Victualia, nec pecunia, nec quidquam aliud à Visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant, ibi id observetur* = tum ex *Text. in cap. Exigit de Censib. in* 6., tum demum ex Doctorum sententia, de qua *Fagnan. in cap. Venerabili de Censib.num*.24.,*Barbos.de offic., & potest.Episc. part*.3.*alleg*.73.*num*.46.,*& Gratian.discept. foren. cap*.57. *num*.19.

Progreditur ultra Capitulum, quòd etiamsì Vicarius Lateranensis jus haberet exigendi Procurationem, eam tamen exigere non possit, nisi pro summa juliorum quindecim. nimirum pro medietate scutorum trium, quæ percipit Episcopus in causam Procurationis, ex traditis per *Nicol. in Floscul. verb. visitatio limit*. 9. *num*. 10., *Monacell. formul. legal. tom*. 3.*part*.3. *tit*.2. *formul*.4., *& in supplem. ad* 3. *tom. tit*.2. *formul*. 4. *num*. 79., & Sacra Congregatio *in Ostunen. Procurationis, & Residentiæ diei* 7. *Julii* 1708., in qua proposito quinto Dubio = *An Procurationes spectent ad Vicarium Capitularem* = responsum fuit = *Ad V. Affirmative pro medietate*.

Igitur cum Vicarius Lateranensis causa Procurationum exegerit à Capitulo scuta quatuor, & à Societate alia scuta quatuor, & obulos triginta, quæ percipere non debebat è conspectu immemorabilis consuetudinis non solvendi Procurationem, urget Capitulum, condemnandum esse Vicarium Lateranensem sub pæna dupli ad restituendum id, quod indebitè percepit, ut prosequitur Conciliaris sanctio in cit. *Sess*. 24. *cap*. 3. *de Reform*. ibi = *Quod si quisquam, quod absit, aliquid amplius in supradictis omnibus casibus accipere præsumpserit, is, præter dupli restitutionem intra mensem faciendam, aliis etiam pænis juxta constitutionem Concilii generalis Lugdunensis, quæ incipit* =*Exigit*=,*nec non, & aliis pænis in Synodo provinciali arbitrio Synodi absque ulla spe veniæ, multetur* =

firmatque *Pyrhing. in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 39. *sect.* 3. *de Procurationibus* §. 1. *num.* 64.

Sacra Congregatio in terminis immemorabilis consuetudinis non solvendi Procurationem novissime *in Camerinen. Procurationis proposita die* 19. *nuper elapsi mensis Aprilis* rescripsit = *Dilata , & scribatur Episcopo Camerinen. juxta instructionem , ut nempe inspiciat Codices Confraternitatis , & recognoscat , an unquam illa solverit Procurationem .*

A Capitulo Lateranensi , & ab illius Vicario nihil habuimus . Grave non erit EE. VV. definire .

I. *An , & in qua summa debeatur Procuratio à Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Misericordiæ Belviderii in casu &c.* = & quatenus negativè .

II. *An Vicarius Lateranensis teneatur restituere Procurationem per ipsum exactam , & in qua summa in casu &c.*

Die

Die Sabbathi 7. Junii 1777. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, praeter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacrae Congregationis de jure resolvenda.

CUM quatuor, quae sequuntur, Causae in ultima splendidissimi hujus Ordinis Congregatione diei 10. nuper elapsi mensis Maii propositae non fuerint, rogantur Eminentissimi Patres, ut ad illas definiendas Folium dictae Congregationis ea, qua solent, humanitate resumant.

URBINATEN., SEU ARIMINEN. in qua disquiritur. *Sess. 22. cap. 6. de Reform.*

An sit standum, vel recedendum à decisis quoad Marianum Alexandri in casu &c.

In Decisis, & amplius.

VICO-EQUENSIS VISITATIONIS SACRORUM LIMINUM, cujus est Dubium. *Sess. 21. cap. 3., & Sess. 24. cap. 15. de Reform.*

An, & quomodo consulendum sit Distributionibus in casu &c.

Quoad unionem Beneficii extra Diaecesim positi Negative, & amplius, in reliquis pro gratia unionis quatuor Beneficiorum simplicium suae Diaecesis pro Massa Distributionum.

CA-

Seſſ. 25. cap. 4. de Reform.

CAPUTAQUEN., in qua definiendum eſt:
An, & in quo numero Miſſæ ſint annuatim celebrandæ in caſu &c.

Miſſas eſſe celebrandas ad rationem unius Tareni pro qualibet, juxta redditus, deductis expenſis, & utenſilibus, & ad mentem, & mens eſt, quod ſcribatur Epiſcopo, quod in expenſis non comprehændatur accenſio Lampadis, & Feſtivitatum, & unicuique legato per ipſum aſſignetur, & ſucceſſivè detrahantur expenſæ neceſſariæ, & demum quod hæredes particulariter ſupplicent pro aliqua diminutione, durante Familiæ numero, & paupertate.

Seſſ. 24. cap. 3. de Reform.

SENOGALLIEN. PROCURATIONIS, cujus duo ſunt Capita.

I. *An, & in qua ſumma debeatur Procuratio à Capitulo Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ Miſericordiæ Belviderii in caſu &c.* = & quatenus negative:

II. *An Vicarius Lateranenſis teneatur reſtituere Procurationem per ipſum exactam, & in qua ſumma in caſu &c.*

Dilata, & ſcribatur Epiſcopo juxta inſtructionem, ut nempe Epiſcopus inſpiciat Codices Capituli, & recognoſcat, an unquam Capitulum ſolverit procurationem.

Seſſ. 24. cap. 3., & cap. 5. de Reform. Matrim.

URITANA DISPENSATIONIS. Die 23. Julii 1771. Antonius Adorante Terræ Lateani Uritanæ Diæceſis morti proximus, prætermiſſis Proclamationibus, Matrimonium per verba de præſenti celebravit cum Franciſca Xaveria Pulli, cum qua antea Sponſalia per verba de futuro contraxerat. Biduo poſt hujuſmodi celebratum

Ma-

Matrimonium, hoc est die 25. dicti mensis Julii, Antonius decessit. Ex familiaritate Paschalis Adorante defuncti Antonii germani fratris cum Fratria istius diffamatio cum exorta fuisset, e re sua putavit Paschalis eam in Uxorem ducere: Verùm obstante impedimento primi gradus publicae honestatis, & justitiae utpotè profluentis ex Matrimonio ab ejus praedefuncto Fratre cum praefata Francisca Xaveria, ut ipse asserit, simpliciter rato, & non consumato, personaliter ad Urbem accessit idem Paschalis pro necessaria obtinenda Dispensatione, quam à Summo Pontifice Clemente XIV. suppliciter postulavit.

Ablegatis precibus ad hanc Sacram Congregationem, sub die 8. Augusti 1772. datae fuerunt Epistolae Uritano Antistiti pro confectione Processus, & pro ejus habenda Informatione, & Voto; Eoque compilato, & transmisso retulit Episcopus, Paschalem ad Patriam reversum insano devictum amore compressisse Fratriam, & ab ea natum fuisse filium salutaribus Baptismatis aquis regeneratum sub die 10. Septembris 1773., illosque in publico Concubinatu vivere à Sacramentis omninò alienos; retulitque pariter, Paschalem, & Franciscam Xaveriam adeo esse pauperes, & miserabiles, ut eorum industria, & laboribus vix se alere possint, & tandem sermonem absolvit interrogans, suamque sententiam aperiens = *in tot malorum, scandalorumque angustiis, animarum perniciem, Nostrique Summi Dei offensam respicientibus, quid faciendum? nedum expedire, sed oportere cum Oratoribus praedictis fore indulgendum censeo, enixeque deprecor.*

Ex Processu autem quinque habentur Testes formiter examinati, & de non sequuta consumatione Matrimonii deponentes. Altero namque eorum praetermisso Teste veluti de publica voce, & fama, & de auditu tàntum deponente; gemini sunt Testes, qui Matrimonii celebrationi interfuerant. Hi enim unanimi voce *sub primo interrogatorio*, sive *articulo* testantur, Antonium Adorante tempore celebrati Matrimonii gravissimo morbo laborasse, & in lecto jacentem, ut pote viribus omninò destitutum = *non poteva affatto voltarsi, o girarsi, ne proferire parola alcuna, anzi subito sposato, il male da momento in momento si aggravò, così che dopo due giorni sposato se ne morì.*

Alter

Alter Testis est Sacerdos, qui de licentia Parochi in Matrimonium conjunxerat Antonium cum Francisca Xaveria, deponens *sub dicto primo articulo*, quòd *subito arrivato in Casa di esso Antonio, che trovai, che stava in letto gravemente infermo, e dopo avuto il consenso scambievole di essi Sposi presenti, li sposai* = pariterque referens, Antonium Sponsum causa sui morbi = *stava all'ultimo segno indebbolito, e privo di ogni forza, anzi dà punto in punto dopo sposato se l'avanzavano i sintomi, ed incominciando à perdere i sensi, dopo due giorni se ne morì* = ideoque possibile nequaquam fuisse, quòd Antonius matrimonium consumaret, subdens = *anzi vedendo lo stato estenuato di esso Infermo, dopo sposatili, insinuai, e commandai alla Sposa di allontanarsi dalla vista del suo Sposo infermo, fin tanto che, se Iddìo lo permetteva, riacquistasse la primiera salute: E ciò stimai necessario insinuarlo, appunto perchè riparassi alle tentazioni, che potevano pregiudicare l'anima di esso Antonio, e per altri motivi soliti*.

Fuit etiam examinatus Medicus Fisicus, qui Antonii ægrotantis curam peregerat, retulitque *sub eodem primo Articulo*, Antonium desponsatum fuisse *in tempo, che giaceva l'istesso in letto, e veniva gravemente oppresso da malore, dà quale infermità dopo due giorni se ne morì; Ed in detto tempo secondo le regole, e principii medicinali* præfatum Antonium Matrimonii consumationem implere certè non potuisse, *mentre la sua infermità si era febre dissenterica, che l'aveva infiacchito, ed indebbolito, anzi subito dopo sposato il malore dà momento in momento si avanzò, cosicchè alla debbolezza delle forze si unì quella dè sensi* = Omnes tamen in unum conveniunt, Antonium nec etiam ante Matrimonium rem habuisse cum Francisca Xaveria = *Stante la bontà della vita del Giovine, la rigorosa educazione della Giovine, il non spasseggiare la Casa della Sposa, come è solito* = quin imò, eo requisito, ut Matrimonium celebraret cum antedicta Francisca Xaveria, cum qua Sponsalia per verba de futuro contraxerat, respondisse = *Che ciò era spropposito, mentre la Giovane restava onoratissima, per non averla in minima parte offesa nell'onore, ne dato alcuno scandolo nel Paese*.

Regulariter gravem infirmitatem, vel acutam febrim, ea durante, Matrimonii consumationem impedire firmat *Zacch. Medic. legal. tom. 1. lib. 3. tit. 1. quæst. 4. n. 15., & 16.,*

& 16. , *& Rota penes eumdem decis.* 38. *à num.* 10. *ad fin.* , & præcipue *num.* 15. , *&* 16. , idque credendum videtur in Antonio Sponso graviter ægrotante, qui biduo post initum Matrimonium ex ea infirmitate decesserat, quemadmodum Matrimonium consumatum non fuisse jurandi religione testata quoque fuit eadem Francisca Xaveria.

Ex Matrimonio rato, & non consumato an oriatur impedimentum publicæ honestatis justitiæ, vel Affinitatis, quæstionem adhuc esse indecisam asseruit *Card. de Luc. in annot. ad Sacr. Concilium Tridentinum ad Sess.* 24. *cap.*2. 3. 4., *&* 5. *num.*10.

Ex hoc tamen Matrimonio utrumque impedimentum prosilire edocemur ex Sententia *Divi Thomæ in Supplem.* 3. *part. quæst.* 55. *art.* 4. *ad* 2. Sancta itidem Synodus *Sess.*24. *cap.* 3. *de Reform. Matrim.*, amplectens impedimentum publicæ honestatis justitiæ loquitur de Sponsalibus de futuro, & de his tàntum, non etiam de Matrimonio Conciliarem Sanctionem intelligendam esse declaravit *S. Pius V.* in Constitutione incipiente *Ad Romanum spectat* edita de anno 1568., *cum* (sunt verba Constitutionis) *longe majorem rationem prohibitionis in Matrimonio per verba de præsenti contracto, quàm de Sponsalibus de futuro vigere, à nemine dubitetur.*

Item *Corradùs in prax. Dispensat. lib.*8. *cap.*7. *num.*15. licèt teneat, impedimentum dumtaxàt justitiæ publicæ honestatis oriri ex Matrimonio rato, non autem consumato, fatetur tamen *sub num.*16., illud affinitatem quoque vocari si non perfectè, & consumate, saltem *initiative*, subditque *sequenti num.* 17., quòd impedimentum Affinitatis in primo gradu, sive Affinitas sit initiative, sive perfectè, & consumatè, non ea facilitate dispensatur, sicut in impedimento publicæ honestatis justitiæ ex Sponsalibus de futuro proveniente.

Acceditque Conciliaris dispositio *Sess.* 24. *cap.*5. *de Reform. Matrim.*, ubi nulla facta distinctione inter impedimentum Consanguinitatis, & Affinitatis, generaliter præscribit, quòd in gradibus prohibitis nonnisi ràro, & ex causa dispensationes concedantur, quòdque *in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.*

E converso; ex hoc Matrimonio rato tàntum oriri vinculum publicæ honestatis justitiæ, non autem Affinitatis

præscribitur *in can. si quis desponsaverit*, ibique *Glossa caus. 27. quæst. 2.*; Verba Canonis sunt hæc = *Si quis desponsaverit sibi aliquam, & præveniente mortis articulo, eam cognoscere non potuerit, frater ejus non potest eam ducere in Uxorem* = & rationem allegat *Glossa*, quia *hoc casu est impedimentum publicæ honestatis justitiæ, non affinitatis, quia illa non est, nisi interveniat Carnalis copula*.

Similiter habetur *ex declaratione Arboris Affinitatis §. Et insurgit* post *Caus. 35. quæst. 5.* ibi = *Et insurgit affinitas ex coitu interdum cum publicà honestate, interdum sine, & publica honestas interdum sine affinitate, ut si cognosco Uxorem, vel Sponsam, hìc impedimentum est publicæ honestatis, & Affinitatis, si cognosco non Sponsam; hìc affinitas sola est, si Sponsam nondum cognovi, ibi sola publica honestas*.

Idque sancitum est etiam *in cap. Duo Pueri de Desponsf. Impuber.*, sustinentque, pluribus allegatis Doctoribus, *Sanchez de Matrimon. lib. 7. disput. 64. num. 25.*, & sequenti *num. 27.* respondens sententiæ *Divi Thomæ*, aliorumque eam sequentium ait, non aliter, nisi arctius vinculum publicæ honestatis oriri ex Matrimonio rato, quàm ex Sponsalibus, & initium quoddam affinitatis, non tamen verè affinitatem, & *Barbos. ad Concil. Trident. sess. 24. cap. 3. de Reformat. Matrim. num. 13.*, qui etiam sub antecedenti *num. 12.* refert, & quoque *S. Pium V.* in dicta sua Constitutione *Ad Romanum* declaravisse, quòd ex Matrimonio rato non consumato minimè oriatur affinitas, sed justitia publicæ honestatis dirimens Matrimonium. Idemque *Barbos. ad citat. sess. 24. de Reform. Matrimon. cap. 5.* loquentem in genere de gradibus prohibitis firmat *sub num. 27.*, hunc Tridentini locum intelligendum esse de iis gradibus, & vinculis ortis ex legitimo Matrimonio, nimirum rato, & consumato, quia non concurrente licita, vel illicita copula, vinculum impeditivum Matrimonii, sicut & in Sponsalibus de futuro primum gradum non egreditur *dictus Barbos. ad eamdem sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 3. num. 13. vers. Contra*, & *Sanchez de Matrim. lib. 7. disput. 64. num 24.*

Nodus igitur dubitationis in eo residere videtur, utrum ex dicto Testium formiter examinatorum probatus nec ne dici debeat consumationis Matrimonii defectus, quoniam, eo non probato, Sacra hæc Congregatio petitam reji-

rejiciendam censuit Dispensationem, ut in *Hispalen. Dispensationis* 18. *Junii* 1701., *in Leodien. Dispensationis* 10. *Maji* 1755., *in Pennen. Dispensationis* 8. *Maji* 1756., *in Leodien. Dispensationis* 22. *Maji* 1762., *in Acheruntina Dispensationis* 16. *Junii* 1770., & nuperrimè definitum fuit à Congregatione particulari à SANCTISSIMO deputata Emorum, & RRmorum DD. Cardinalium *à Lanceis* Præfecti, *Castelli*, & *Antonelli* in Causa *Strigonien. Dispensationis* proposita *die* 16. *Septembris* 1775., in qua fuit responsum = *Non constare de non consumatione Matrimonii, ideoque non esse dandam Dispensationem*.

Dispensationem è contra concessit, probato dictæ consumationis defectu, non obstante impedimento publicæ honestatis justitiæ in primo gradu, attenta copula subsequuta, propter quam Mulier infamata remanebat cum periculo necis, & in forma pauperum injunctis salutaribus pænitentiis, & stante, quòd ad copulam deventum non fuerit sub spe faciliorem reddendi gratiam Dispensationis, quemadmodum id probant tres ex dictis Testibus formiter examinatis, præter juratas depositiones dictorum Paschalis, & Franciscæ Xaveriæ, prout geminæ sunt hujus Sacræ Congregationis identificæ Resolutiones relatæ à supracitato *Barbosa ad Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 3. *de Reform. Matrim. sub num.* 12. *&* 13., prima scilicet in *Cajetana* 27. *Julii* 1729.

Et secunda *in Caven.* 17. *Novembris ejusdem anni* 1629., in qua Sacra Congregatio respondit = *Dispensationem supra petitam esse concedendam, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit* = ut in *lib.* 14. *Decret. pag.* 174., & in *Gadicen. Dispensationis* 12. *Junii* 1762., in qua responsum fuit = *Attentis peculiaribus circumstantiis consulendum esse Sanctissimo pro Dispensatione super impedimento publicæ honestatis, & etiam affinitatis* =, quæ resolutio cum responso = *In Decisis, & amplius* = confirmata fuit *sub die* 25. *Septembris ejusdem anni* 1762.

Ab Oratoribus, eorum attenta maxima, qua premuntur, paupertate, nihil deducitur. Dubia sunt

I. *An constet de Matrimonio rato, & non consumato Antonii Adorante cum Francisca Xaveria Pulli in casu &c.* = & quatenus affirmativè

II. *An sit consulendum Sanctissimo pro Dispensatione in casu &c.*

Non esse consulendum Sanctissimo pro dispensatione.

Sess.7. cap.16. de Reform., & sess.25. cap.7. de Reform.

BALNEOREGIEN., ET URBEVETANA. Monasterium S. Bernardini Civitatis Urbevetanæ, cui usque & ab anno 1544. san. mem, Paulus III. per suas Apostolicas Litteras univerat Prioratum sæcularem cum Cura Animarum in Ecclesia S. Joannis Baptistæ Castri Lubriani Diæcesis Balneoregiensis, jus habet nominandi, & præsentandi Rectorem, qui Lubrianensi Populo Sacra ministret, Ainmarumque curam exerceat. Assiduis molestiis cum expensarum profusione per Monasterium passis à Balneoregiensibus Episcopis, nec non propter plura Decreta, & quidem gravia in Sacra Visitatione edita ab hodierno Antistite, pertæsa Abbatissa dicti Monasterii censuit, non audito Capitulo, proprio arbitratu preces porrigere huic Sacræ Congregationi pro dicti Jurispatronatus renunciatione.

Super oblatis precibus auditus de more fuit uterque Episcopus, Urbevetanus scilicet, & Balneoregiensis, quorum primus ad præcidendas Monasterii vexationes oblatam laudavit renunciationem, alter verò eam esse admittendam in voto fuit non alia ex ratione, quàm quia Monasterium satis abundè provisum Pontificia gratia unionis antedicti Prioratus amplius non indigeat.

De his omnibus certiores factæ Moniales capitulariter congregatæ cum nova Abbatissa coram Vicario Generali Urbis Veteris reprobarunt preces super dimissione Jurispatronatus exhibitas à præcedenti Abbatissa, fuerntque in sensu totis viribus petendi executionem Pauline Unionis, nec non procedendi ad nominationem Rectoris Curati, & facto nominarunt Sacerdotem Franciscum Mariam Cappelloni, cujus præsentationem admisit Episcopus Balneoregiensis; subinde verò, attenta renunciatione suæ nominationis peracta ab eodem Sacerdote Cappelloni, quamvis Moniales processissent ad alteram nominationem Rectoris Curati in personam Sacerdotis Jacobi Voenna, ejus tamen præsentationem non esse admittendam dixit Procurator Fiscalis ejusdem Ecclesiasticæ Curiæ Balneoregiensis, stante pendentia litis coram hac Sacra Congregatione.

Duo hinc modò disputant Moniales: Primum, ut reprobata renunciatione Jurispatronatus exhibita à præcedenti Abbatissa, servanda sit illius retractatio facta ab ipsis capitulariter congregatis: Secundum, quòd institutio danda sit Sacerdoti Jacobo Voenna ab Abbatissa Monialium nomine præsentato.

Quoad

Quoad primum, sustinent Moniales, nullam esse voluntariam renunciationem Jurispatronatus exhibitam ab antecedenti Abbatissa, inconsultis Monialibus capitulariter congregatis *Can. Sine exceptione caus.* 12. *quæst.*2.*cap.*2. *ibique Gloss.*, *& cap.*3. *de his, quæ fiunt à Prælatis, ibique Pirhing. num.*8., *Engel. num.*3., *Anaclet. num.* 13. *&* 14.: Eoque fortius, quia ab eisdem Monialibus, re integra fuit dicta renunciatio uti nulla, & invalida revocata, *Cap. Si quis Presbyterorum* 6. *tit. de Reb. Eccles. non alienan.*, *ibique Gloss. verb. Alienatorum*, *& Anaclet. in Jus Canonic. eodem tit. num.*59., cum renunciatio insignis Patronatus, ut Loco Pio exitiosa meritò à Sacris Canonibus improbetur, cit. *Can. Sine exceptione caus.*12. *quæst.* 2. *cap.* 1. *de Reb. Eccles. non alienan. in* 6., *Rota coram Rezzonico decis.*327. *num.*38., *& cor. Crescent. decis.*219. *num.*7.

Ad secundum verò quod attinet, urgent Moniales, institutionem esse dandam Sacerdoti Voenna ab ipsis præsentato, prævio tamen examinis faciendi experimento super illius idoneitate ad Animarum curam exercendam, ad *Text. in cap. Cum Ecclesia de Caus. poss. & propriet.*, *Lambertin. de Jurepatron. lib.*2. *part.*1. *quæst.*3. *art.*17. *n.* 9., & *Rota coram Falcouer. tit. de Jurepatr. decis.*30. *num.*2. Instant tamen eædem Moniales, ut hujusmodi experimentum fieri debeat, & delegetur Episcopo viciniori, ad quem illud justis, urgentibus, & rationabilibus concurrentibus causis ahlegatur, ut ex praxi hujus Sacræ Congregationis firmat *Card. de Luca de Miscell. Eccles. disc.* 1. *num.*107., *Piton. discept. Eccles.* 137. *sub n.*26. *§. Ex his*, *Rot. cor. Molin. decis.*68. *n.*6. *& seqq.*, & *in Rec. dec.*122. *num.*20. *part.*15.

Hæc omnia contradicit Promotor Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ Balneoregii, contenditque imparem esse Congruam annuorum scutorum quadraginta Rectori curato à Monialibus assignata, cujus taxatio tum inspecta censura Sacri Concilii Tridentini *sess.*7. *cap.*7. *de Reformat.*, tum præ oculis habita Constitutione san. mem. Pii V., quæ incipit *Ad exequendam*, & est ordine *la* 47. præscribente Congruam non majorem annuorum scutorum centum, & non minorem scutorum quinquaginta non arbitrio Monasterii Patroni, sed arbitrio solius Episcopi remittitur ex traditis per *Card. de Luca in annot. ad Sac. Conc. Trident. disc.*9. *num.*7. *&* 14. *Pignatell. tom.*3. *consult.*31. *num.*1., *Rota coram Coccin. decis.*2046. *per tot.*, *cor. Falconer.*

*ner. de Rescript. decis.*8.*num*,1., *& in Recent. decis.*220. *num.*11.*part.*6.

Ponderandum est, Moniales assignavisse Rectori curato pro sua Congrua annua scuta quadraginta, non comprehensis juribus, & emolumentis, quae *Stoiae* nuncupantur, eaque pro Rectore voluisse libera, & exempta à quovis onere manutentionis Utensilium, Ecclesiae, Ædiumque Parochialium, quae onera in se ipsas assumpserunt: Pianam verò Constitutionem praescripsisse quidem Congruam non minorem scutorum quinquaginta = *computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi solitis* = quae emolumenta inter caeteras obventiones reputandas esse docet *Card.deLuc.de Paroch. disc.*18.*num.*12.

Sacra Congregatio *in Eugubina* 12. *Januarii* 1732. ad II. Dubium respondit = *Servandum esse solitum statum* = in quo Congrua solvebatur in annuis scutis 32., quae tamen, computatis incertis, summam constituebat annuorum scutorum quinquaginta.

Jura ab utraque Parte circumferuntur. Gemina sunt hujus quaestionis ab EE. VV. definienda Dubia.

I. *An sit admittenda renunciatio Jurispatronatus, de quo agitur, exhibita ex parte antecedentis Abbatissae Monasterii S. Bernardini Urbis Veteris Patroni, seu potius ejusdem renunciationis retractatio facta ab hodierna Abbatissa dicti Monasterii in casu &c.* = & quatenus negativè ad primam partem, & affirmativè ad secundam.

II. *An, & quomodo, & qua Congrua sit danda institutio Sacerdoti praesentato ab hodierna Abbatissa dicti Monasterii in casu &c.*

Negativè ad primam partem, Affirmativè ad secundam, nempè institutionem dandam esse Sacerdoti a Monasterio praesentato cum Congrua, juxta nominationem factam a Monialibus, praevio tamen examine faciendo ab Episcopo Balneoregien., & ad mentem, & mens est, quod urgeat Episcopus pro executione Decretorum respicientium restaurationem pavimenti Ecclesiae, & aliorum Divinum cultum respicientium, & amplius.

FIR-

FIRMANA DELETIONIS ONERUM. Sacerdos Marcus Merini Parochus Ecclesiæ sub titulo S. Mariæ Gratiarum sitæ in Oppido Petrioli Firmanæ Diœcesis, cui Paræciæ unita reperitur suburbana Ecclesia S. Ginnesio dicata, preces porrexit huic Sacræ Congregationi narrans, suæ Paræciæ redditus tenuissimos esse, ipsumque geminis inter cætera gravari oneribus, nimirum *primo* applicandi Missam pro Populo Feria quinta cujuslibet hebdomadæ, præter eamdem applicationem Missæ pro Populo faciendam in omnibus diebus Festis de præcepto, & *secundo* bina celebrandi Missarum officia, unum scilicet secunda Dominica mensis Maii, & alterum die 15. Augusti cujuslibet anni, proptereaque supplicavit pro exemptione ab implemento dictorum onerum, quorum Institor penitus ignoratur. *Seſſ. 25. cap. 4. de Reform.*

Pro informatione, & voto requisitus Archiepiscopus, omnia à Parocho narrata vera esse dixit, confirmavitque: In voto tamen fuit liberandi Parochum ab onere applicandi Missam pro Populo Feria secunda cujuslibet hebdomadæ = *ut Parochiæ regimen sustinere commodius valeat* = Secus autem quoad Missarum officia, quoniam ea non ad Parochialem Ecclesiam pertinent, sed ad alteram suburbanam, & Parochiæ unitam Ecclesiam, quæ peculiares suos habet redditus, & à qua Parochus non modicum consequitur emolumentum.

Hoc non obstante, Parochus sua jura deducit, propugnatque, utriusque Ecclesiæ redditus pro una tantùm mensa ratione unionis esse considerandos. Probat enim, sed in genere, & collectivè tantùm, utriusque Ecclesiæ redditus ascendere ad annua scuta 77., & obulos 85., onera verò ad annua scuta 62.; & obul. 36. 3., quibus subductis à redditibus, superesse pro Parocho tenuissimam summam scutorum quindecim circiter prorsus imparem pro congrua illius sustentatione juxta præscripta in Constitut. S. Pii V. 47., quæ incipit *Ad exequendum*, de qua *Rota decis.* 246. *num.* 10. *part.* 8. *Recent.*

Quo posito, sustinet Orator, utrumque onus esse delendum. Instat enim pro abolitione oneris applicationis Missæ pro Populo qualibet Feria secunda ex triplici rationum momento, & primo, quia prorsus ignoratur illius origo, vel Fundator; Secundò, quia Populus ad eam non accedit; Et tertiò, quia Parochus illam applicat omnibus diebus festis juxta Constitutionem fa. me. Benedi-

dicti XIV., cujus initium est *Cum semper* diei 19. Augusti 1744., & juxta ejusdem Pontificis sententiam panditam in ejus Opere *de Synodo Diœcesan. cap. final. num.* 4. *&* 5.: Urgetque pariter; abolitionem pati debere Missarum officia, quia tenuissimi sunt redditus, unde Parochus valeat sustentari.

Attamen Sacra Congregatio, deficientibus redditibus, in sensu fuit pro suspensione, non autem pro abolitione, seu deletione oneris Missarum, ut videre est *in Sedunen* proposita *die* 29. *Julii* 1775., & resoluta *die* 19. *Augusti ejusdem anni*.

Pertinet igitur ad Amplissimos Patres præ eorum sapientia definire

An sit locus deletioni oneris Missæ die Jovis, ac Officiorum Generalium in casu &c.

Non proposita, cum reliquis.

Sess. 25. cap. 9. de Reform.

TUDERTINA CONFIRMATIONIS CONCORDIÆ. Anno 1608. clar. mem. Cardinalis Marcellus Lantes Episcopus Tudertinus Seminarium Clericorum erexit in dicta Civitate. numerumque decem Puerorum in eo gratis retinendorum præfinivit, ac pro illorum; nec non Præceptorum, Ministrorumque Seminarii manutentione, præter unionem factam trium simplicium Beneficiorum annui redditus scutor. 75., provisionalem constituit taxam in annuis scutis 506., cui redditus Episcopalis, & Cathedralis Mensæ, itemque Collegiatarum Ecclesiarum, omniumque Beneficiorum, Locorumque Piorum suæ Diœcesis proportionatè subjecit, eamque solvendam esse præcepit = *donec per aliquam unionem, & applicationem aliorum Beneficiorum simplicium, vel alias dicto Seminario sufficienter providerimus, & dictam partem, sive portionem solvendam non esse decreverimus.*

Successive, stante unione aliorum simplicium Beneficiorum supradicta taxa imminuta fuit anno 1653. ad annua scuta 250., de anno verò 1670. ad scuta centum. Verumtamen sub

ſub initium anni 1776. juſtis, urgentibuſque cauſis, & praeſertim ob ejuſdem Seminarii probatam inopiam, illiuſque Ædium impendentem ruinam, oportuit è Seminario dimittere Alumnos, illudque ſuſpendere, & claudere. Hujus inopiae Seminarii perquiſita cauſa, compertum fuit, illam proſilire à pluribus Beneficiatis, qui multis ab hinc retro annis reſpectivum Taxae debitum non perſolverant: Iis autem ad ſolvendum judicialiter laceſſitis, graviſſima Lis exorta fuit, authumantibus Beneficiatis, Seminarii redditus ex applicatione ſimplicium Beneficiorum ita adauctos eſſe, ut ex illis commodè manuteneri valeat ſtatutus Alumnorum numerus, factumque propterea fuiſſe locum ceſſationi proviſionalis Contributionis, & repartitionis ſuper Eccleſiaſticis Beneficiis, ideoque declarari, eoſdem Beneficiatos in poſterum non teneri, nec obligatos amplius eſſe ad ſolutionem praedictae Contributionis.

Lis ſub reſervatione Beneplaciti Apoſtolici compoſita fuit inter Deputatos tùm Seminarii, tùm utriuſque Cleri collegialiter coadunatos. Contentionis pacta ſunt haec = *Che per l'urgente biſogno del Seminario di ripararlo, riſtorarlo, e renderlo in miglior forma per il publico bene, e nel tempo medeſimo per torre di mezzo ogni queſtione trà il Rño Clero, e lo ſteſſo Seminario ſopra la Taſſa, lo ſteſſo Clero Secolare per un tal peſo, ed il Clero Regolare per riguardo al ben publico cedano, e ſomminiſtrino per una ſol volta in tutto, e per tutto a detto Luogo Pio la ſomma di ſcudi cinquecento, che attualmente eſiſte degli avanzi, o non eſiſtendo tutta, fino a che con i detti avanzi ſi formi, e ſi compiſca la detta ſomma di ſcudi 500., a condizione però, che ora in appreſſo per qualunque capo, o cauſa non ſia tenuto detto Clero a pagare la Taſſa Conciliare impoſta a favore di detto Seminario: E nel caſo, che in appreſſo poteſſe mai aver luogo nuovamente queſta Taſſa, il detto Seminario per evizione, e ſicurezza aſſegni ora un Fondo a detto Clero di ſcudi 500., col quale poſſa rivalerſi, ed eſſere reintegrato di un tal sborſo.*

Libellus igitur oblatus fuit Ampliſſimis Patribus, quo confirmatio Concordiae poſtulatur. Auditus Epiſcopus haec omnia latè confirmat, ſuaque ſententia propoſitam Concordiam juſtam, ac Seminario utilem putat, ideoque cenſet, eam eſſe approbandam.

Maximæ utilitatis esse Seminario Concordiam refert Episcopus in sua Relatione, quoniam cum scutis 500. ab utroque Clero solvendis reparabuntur ejusdem Seminarii Ædes, quæ aliter, ac nisi cum ipsius Seminarii suspensione ad longum tempus reparari non possent.

Retulitque pariter, Seminarium quia de redditibus satis provisum pro illius manutentione ad formam erectionis conciliari Taxa non amplius indigere. Exhibetur enim calculus *Decennii* ab anno scilicet 1764. ad annum 1774., ex quo patet, Seminarii redditus respectivè ascendisse ad annua scuta 592. & obul. 65.: Exhibetur item relatio duorum Peritorum deponentium. Seminarii Prædia computato anno fertili cum sterili fructus reddere commodè posse in annuis scutis 651. 80.: Rursus exhibetur declaratio actualis Ministri Seminarii testantis, illius redditus præteriti anni ascendisse ad scuta 585.: probaturque demum, anno 1774. in fructiferis Prædiorum factis melioramentis conspicuam erogatam fuisse summam scutorum 539., & obul. 17., ideoque concluditur, præfatos redditus in præsens excedere originariam impositam provisionalem Taxam, eosque imo propter dicta melioramenta majores in posterum esse debere.

Subditur etiam, assignationem, atque hypothecationem certi Fundi, ut supra, pro evictione enunciatæ summæ scutorum 500. nunc a Clero solvendæ, nullius esse præjudicii Seminario, utpote quod in casu novæ impositionis (cæteroquin ob præmissa non timendæ) teneretur unicè, bonificare Clero dictam summam scutorum 500., quam nunc idem per quamdam anticipationis speciem persolvit, & quæ erit a Seminarii Deputatis exigenda, erogandaque in ejusdem Seminarii Ædium necessaria restauratione.

His omnibus maturè perpensis, dignabuntur EE. VV. decernere.

An sit locus confirmationi Concordiæ in casu &c.

ANA-

ANAGNINA INDULTI. Capitulum Anagninæ Cathedralis Ecclesiæ olim erat compositum uno Præposito, vigintiquatuor Canonicis, & duobus dumtaxat Mansionariis: Defectus Beneficiatorum in obeundis Ecclesiasticis functionibus tantoperè necessariorum in causa fuit, ut ad petitionem bo. me. Antonii Seneca tunc Anagnini Episcopi unà cum Capitulo præfatæ Ecclesiæ sa. me. Paulus V. in suis Apostolicis Litteris sub datum decimo Kalendas Septembris anni 1608. præciperet, quatuor ex dictis vigintiquatuor esse supprimendos Canonicatus, tunc cum primum per cessum, vel decessum, aut alio quovis modo vacare contingerent, & cum eorum fructibus, redditibus, & proventibus octo esse erigenda perpetua simplicia Beneficia Ecclesiastica pro octo perpetuis Beneficiatis *ad instar aliorum in aliis Ecclesiis perpetuorum Beneficiatorum*, ita ut ipsis pro tempore existentibus licere deberet, *fructus, redditus, proventus, distributiones, jura, obventiones, & emolumenta inde provenientia quæcumque* percipiendi, exigendi, & in proprios usus, & utilitatem convertendi.

Sess. 24. *cap.* 12. *de Reform.*

Hodierni Beneficiati supradictæ Cathedralis Ecclesiæ Civitatis Anagniæ, quibus in novis legibus, & Constitutionibus Capitularibus à præfato Anagnino Antistite efformatis, observandisque tùm à Canonicis, tum à Beneficiatis tributum fuerat beneficium vacandi à Choro per unicum tantùm mensem anno quolibet, precibus oblatis huic Sacræ Congregationi, supplicarunt, ut ipsis concederetur indultum annuæ Vacationis duorum mensium, ut eo potiuntur Canonici; quod ut facilius assequerentur, plures exposuerunt causas, & præsertim assiduum, ac ultra modum laboriosum Chori servitium, cui absque intermissione per totum anni cursum interesse debent mane, & vespere pro recitandis horis Canonicis, nec non onus præter cantum Gregorianum etiam canendi musicam, quoniam omnibus diebus Dominicis, aliisque indistinctè Festis tenentur Missam solemnem cum Organis musicè canere, ac etiam celebrandi, & applicandi toto anni tempore Missas Conventuales omnibus ferialibus, aliisque etiam indistinctè diebus, in quibus semiduplex, vel Sancti simplicis occurrit Officium.

Super his precibus auditus fuit Anagninus Episcopus, qui veritatem expositorum confirmans retulit, illis adversari Capitulum, suamque tamen aperuit animi Sententiam

favorabilem concessioni gratiæ, quam postulant Beneficiati, *ita tamen, ut sex eorum eodem tempore semper Choro intersint*.

Licèt enim Sacrosancta Tridentina Synodus *Sess.*24. *cap.*12. *de Reform.* ita statuerit: *Non liceat vigore cujuslibet Statuti, aut consuetudinis ultra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse, salvis nihilominus earum Ecclesiarum Constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt* = & consentanee ad hanc Conciliarem dispositionem Sacra hæc Congregatio Canonicis adstrictis Ecclesiæ servitio vacationem ultra tres menses denegare consueverit teste *Fagnan. in cap. Licèt num.* 48., & *seqq. de Præben.*, attamen quoad Canonicos, sive Beneficiatos, qui ex Constitutione, sive consuetudine Ecclesiæ tenentur, ut in casu, toto anno Chori, Ecclesiæque servitio incumbere, hæc apud *Garziam de Benef. part.*5. *cap.*2. *num.* 311. habentur = *Si tamen Constitutio, aut consuetudo Ecclesiæ requirit servitium totius anni, tunc locum habet absentia trium mensium à Concilio permissa; Est enim dura residentia totius anni, oportetque maximè juxta fragilitatem humanam indulgeri aliquod tempus ad recreationem corporis, & animi: & ita Sacra Congregatio Concilii censuit in una Asloricen. his verbis: Decretum Concilii cap.*12. *Sess.* 24. *concedit Canonicis absentiam trium mensium, si Constitutiones Ecclesiæ servitium totius anni requirunt*.

Atque hinc contendunt Beneficiati, vacationem unius tantùm mensis parem non esse laborioso totius anni, quo premuntur, Ecclesiæ, Chorique servitio. Sustinent enim, ipsos juxta Pontificiam Fundationis legem exæquatos fuisse *ad instar aliorum in aliis Ecclesiis perpetuorum Beneficiatorum*, probantque, Beneficiatos tùm Patriarchalium Urbis, tum Ecclesiæ Cathedralis Veliternæ, & Ferentinæ Civitatis, tùm etiam Collegiatæ Ecclesiæ S. Angeli Custodis ejusdem Anagninæ Civitatis par servitium, paremque vacationem habere cum Canonicis, eosque propterea, qui majus ferunt onus eo Canonicorum, æquale saltem beneficium vacationis duorum mensium, quo fruuntur Canonici, perfrui debere, juxta regulam, quòd ubi par est onus, ibi etiam par esse debet emolumentum, quam exornat *Piton. alleg.* 26. *num.* 21. *tom.*2., *Lotter. de Re benefic. lib.*1. *quæst.* 19. *num.*36., & *Pignatell. tom.*6. *consult.*48. *num.*13.

Nec

Nec obstare ajunt Capitulares Leges post editam, Paulinam Fundationem compositas à tunc Anagnino Episcopo, quia jus non erat eidem Episcopo per has novas Leges qualitatem, & naturam Beneficiorum immutare non approbante Pontifice, illorum Fundatore *Canon. inferior. dist.20. cap. quod super his de Major., & Obed.*, *Clementina ne Romani* §.1. *de Elect.*, *Formosin. de potest. capit. tract.* 3. *quæst.* 4. *num.* 5., *Rota coram Manzaned. decis.*723. *num.*7., quin imo nullas esse præfatas Ordinationes, utpotè contrarias juribus, quæ in Fundatione Beneficiatis concessa, & indulta fuerunt *Cap. ex parte* 12. *de Constit.*, *Barbos. de Canon.*, *& Dignit. cap.*41. *n.*17., & Sacra Congregatio *in Juvenacen.* 22. *Augusti* 1738.

Animadvertunt insuper, antedictas Capitulares Leges efformavisse quidem, non autem edidisse Episcopum *Seneca*, dùm eas edidit illius in Anagnino Episcopatu Successor *Gerardus* circa initium præsentis Sæculi, ideoque nullam vim fieri posse in recepto earum Legum usu, quem tamen vel ante, vel post illarum indictionem non probari, & quatenus probaretur, nihil esse momenti sine Apostolico Privilegio *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 24. *num.* 13. *versic. Respondebam*, *Rot. recen. decis.* 396. *num.* 15. *part.*18., *& in nuperrim. tom.* 7. *decis.*28. *num.*17., maxime in præjudicium modernorum Beneficiatorum, qui cum eorum jus agnoscant à solo Pontifice Fundatore, hinc à facto, vel agnitione Prædecessorum obligari non possunt *Piton. de Controv. Patron. alleg.*17. *num.* 10., *Rot. cor. Ansald. decis.*68. *num.*20., *& in Tuden. Servitiorum super Bono Jure* 6. *Martii* 1758. §. 11. *cor. cl. mem. Card. Paracciano*.

Itemque ponderant, quod quiescentibus duobus ex octo Beneficiatis ratione Vacationum bimestrium juxta votum Episcopi, non ideo Ecclesia, dum alii sex interessent Choro, debitis fraudaretur obsequiis, vel minori decentia Divina Officia celebrarentur. Sacra Congregatio, assiduo, & ultra modum laborioso concurrente servitio, ut Chorales aliquo vacationis levamine perfruantur, vacationem unius mensis ad duos auxit *in Tarraconen.* proposita 28. *Januarii* 1764., & resoluta *die* 18. *Februarii ejusdem anni*, in qua proposito Dubio = *An*, *& quomodo petitis sit annuendum in casu &c.* = responsum fuit = *Affirmative pro quatuor Capitularibus per Turnum*, *& pro duobus mensibus tantùm*, *& cum solitis Clausulis*.

Alia

Alia plurima ponderanda sunt in libello Beneficiatorum. Legenda est Anagnini Episcopi relatio. A Capitulo nihil hactenus deductum fuit. Dubium definiendum proponitur.

An Beneficiati Ecclesiæ Cathedralis Anagniæ gaudere debeant per duos menses infra annum eadem exemptione à Choro, qua gaudent Canonici ejusdem Ecclesiæ in casu &c.

Die

Die Sabbathi 5. Julii 1777. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, praeter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacrae Congregationis de jure resolvenda.

QUÆ sequuntur, tres primæ Causæ in ultima Amplissimi Ordinis Congregatione habita 7. *nuper elapsi mensis Junii* propositæ non fuerunt. Rogatos itaque volumus Eminentissimos Patres, ut ad earum species repetendas Folium *ejusdem Congregationis* iterum consulant.

FIRMANA DELETIONIS ONERUM, cujus unum Caput est. *Sess.25. cap.4. de Reform.*

An sit locus deletioni oneris Missæ die Jovis, ac Officiorum Generalium in casu &c.

Affirmative juxta Votum Archiepiscopi.

TUDERTINA CONFIRMATIONIS CONCORDIÆ, in qua ambigitur. *Sess.25. cap.9. de Reform.*

An sit locus confirmationi Concordiæ in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem.

AN-

Seff.24. cap.12. de Reform.

ANAGNINA INDULTI, in qua respondendum est.

An Beneficiati Ecclesiæ Cathedralis Anagniæ gaudere debeant per duos menses infra annum eadem exemptione à Choro, qua gaudent Canonici ejusdem Ecclesiæ in casu &c.

Negative, & amplius.

Seff.24. cap.12. de Reform.

NOVARIEN. DISTRIBUTIONUM, ET FRUCTUUM. Data pleniffime fuit hujus Caufæ fpecies in Folio Congregationis habitæ *die* 11. *Januarii currentis anni*, & geminis ejus, quæ erant, Dubiis I. *An Indulta fuftineantur, itaut Præpofito Laurentio Perolio abfenti debeantur Diftributiones, & fructus fuæ Præpofituræ in cafu &c.* = *& quatenus negative* II. *An eidem Præpofito debeantur fructus Præbendæ in cafu &c.* = in fequenti Congregatione *diei* 1. *proxime præteriti menfis Martii* jura fua tantum deducente Capitulo Collegiatæ Ecclefiæ S.Juliani Oppidi Gaudiani Diæcefis Novarienfis, refponfum fuit = *Ad* I. *Iterum proponatur*: *Ad* II. *Affirmative* = Ratio autem, propter quam Sacra Congregatio Caufam reproponi mandavit quoad primum Dubium, in eo ftetit, ut intereà à contumace Præpofito Laurentio Peroli exhiberetur originarium Indultum abeffendi à Choro eidem, ut afferitur, ab hac Sacra Congregatione conceffum *fub die* 20. *Decembris anni* 1774. Hoc Indultum abeffendi non hactenus exhibitum fuit à Præpofito, cui illud unà cum altero Prorogationis fub datum diei 6. Maii 1775. reftitutum fuiffe teftatur Novarienfis Antiftes. Ad rem igitur expediendam Capitulum novam urget ejufdem Caufæ propofitionem.

Quoad primum Dubium; in Facto ponderandum occurrit, duo edita fuiffe Indulta fub die 20. Decembris 1774.; primum amiffum fuit, & alterum, quod *Dupplicatum* afferitur, inexequutum remanfit penes Epifcopum; Duo itidem fuiffe conceffa Prorogationis Indulta fub uno, eodemque die 6. Maii 1775., unum fcilicet facultate perci-

cipiendi Distributiones in absentia destitutum, & alterum hujusmodi facultate munitum.

Præpositus autem, dum moram in Urbe trahebat, Epistolam sub datum diei 29. Julii 1775. scripsit Episcopo, ut ei = *favorisse di mandare à Torino il secondo Rescritto delli 6. Maggio 1775. ove si fà espressa menzione delle Distribuzioni (e non già quello pure de 6. Maggio , in cui non si parla di Distribuzioni , essendo questo inutile , e dà ritirarsi presso di se) aciò Ella dappoi possa passare al Decreto . Dico questo , perchè fà mal odore alla mia Causa il vedere due Rescritti emanati , e niuno di questi firmati con suo Decreto ; Del primo* (nimirum diei 20. Decembris 1774.) *ne posso dar la raggione , cioè esser questo emanato in Sede vacante , e perciò &c. , mà del secondo non v'è scusa .*

Episcopus antedicta transmissa Præpositi Epistola, retulit, quod = *neppur questi due Decreti* (sive Indulta illius diei 20. Decembris 1774., & alterius diei 6. Maii 1775.) *rimangono più nelle mie mani , perchè avendo notificato al Prevosto Perolio le difficoltà , che io incontrava nel darvi esecuzione , mi hà Egli ricercato di respingerglili , e così appunto eseguii .*

Quibus stantibus, contendit Capitulum, Indulta Præposito concessa præter illorum obreptionis, & subreptionis vitium, quod in eis inest, tamquam non exhibita penes acta Cancellariæ Episcopalis, nec non tamquam executioni non demandata ab Episcopo Decreto suo executoriali, ac demum tamquam penes ipsum met Præpositum existentia sustineri non posse, proindeque nullius esse roboris, & efficaciæ, ut Præpositus absens à residentia, & à Choro fructus suæ Præpositurae, qui in Distributionibus consistunt, consequatur, cum paria sint Indultum non obtinere, vel obtentum executioni non committere.

Atque hinc propugnat Capitulum, Præpositum, qui per septemdecim Menses sine justa, & legitima causa, ac sine Indulto Apostolico, seu venia Episcopi abfuit à Residentia, integros facere non posse suos fructus ejus Præbendæ, cum Sancta Synodus *sess.* 24. *cap.* 12. *de Reform.* privet absentem per annum medietate fructuum Præbendæ suæ, quibuscumque Capitularibus non obstantibus Statutis, & Consuetudinibus, quæ omnes *in cit. cap.* 12. *Concilii Tridentini* abrogatæ fuerunt.

Capitulum jura sua iteratò deducit. Præpositus licèt monitus adhuc in sua contumacia persistit. Dubia sunt.

I. *An Indulta sustineantur, itaut Præposito Laurentio Perolio absenti debeantur Distributiones, & fructus suæ Præposituræ in casu &c.* = & quatenus negativè.

II. *An sit standum, vel recedendum à decisis in casu &c.*

Dilata, & scribatur Episcopo juxta mentem.

Sess. 25. Decret. de Purgat.

HORTANA. Redit ad novum Eminentissimorum Patrum Judicium hæc Causa, quæ data fuit in Folio Congregationis habitæ *die* 30. *Martii superioris anni* 1776. nulla quoad eam capta resolutione. Reproposita verò in sequenti Congregatione *diei* 27. *Aprilis dicti anni*, & Dubio, quod erat = *An, & quomodò Oratricis precibus sit annuendum in casu &c.* = Prodiit Rescriptum = *Dilata, & Episcopus cogat Communitatem, præfixo termino, ad reddendam rationem tàm aliorum scutorum centum, quàm fructuum eorumdem scutorum centum, & proponatur simul*.

Litteræ datæ fuerunt Episcopo, cui mandatum fuit, ut antedictum Sacræ Congregationis Rescriptum exequeretur, ac ut acta pro illius executione compilanda ad eamdem Sacram Congregationem transmitteret. Omnia executus est Episcopus. Ex transmissis actis eruitur, reliqua scuta centum ad Pium Opus Aurelii Celestini pertinentia, quæ deposita erant in Sacro Monte Pietatis Terræ Bassanelli Hortanæ Diœcesis, ejusdem Terræ Communitatem habuisse, imposito Censu similis summæ sub die 4. Martii 1757. ad rationem annuorum scutorum trium.

Itemque patet ex dictis actis, Communitatem cum hisce Censualibus fructibus tria contulisse, & solvisse subsidia dotalia scutorum 24. pro quolibet, unum scilicet favore Joannæ Chiodi, ut ex Receputa Nicodemi Fabiani ejusdem Joannæ Viri sub datum 31. Augusti 1774.: Reliqua verò duo subsidia dotalia, quæ summam conflabant scutorum 48., soluta fuisse sub die 9. Februarii 1776. Joanni Lanajoli tamqaam Procuratori ad exigendum

Fran-

Francifci Roja Viri Mariæ Angelicæ Fiafchi, cui eorumdem Subfidiorum Dotalium unum collatum fuerat, & alterum eidem debebatur uti hæredi Catharinæ Chiodi Fiafchi ejus Matris, quæ fuum dotale fubfidium filiæ cefferat in nuptialibus Tabulis initis filiam inter, & præfatum Francifcum Roja,

Hæc omnia confirmat Epifcopus in poftrema fua Relatione ad hanc Sacram Congregationem cum adjunctis actis transmiffa. Onus nunc erit Eminentiffimorum Patrum, refumpto Folio d. Congregationis *diei* 30. *Martii* 1776., originarium definire Dubium.

An, & quomodo Oratricis precibus fit annuendum in cafu &c.

Affirmative pro approbatione Concordiæ.

MAZZARIEN. Hæc quoque Caufa relata fuit in Folio Congregationis habitæ *die* 19. *Augufti* 1775., & geminis illius Dubiis, quæ erant = I. *An fit locus abfolutioni ab implemento oneris fubfidiorum dotalium hactenus inadimpleti in cafu &c.* = II. *An & quomodo fit confulendum Sanctiffimo pro commutatione voluntatis Francifci Terranova, Scholafticæ Vincisfora, Mariani Balli, & Didaci Adragna in cafu &c.* = Eminentiffimi Patres in fequenti Congregatione *diei* 16. *Septembris dicti anni* 1775. refcripferunt = *Dilata, & fcribatur Epifcopo juxta inftructionem* = quæ fuit, ut minori, quo fieri poffet, expenfa, firmaretur Status hæreditarius uniufcujufque ex dictis quatuor piis Teftatoribus, de quorum commutanda voluntate quæftio proponitur, auditis intereffe habentibus.

*Seff.*22. *cap.*6. *de Reform.*

Refpondit Epifcopus his verbis = *Dovendo Io dunque fodisfare all'incarico benignamente commeffomi dall' EE. VV., mi dò l'onore, rapporto allo Stato Ereditario de' fudetti, inviarle quattro Documenti fatti eftrarre colla mia affiftenza in occafione di Vifita in detta Città dai Libri, che legalmente fi ritengono dal Sacerdote D. Emanuele Maria Greco Computifta del Luogo Pio, e da' quali potranno l'EE.VV. rilevare, che il fruttato delle fudette quattro Ere-*

Eredità insieme unito non giunge, che ad onze cinquanta, tarì ventisette, e grano uno annuali, col quale secondo la disposizione Testamentaria, dovendo pagare ogn'anno il Conservatorio per le Doti prescritte onze trentuna, tarì ventisei, e grana tre, restarebbero in beneficio del medesimo, adempiti tali pesi, solo onze diecinove, e grana dieciotto, che unite all'onze sessantasei, tarì ventinove, e grana sedici provenienti dalle Rendite proprie, e particolari del Luogo Pio, formano onze ottantasei, e grana quattordici. Qual somma, secondo il mio giudizio non puol'esser mai sufficiente a mantenere tutte le Orfane, le Monache, e Sagristano, che giungono al numero di trentatrè, come fin quì lo hà dimostrato l'esperienza, e da loro stesse potranno percipire l'EE. VV., alle quali non deve recar meraviglia, se finora siasi omessa la prestazione di dette Doti, mentre han dovuto erogarle per il troppo loro necessario mantenimento.

Addit insuper, quòd quemadmodum evidens est tenuitas reddituum Conservatorii = *Così hò stimato superfluo dispendiare il miserabilissimo Luogo Pio colla formale formazione dello Stato richiestomi, tanto più, che non si poteva effettuare con quella economia, e piccola spesa ingiontami da cotesta Sagra Congregazione, il che sarebbesi reso troppo sensibile al Conservatorio già sufficientemente depauperato*.

Quò verò ad interesse habentes, iteratò retulit idem Episcopus, nullos alios adesse, qui jus jactare valeant super iis Hæreditatibus, exceptis Puellis Orphanis supplicantibus. Voluitque conclusum, Oratrices dignas esse absolutione quoad præteritum ob non factam Dotium collationem; quò verò ad futurum, ut reducatur earumdem Dotium numerus ad unam tantùm unciarum duodecim uni ex Orphanis conferendam juxta earum porrectas preces, quibus (ut prosequitur Episcopus) = *unisco anch'Io le mie più vive suppliche, trattandosi di un Opera pia, la di cui prosecuzione troppo interessa l'officio mio Pastorale, e con questo temperamento potrà avere la sussistenza necessaria il misero Conservatorio, altrimenti dovrà indispensabilmente seguirne la soppressione con grave pregiudizio tanto delle Orfane, che delle altre Fanciulle della Città tutta, le quali parimenti ricevono un'ottima educazione da detto santo Istituto*.

Quibus maturè perpensis, dignabuntur EE. VV. resumpto Fo-

Folio dictæ Congregationis *diei* 19. *Augusti* 1775. ea, qua pollent, sapientia decernere

I. *An sit locus absolutioni ab implemento oneris Subsidiorum dotalium hactenus inadimpleti in casu &c.*

II. *An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis Francisci Terranova, Scholasticæ Vincifora, Mariani Balli, & Didaci Adragna in casu &c.*

Non proposita, cum reliquis.

AUXIMANA DISPENSATIONIS. Lavinia Manzoni Auximanæ Civitatis in ejus ultimo, sub quo decessit, Testamento condito de anno 1700. duo in Auximana Cathedrali Ecclesia erigi jussit simplicia Beneficia Mansionarias nuncupata, unum scilicet sub invocatione S. Francisci de Paula, alterumque sub invocatione S. Dominici, quæ esse voluit de Jurepatronatu Laicorum, illorumque primum quoad patronatum activum, & passivum reliquit certis, præscriptisque suis Consanguineis. Ad secundum verò Beneficium ipsa Testatrix nominavit Sacerdotem, & Parochum Bartholomæum Manzoni ejus ex Fratre nepotem, & si ipse nominationem respueret, nominavit Joannem Manzoni alterum ejus nepotem, & mox dicti Bartholomæi germanum Fratrem, onere adjecto tria celebrandi Sacra qualibet hebdomada, nec non interessendi Choro supradictæ Cathedralis Ecclesiæ; & quatenus idem Joannes secundò nominatus = *non fosse in età del Sacerdozio attuale, allora dispone, e vuole, che sia tenuto far sodisfare il peso delle sudette Messe da altri Sacerdoti per fino al tempo del suo Sacerdozio, e che però sia obligato all'assistenze come sopra.* *Sess. 23. cap. 6. de Reform.*

Jus autem nominandi Beneficiatum post obitum eorum, quos Testatrix ipsa nominaverat, esse voluit in perpetuum *a beneplacito* Nicolai Manzoni pariter ejusdem Testatricis nepotis, germanique Fratris dictorum Bartholomæi, & Joan-

& Joannis, ejusque Descendentium in infinitum. Præcepit tamen, quòd si = *nella Discendenza del sudetto Nicola non vi fosse, o fossero figli abili a detto Benefizio, o Juspatronato, vuole, che sia obligato il sudetto Nicola nominare uno de' figli da nascere da detta Anna Maria Noni Zitella, e quando non vi fosse Discendenza della sopradetta Anna Maria, vuole, che sia obbligato, e tenuto nominare uno de' figli da nascere da Donna Madalena Manzoni Zitella Sorella di detto Sig. D.Bartolomeo, e che li sopradetti in futurum da nominarsi siano, ed esser debbano obbligati in tutto, e per tutto sodisfare i Pesi sopradetti, come i primi nominati*,

Nuperrimè, & sub die 9. Junii superioris anni 1776, vacavit hoc secundum Beneficium per obitum Sacerdotis Dominici Manzoni ultimi illius Possessoris, qui Joanni ab ipsa Testatrice nominato in Beneficio successerat. Hinc Angelus, & Lavinia Frater, & Soror Manzoni hodierni illius Patroni sub spe obtinendæ Apostolicæ Dispensationis ad vacans Beneficium nominarunt Franciscum Nicolaum Manzoni Angeli filium, & respectivè Laviniæ nepotem constitutum in ætate septem annorum, & Clericali Tonsura nondum insignitum. Ast in Contradictorem invenit Subdiaconnm Josephum Amboni præfatæ Magdalenæ nepotem authumantem, se unicum esse ad assequendum Beneficium qualificatum ex dictis tribus contemplatis Familiis, quibus fuerat passivum Juspatronatus relictum, illudque propterea sibi deberi contendentem prælativè ad Franciscum Nicolaum Manzoni propter ætatem penitus incapacem.

Uterque supplicationem porrexit in Dataria Apostolica, Manzonus scilicet super Dispensatione ætatis, qua sub conditione fuerat a Patronis nominatus: Ambonus verò pro obtinendo Beneficio tamquam passivè vocatus, & magis idoneus. Eminentissimus Pro-Datarius utramque Supplicationem pro exquirendo voto ad hanc Sacram Congregationem ablegavit. Auditus de more fuit Eminentissimus Auximanus Antistes, qui retulit, Manzonum interea fuisse prima Tonsura initiatum, suamque ejus animi sententiam aperiens, censuit = *Nunc dandum esse Cathedrali Ecclesiæ sufficientibus Ministris non satis provisæ Virum Ecclesiasticum, qui ad instar aliorum Mansionariorum eidem inserviat juxta votum ipsius met Fundatricis, & secundum Constitutiones Synodales, & præsertim clar. me.*

Card.

Card. Spadæ mei Antecessoris, habeat onus canendi Missas aliquibus diebus, & in aliis Subdiaconi, & Diaconi munus obeundi per se ipsum. Hoc quippe à Puero septem annorum, qualis est Franciscus Nicolaus Manzoni obtineri nequit.

Quilibet ex Collitigantibus suam esse signandam Supplicationem propugnat, & à quolibet jura sua circumferuntur.

Duo esse videntur in Causa præcipuè ponderanda. *Primum*, utrum onus impositum à Testatrice Nicolao Manzoni nominandi unum ex filiis Annæ Mariæ Noni, & subinde Magdalenæ Manzoni protendatur etiam ad ulteriores Patronos, ita ut hodierni Beneficii Patroni unum ex filiis dictarum Fæminarum nominare compellantur; Et *alterum*, utrum sub nomine filiorum comprehendantur Nepotes, ita ut Ambonus tamquam Magdalenæ Nepos *passivum* Juspatronatum sibi possit adscribere.

Quoad primum: *Sacræ Rotæ* Tribunal firmavit, onus impositum primo vocato tamquam *personalissimum* ad Successores in *activo* Patronatu repetitum non censeri, ut videre est in *decis.95.num.1 part.16.Recent.*

Ad alterum verò, quod attinet; Licèt sub nomine filiorum veniant nepotes juxta censuram *Textus inLeg.Justa* 201., *& L.Liberorum* 220.*§.1.ff. de verbor. signific.*, & è converso, nepotes non comprehendi sub filiorum appellatione sanciverit *Textus in L.Quod si Nepotes 6.ff.de Testam, Tutel.*, *& in §.final. Instit.Qui Testament.Tutor.dar.poss.*, attamen ad utramque conciliandam Juris communis dispositionem subintrare videtur, distinctio, quòd si res est de Dispositione *Ascendentis*, & eo casu procedit *dicta Lex Justa*, & *Lex Liberorum* præscribens Nepotum comprehensionem sub nomine Filiorum; At verò si agitur de dispositione *Transversalis*, in qua præsens versatur controversia, & tunc locum obtinet *citata Lex Quod si Nepotes*, & *§. final. Instit.* Nepotes excludens sub filiorum appellatione.

Ponderandum itidem est, Manzonum esse de genere Patronorum, & de Familia, & agnatione Fundatricis. Super dispensatione ætatis, quam ipse postulat, nec non super qualitate Beneficii ad rem ut plurimum facit *Folium extensum in Causa Cornetana* distributum pro Congregatione *diei 6. Maii* 1775., nec non alterum *Folium* in Causa *Cremonen. Dispensationis diei 2. Decembris* 1775.,

& in

& in *utraque* Causa cum fuerit propositum Dubium = *An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione in casu &c.*; responsum fuit in Congregatione *diei* 17. *Junii* 1775. quoad Causam *Cornetanam*, & die 20. *Januarii* 1776. quoad Causam *Cremonen. Dispensationis* = *Affirmative usque dum ad legitimam ætatem pervenerit, adimpletis oneribus, & amplius*. Unum est Controversiæ Caput.

An, & quæ supplicatio sit signanda in casu &c.

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

FAVENTINA APPLICATIONIS. Anno 1612. Joannes Andreas Calligari Episcopus Brictinoriensis donavit Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ SS. Michaelis Archangeli, & Joannis Baptistæ Terræ Brixichellæ Patriæ suæ scuta bismille cum lege Multiplici usque ad summam scutorum decem millium, eoque absoluto Multiplico, jussit, ut ex illius fructibus è fundamentis reædificaretur eadem Collegiata Ecclesia, subindeque voluit, ut iidem fructus in *quatuor partes* dividerentur, quarum *una* cedere deberet in reparationem, & manutentionem Ecclesiæ, Sacrorumque Supellectilium; *Altera* partiretur inter Canonicos ad instar quotidianarum Distributionum cum onere subministrandi annua scuta decem duobus pauperibus Clericis, qui Divinis inservirent in dicta Collegiata Ecclesia, nimirum scuta quinque pro quolibet; *Tertia* assignaretur quatuor Sacerdotibus ejusdem Collegiatæ Mansionariis; onere tamen alicui eorum adjecto docendi Cantum Gregorianum, & instituendi Clericos dictæ Terræ Brixichellæ, & alterius Terræ Vallis Amonis in rudimentis Grammaticæ. *Quarta* denique distribueretur = *in dotandis pauperibus Virginibus, & in alendis aliis Pauperibus dictæ Terræ* -

Absoluto Multiplico, reædificataque Ecclesia, Canonici de anno 1721. preces porrexerunt huic Sacræ Congregationi, & ab ea obtinuerunt pro Mansionariis in Cantu Gregoriano Peritis applicationem medietatis quartæ portionis à Donante pro dotandis Puellis, alendisque Pauperibus reservatæ.

Anno verò 1736. iterum Canonici supplicarunt hanc Sacram Congregationem pro obtinenda favore eorumdem Man-

Mansionariorum applicatione alterius etiam medietatis quartæ portionis; votique compotes effecti fuerunt *per decennium proximum tantum quatenus non fuerint aliunde provisi*.

Prorogationem hujus Indulti postulaverunt Canonici anno 1746., illamque non aliter obtinuerunt, nisi *ad quinquennium*, addita conditione = *dummodò tamen infra supradictum tempus non vacent per obitum Mansionariæ; casu verò, quo mors aliquorum ex supradictis Mansionariis contingat, non provideantur, inconsulta Sacra Congregatione*.

Ulterioribus absolutis anno 1765. prorogationibus concessis de quinquennio ad quinquennium, supplices iterum fuerunt Canonici penes Sacram hanc Congregationem pro perpetua applicatione prædictæ medietatis quartæ portionis ad commodum Mansionariorum, sin minus pro ulteriori gratiæ prorogatione ad decennium. Et quamvis Episcopus de more auditus in sensu fuisset pro perpetua dictæ medietatis quartæ portionis applicatione, nihilominus proposita Canonicorum instantia inter Summaria Precum in Congregatione *diei* 16. *Decembris* 1769., prodiit Rescriptum = *Ponatur in Folio, & scribatur Episcopo juxta instructionem*.

Litteræ datæ fuerunt Faventino Antistiti, ut Sacram hanc Congregationem redderet instructam de præcisa quantitate Capitalium provenienti ex dispositione Præsulis Calligari secundum præsentem rerum statum recensenda, nec non de quantitate redditnum, qui, demptis expensis, singulis annis percipiuntur, & qua ratione dividuntur, & partiuntur: Itemque de quantitate annuorum redditnum, aut Emolumentorum, quæ à Canonicis, & Mansionariis ex Præbendis, & distributionibus quotidianis, vel ex Legatis piis, aut aliunde percipiuntur: Ac demum ut Eminentissimos PP. certiores redderet, qua ratione se gesserit Capitulum ab anno 1736. usque in præsens, an ab eo tempore aliqua ex Mansionariis vacaverit, & qua auctoritate, inconsulta Sacra Congregatione, ad illius collationem deventum fuerit.

His omnibus satisfecit Episcopus, retulitque, Mansionarios carere Præbenda, eorumque redditus, qui non excedunt annua scuta quindecim pro quolibet, comprehensa applicatione jam obtenta medietatis dictæ quartæ portionis, quæ ex providentia Præsulis Calligari pro-

filiunt, nullamque Mansionariam vacasse ab anno 1776., preter alia, quae colliguntur ex illius Relatione à Canonicis cum eorum libello circumferenda.

Ex adjunctis foliis, ad que se retulit Episcopi responsio, habetur scilicet ex primo signato *litt. A.*, Capitulum, & Canonicos quinque possidere Praedia à Legato pio Praesulis Calligari provenientia, & existentia sub diversis vocabulis *Casalecchio = La Costa = la Fabrica = Cà de' Carelli = & Cà de Merli* quoad tertiam tamen illius partem = nec non *ratam Domus* sitae in Terra Casolae Diaecesis Imolensis, illorumque fructus pro anno 1774. ascendisse ad scuta 331., ex quibus, dempto exitu relato in scutis 293. 80. juxta alterum Folium signatum *litt. B.*, patet fructus superare in scutis 37. 20. inter Canonicos tantùm distribuendos; narraturque in eodem folio *litt. A.*, à Canonicis partiri fructus Multiplici in quatuor portiones à Praesule Calligario praescriptas.

Animadvertendum tamen est, partitas exitus adnotatas in citato folio *litt. B.* non respondere dictis scutis 293. 80., quae ab introitu subducuntur in folio *litt. A.*; imo inter partitas exitus nonnullae describuntur, quae non pertinent ad Patrimonium Calligari, ut ea est scutorum 36. pro Missa Conventuali, nec non scutorum 11. pro Clericorum mercede, qua Praesul in scutis tantum decem oneravit solam Canonicorum portionem, itemque scutorum 8., quae solvuntur Factori Ecclesiae, ac demum scut. 1. 20. pro implemento cujuslibet Legati à Praesule non scripti.

Est ulterius animadvertendum, quòd, firmis redditibus, seu firmo manente introitu in dictis scutis 331., & ex iis subductis scutis 66. 23., quae rectè minuunt redditus, ut sunt scut. 52. 73. pro Collectis, & scuta 13. 50. pro fructibus passivi Census impositi pro reaedificanda Ecclesia, redditus supersunt in scutis 264. 77., quibus in quatuor partes divisis, unaquaeque pars esse videtur scut. 66. 19. Quamobrem si Mansionariorum portioni scut. 66. 19. addatur etiam medietas alterius quarte portionis Pauperibus assignatae consistens in scutis 33. 09. $\frac{1}{2}$, iidem ex redditibus Calligari percipere deberent scuta 99., & obul. 28., quibus in quatuor divisis portionibus, quot sunt Mansionarii, eorum cujuslibet portio esset *scutorum* 24., *& obul.* 82., non autem, ut asseritur, scut. 15.

Sa-

Sacra Congregatio præ oculis semper habuit Pauperum jura, quæ sarta tecta servari præcepit, ut videre est *in Fulginaten. Commutationis voluntatis diei* 4. *Decembris* 1762., cujus proposito Dubio = *An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis Virginii Turchi in casu &c.* = responsum fuit = *Affirmative juxta votum Episcopi, excepta Eleemosyna distribuenda Pauperibus* = & *in Vicen.* 28. *Januarii* 1764., cui Dubio = *An sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis in casu &c.* = prodiit responsio = *Negative, & esse erogandos redditus favore Pauperum, ad quem effectum scribatur Episcopo juxta instructionem.*

His positis, dignabuntur Emi PP. ea, qua præstant, juris peritia definire.

An, & quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis in casu &c.

THELESINA MISSÆ CONVENTUALIS. Capitulum, & Canonici Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ S. Laurentii Martyris sitæ in Terra S. Laurentii Majoris Thelesinæ Diæcesis, attenta tenuitate reddituum in distributionibus quotidianis unicè consistentium, quos habent, supplicant pro reductione applicationis Missæ Conventualis ad dies festos tantum de præcepto. Narrant enim, redditus cujuslibet Canonici vix ascendere ad annua Ducata triginta subjecta oneri celebrandi biscentum triginta Missas lectas, nec non pluribus Anniversariis, pluribus Officiis satisfaciendi, ita ut quod superest, impar sit ad honestæ vitæ sustentationem. *Sess.* 25. *cap.* 4. *de Reform.*

Datæ fuerunt, ut moris est, Episcopo Litteræ pro Informatione, & voto, eidemque mandatum fuit, ut referret de annuis redditibus tàm singularum Prębendarum, quàm Massæ, & de respectivis oneribus, & quantum supersit, iis detractis. Episcopus mandatis hisce satisfecit, à Canonicis narrata vera esse dixit, illorumque petitioni annuendum esse censuit, ut patet ex illius relatione una cum juribus à Canonicis circumferenda.

Sacra Congregatio, concurrente vel Præbendarum, vel red-

 dituum

dituum exiguitate solet semper demandare reductionem Missæ Conventualis ad dies tàntum festos de præcepto, veluti plura sunt hujus Sacræ Congregationis responsa relata in Folio Causæ *Placentina Missæ Conventualis* distributo pro Congregatione *diei* 11. *Januarii proxime præteriti*, cui etiam *Placentinæ* in sequenti Congregatione *diei* 1. *Martii currentis anni* responsum fuit = *Pro gratia reductionis applicationis ad dies festos de præcepto tàntum* = Onus igitur erit EE. VV. decernere.

An sit locus reductioni oneris applicationis Missæ Conventualis ad dies tàntum festos de præcepto in casu &c.

Die Sabbathi 19. Iulii 1777. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de more reſolvenda.

IN Congregatione, quæ habita fuit *die 5. currentis Menſis*, defuit ſpatium diſcutiendi quatuor Cauſas mox deſcribendas, quæ hodiè idcircò proponuntur, reſumpto *Folio*, decidendæ.

MAZZARIEN. cujus duo ſunt Dubia. *Seſſ. 22. cap. 6. de Reform.*

I. *An ſit locus abſolutioni ab implemento oneris Subſidiorum Dotalium hactenus inadimpleti in caſu &c.*

II. *An & quomodo ſit conſulendum Sanctiſſimo pro commutatione voluntatis Franciſci Terranova, Scholaſticæ Vincifora, Mariani Balli, & Didaci Adragna in caſu &c.*

Ad primum affirmative, & ad D. Secretarium cum Sanctiſſimo.

Ad ſecundum affirmative juxta votum Epiſcopi anni 1776., nempe quòd fructus aſſignati pro Dote a Scolaſtica Vincifora impendantur pro alimentis Puellarum Conſervatorii, quouſque neceſſitas perduraverit, non autem pro expenſis Sacriſtiæ.

AUXIMANA DISPENSATIONIS. in qua diſquiritur. *Seſſ. 23. cap. 6. de Reform.*

An, & quæ ſupplicatio ſit ſignanda in caſu &c.

Signandam eſſe ſupplicationem Franciſci Nicolai Manzoni, eique competere diſpenſationem uſque dum ad legitimam ætatem pervenerit, adimpletis oneribus.

FA-

Seſſ.22. cap,6. de Reform.

FAVENTINA APPLICATIONIS. cujus dubium eſt. *An & quomodo ſit conſulendum Sanctiſſimo pro commutatione voluntatis in caſu &c.*

Negative.

Seſſ.25. cap.4. de Reform.

THELESINA MISSÆ CONVENTUALIS, in qua quæritur.
An ſit locus reductioni oneris applicationis Miſſæ Conventualis ad dies tàntum feſtos de præcepto in caſu &c.

Affirmative.

Seſſ.22. cap.6. de Reform.

INTERAMNEN. In executionem piæ voluntatis Cleriæ Serſanti Fadulfi Interamnenſis R. P. D. Fadulfus Anconitanus Antiſtes ejus filius Cappellaniam erexit, cui in Dotem aſſignavit Prædium in Vocabulo *Fiori*: Onus ſubinde Cappellano indixit quotannis centum celebrandi Sacra, tradendique Patribus ſtrictioris Obſervantiæ Interamnæ dimidium Rubri Frumenti ad rationem juliorum duodecim pro qualibet Rubri quarta, nec non duas Salmas Muſti ad rationem juliorum novem pro qualibet: Eamdemque rerum traditionem anno quolibet à Cappellano fieri juſſit favore Patrum Cappuccinorum præter Olei quinque Matretas. Dictum Cappellaniæ Prædium alienavit Julius Fadulfi, cujus filii alterum alienato Prædio ſubrogarunt in Vocabulo *Piedelmonte*, quæ ſubrogatio fuit à tunc Interamnenſi Epiſcopo comprobata. Verùm cum hujus ſubrogati Prædii fructus impares ſint ad ſubeunda onera ſupradicta, & præſertim ad faciendas Frumenti, & Muſti traditiones, juxta peculiarem taxam à Fundatore præſcriptam, ſupplices idcircò fuerunt Cleriæ hæredes, ut, commutata illius voluntate, Cappellanus fieret immunis à præfata Legatorum traditione, utque tot ubicumque pro ſuo arbitrio Sacra celebraret, quot eſſent annui Prædii redditus, detractis tamen expenſis utenſilium, aliiſque pro ejuſdem Prædii cultura neceſſariis.

Eorum petitio, annuentibus Epiſcopo, & Patribus Legatariis, propoſita fuit in Congregatione *diei* 15. *nuper elapſi menſis Martii*, cujus Folium EE. VV. *reaſſumere* digna-

gnabuntur, fuitque in subsequenti Congregatione *diei* 19. *Aprilis* dilata illius resolutio, edito Rescripto = *Scribatur Episcopo juxta instructionem* =, ut scilicet referret, an fructus subrogati Prædii *Piedelmonte* sufficiant, nec ne pro omnium onerum implemento, ut jure decerni possit vel exequutio mentis Testatricis, quatenus redditus pares sint, vel ejusdem mentis commutatio, quatenus impares habeantur; utque certiorem redderet hanc Sacram Congregationem de annuis redditibus dicti Prædii, eorum facto calculo per decennium, vel per Peritos anno computato sterili cum fertili, & an dimidium Rubri frumenti, computato similiter anno fertili cum sterili emi possit ad rationem juliorum duodecim pro qualibet quarta, nec non Musti pretium sit computandum ad rationem juliorum novem pro qualibet Salma, ac demum qua in Ecclesia tumulatum fuerit Cadaver Testatricis,

His omnibus satisfecit Episcopus, transmisitque Documenta comprobantia quæ retulit, Sic enim respondit = *Quod nec ex Librorum inspectione, neque ex aliis legitimis documentis attenta eorum deficientia, calculum de redditibus Prædii Olivati subrogati vocabulo Piedimonte per decennium habere potui, sed juxta præscriptum ab EE. VV. electi fuerunt per me duo in arte agraria publici Periti, qui medio eorum juramento retulerunt, quod inspecto, & maturè considerato eodem Prædio sit valoris in proprietate scutorum quingentorum, ipsius verò redditus, deductis expensis pro cultura necessariis, cum dictum Prædium non sit subjectum alicui Canoni, computato anno fertili cum sterili, non excedant pro portione dominicali annuam summam scutorum quindecim monetæ Romanæ, & sic satisfactis omnibus oneribus à Testatrice relictis, parum, aut nihil pro Cappellano remaneat, ut retuli in alia mea Informatione*,

Itemque respondit = *Quò verò ad dimidium Rubrum, nempe quartas duas frumenti, quas Cappellanus anno quolibet præstare tenetur Religiosis supra recensitis, computato itidem anno fertili cum sterili, pretium constituitur generaliter juxta stylum hujus Civitatis ad rationem juliorum quindecim pro qualibet quárta, idest scutorum sex pro unoquoque Rubro, & quoad Mustum scuti unius pro qualibet Salma, prout fusius EE. VV. recognoscere dignabuntur in annexis publicis documentis, ex quibus etiam apparet Cadaver præfatæ quondam Cleriæ Sersanti tumula-*

latum fuisse in Ecclesia Conventus Minorum Conventualium S. Francisci hujus Civitatis = Iterumque suum votum aperuit ad concessionem gratiæ proclive, ea superaddita ratione, quia = *Prædia Olivata in hac Civitate sæpe-sæpius fallere solent in redditu*.

Hæc Episcopus. Partes nunc erunt EE.VV. ea, qua solent, sapientia, decernere.

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis Testatricis in casu &c.

Affirmative juxtà votum Episcopi, celebratis per Cappellanum Missis in Cappellis S. Antonii Abbatis, & S. Antonii Patavini erectis in Ecclesia Min. Conventualium S. Francisci juxta redditus Prædii Pedemontis ad rationem eleemosynæ manualis, detractis utensilibus, docto quolibet anno de adimplemento coram Episcopo.

Sess.22. cap.6. de reform.

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM. In eadem Congregatione diei 15. Martii proxime præteriti hæc quoque Causa proposita fuit ad instantiam Sororum de Nardis, quæ, non obstante, quòd ortum habuissent à Parentibus *exteris*, postularunt, se ipsas tamquam affinitate cum Advocato Cæsare Valentini conjunctas præferendas esse Puellis incertis in assequutione Subsidiorum Dotalium, quæ à Ven. Archiconfraternitate B. M. Virginis ab Angelo Annunciatæ Urbis ut potè dicti Advocati Cæsaris hærede quotannis conferuntur, eisdemque propterea tot esse assignanda subsidia dotalia usque ad summam scutorum 500. pro qualibet ex Sororibus Oratricibus.

Verumtamen iu contradictores invenerunt Officiales dictæ Archiconfraternitatis contendentes, præfatas Sorores esse in earum petitione reiiciendas, *quia* res est de hæreditate *Transversalis* ad dotes, & ad alimenta nequaquam obstricti; *quia* res itidem est de Affinitate Sororum cum Testatore per quadruplex medium Fæminarum semper ex transverso procedente; *quia* similiter res est de Affinitate per octo gradus à Testatore distante; Rursus *quia* Testator nullam suis Consanguineis, vel Affinibus prælationem tribuit in subsidiorum Dotalium assequutione, ideoque cessata sit ordinata charitas, & præsumpta pro illarum prælatione Testatoris voluntas, utpote

pote quae quartum Consanguinitatis, vel Affinitatis gradum non excedit, juxta constantissimam Doctorum, & Sacrae hujus Congregationis Sententiam. Item *quia* Testator Puellas incertas expressè dilexit, voluitque dotandas; *quia* dotium collationem fieri jussit juxta stylum ejusdem Archiconfraternitatis, & (sunt verba Testamenti) *secundum ejus Institutionis Decreta, & Statuta* =; ac demum *quia* Decreta, & Statuta dictae Archiconfraternitatis praescribunt, in conferendis Dotibus praeferendas esse Puellas Romanas, & *ex utroque Parente Romano* natas, prout non sunt Sorores de Nardis praelationem, & Dotium cumulum in detrimentum Puellarum vocatarum, & idonearum postulantes.

Hinc in sequenti Congregatione habita *die* 19. *nuper elapsi mensis Aprilis* proposito Dubio inferius exprimendo, cum in aequas partes scissa fuissent EE. Patrum suffragia, mandatum fuit, ut Causa *iterum proponeretur*. Nunc ea reproponitur. Grave igitur non erit EE. VV., praevia reassumptione Folii sub *dicta die* 15. *praeteriti Martii* distributi, sapientissimè de more respondere.

An, & pro qua summa sit locus praestationi Subsidiorum dotalium in casu &c.

Iterum proponatur.

LEODIEN. FRUCTUUM CANONICATUS. In Oppido Lossensi Leodiensi Diaecesis adest Collegiata Ecclesia S. Odulpho dicata. Antiquissima in ea viget consuetudo, quòd quilibet de Canonicatu dictae Ecclesiae provisus fructibus Praebendae careat per duos integros annos à die suae receptionis, non autem provisionis computandos. Anno 1758. per obitum Canonici Joannis Moers vacantem Canonicatum assecutus est Presbyter Jacobus Niclas, qui illum subinde resignavit Thomae Leducq. Hic per lapsum duodecim, & ultra annorum solum, nudumque titulum Canonicatus retinuit, nec unquam curavit, se in Canonicum recipi à Capitulo, donec anno 1771. dictum Canonicatum titulo permutationis cum Beneficio Ecclesiastico personalem residentiam non requirente, cessit Sacerdoti Philippo Lamberto de Faijs. *Sess.* 24. *cap.* 14. *de Reform.*

Apostolicis inde super hac permutatione Litteris expeditis, praefatus de Faijs in Canonicum supradictae Collegiatae Ecclesiae fuit receptus, & immissus in possessionem Ca-

nonicatus, & Praebendae. Renuente verò Capitulo illum admittere ad eorumdem Canonicatus, & Praebendae fructuum perceptionem, nisi post lapsum duorum annorum à data receptionis in Canonicum computandorum, juxta consuetudinem Ecclesiae, preces proinde Canonicus obtulit SACRATISSIMO PRINCIPI exponens, objectam consuetudinem nec hactenus probatam existere, nec doceri, quòd illa fuerit legitimè introducta, quinimò cum Canonici inter se diviserint fructus hujus Canonicatus, & Praebendae toto tempore, quo Thomas Leducq de Canonicatu provisus abfuit à residentia usque ad diem antedictae permutationis, ex quo non curaverit, se immitti in possessionem suorum Canonicatus, & Praebendae, hinc sequi, Oratorem minime teneri expectare duos annos, priusquam ad perceptionem fructuum admittatur. Quibus expositis, supplex fuit pro compellendis Canonicis, ut Oratorem ad illorum perceptionem admittant, eosque à die suae praesentationis sibi restituant.

Ablegatis precibus ad hanc Sacram Congregationem, auditus de more fuit Episcopus, qui votis Canonici censuit adhaerendum, ut habetur ex illius Relatione seorsùm ab eodem Canonico cum suo libello circumferenda.

Porrò duae potissimum sunt inspectiones, altera, quae pertinet ad probationem Consuetudinis, & altera, quae versatur circa illius applicationem propositae quaestioni. Ad primam enim quod attinet, praestat in jure adnotare, communi Doctorum sententia valida, & licita reputari, nec sub lege Tridentinae Synodi *cap.*14.*sess.*24. *de Reformat.*, & Constitutionis S. Pii V. *la* 60.*in Bullar. Rom. tom.*2. comprehendi Statuta, vel Consuetudines Ecclesiarum, quibus cautum est, ut Canonici, aut Sacerdotes noviter recepti per aliquod temporis spatium illarum servitio gratis incumbere teneantur, veluti firmant *Garz. de Benefic. part.*11. *cap.*5. *num.*138.. *Barbos. de Canon. cap.*23. *num.* 7., *& ad Concil. Triden. d. cap.*14. *n.*4., *Gallemart. eod. loco n.*4., *Pignatell. consult.*30. *n.*10. *tom.*3., *& Monacell. form. foren. Eccles. par.*3. *tit.*3. *form.*10. *num.*12.

Pluries evenit, similes controversias in hac Sacra Congregatione discuti. Siquidem in *Militen. mense Martii* 1587. prodiit Rescriptum hisce verbis conceptum = *Sacra Congregatio censuit, Decretum cap.*14. *sess.*24. *de Reformat.*, *& Bullam S. Pii V. super eadem re editam non compre-*

hen-

hendere consuetudinem Ecclesiarum deserviendi per annum, vel aliquod tempus, & nihil percipiendi interim de Massa grossa, nisi peracto integro dicto servitio = ut in *lib.*4. *Decret. pag.* 229., *& in Marsicana mense Aprilis* 1591.. *ut in lib.*7. *Decret. pag.*7., *in Hydruntina Servitii* 28.*Novembris* 1705., *ut in lib.*55. *pag.*422., *& in Matheranen. Participationis* resoluta *die* 24. *Septembr.* 1735. quoad *Primum* Dubium = *An asserta Consuetudo Ecclesiæ Metropolitanæ Matheranensis, quòd Clerici adscripti in ea teneantur inservire per annos quatuordecim distributos juxta ordines, quos assequuntur, antequam admittantur ad participationem, sit servanda?* = cui responsum fuit= *Affirmativè, præterquam quòd ad servitium præstandum ab Absentibus causa infirmitatis, & quoad onus celebrandi Missas gratis in ultimo biennio.*

Id ipsum etiam procedit quoad fructus Canonicatus, & Præbendæ, si illi cedunt in utilitatem, & beneficium Ecclesiæ, vel Fabricæ, vel Sacrarii, vel in pios usus erogantur; Secus verò si convertuntur in commodum, lucrum, & utilitatem aliorum Canonicorum juxta distinctionem amplexam à *Barbos. de Canon. cap.*15.*num.*29. *&* 33., *Garz. de Benefic. part* 8. *cap.*1.*num.*83., *Pax Jordan. lucubrat. lib.*10.*vol.*3. *tit.*11.*num.*82., *Card. de Luc. de Canon. disc.*10. *sub num.*10., *& Piton. discept. Eccles.* 57. *num.*8. *&* 33.

De consuetudine superius exposita in Ecclesia Lossensi vigente testatur Episcopus in suis litteris Sacræ Congregationi datis, in quibus refertur, ex Prothocollo Ecclesiæ *anni* 1500. *fol.* 3. hæc haberi = *Consuetudines Ecclesiæ Collegiatæ S. Odulphi Oppidi Lossensis ad hæc usque tempora inviolabiliter ab eodem Capitulo hactenùs observatæ, & observandæ* = : hæc pariter in eo legi = *Notandum, quòd per mortem unius Canonici, seu Concanonici in ejus scilicet Defuncti locum provisus non præsentabit se ad residentiam, neque ad perceptionem fructus ejusdem suæ provisionis sibi quovis jure deberi præsumat, nisi, duobus annis elapsis a die suæ receptionis, & non provisionis, quos tenebitur expectare.*

Quòd autem biennii fructus, quibus carere debet noviter provisus, non cedant in utilitatem Canonicorum, sed quidem applicentur Fabricæ Ecclesiæ pro primo anno, pro qua valere Consuetudinem firmant Doctores relati à *Barbosa ad Concil. Trident. cit. cap.* 14. *num.* 11., & pro secundo anno, qui annus *gratiæ* vocatur, reserventur

pro Hæredibus defuncti Canonici, quam consuetudinem rationabilem esse, & valere tradit idem *Barbosa loc. cit. num.* 4. *&* 8., id litteraliter exprimitur, & approbatum videtur in Brevi san. mem. Clementis XI. *sub annulo Piscatoris die* 24. *Septembris* 1718., quod incipit *Exponi Nobis*.

Illa verò traditio, quæ de fructibus Præbendæ privat Canonicum, tamquam contraria juris sanctioni *in cap. Dilectus* 19. *de Præben*, & *Dignit.* admitti non debeat, nisi probata demonstretur in contradictorio Judicio ex firmatis per *Piton. Discept. Eccles.* 74. *num.* 71., *& Rot. in Majoricen.* Deputationis *Sacerdotis* 28.*Junii* 1756.§.6. *coram Eminentissimo Elephantutio*, procedere videtur in casu, in quo centenaria non concurrat, quemadmodum in hypothesi objecta Consuetudo pro jam vigente, & observata legitur scripta in Prothocollo Ecclesiæ *usque ab anno* 1500.. Vis enim centenariæ, vel immemorabilis illud exigit, ut contrarium alleganti incumbat onus probandi, Consuetudinem non adesse, vel eam non fuisse legitimè introductam, quia pro ejus legitima introductione stat centenaria præsumens interventum Apostolici Indulti, vel Apostolicæ Confirmationis ad tradita per *Rot. in Celsonen. Annuæ Præstationis* 8. *Junii* 1753. §.9. *coram clar. mem. Card. Matthæjo*.

Quamobrem si ex Consuetudine biennii carentiæ tempus incipiendum est à die receptionis, non autem à die provisionis Canonicatus, hoc biennium incipere nunquam potuit tempore, quo Canonicatum habuit Thomas Leducq permutans, quoties iste non curaverit se in Canonicum recipi à Capitulo, nec in satisfactionem Consuetudinis cedere poterant sui Canonicatus, & Præbendæ fructus, quos Thomas, non adepta illorum possessione, nec residens in loco Canonicatus, & Præbendæ suos facere nequiverat *Cap. Ad Audientiam* 15. *de Cleric. non resident.*, *Concil.* T*rident. sess.*24.*cap.*12. *de Reform.*

An autem quæ hactenus animadvertimus, permutationi conveniant, legenda erunt jura Capituli, quæ hucusque non habuimus. Dubium est:

An, & a quo tempore Philippo Lamberto de Faijs debeantur fructus Canonicatus, & eidem a Capitulo sint restituendi in casu &c.

Non proposita, cum reliquis.

FIR-

FIRMANA LEGATI. Adrianus Galli è Terra Amandulæ Firmanæ Diœcesis in postremis suis Testamentariis Tabulis conditis anno 1667. inter cætera reliquit, ut sequitur = *Lascio al Signor D. Orazio Galli mio altro Nipote l'usofrutto di Luoghi di Monte Novennale, che hò in Roma, con peso di celebrare quattro Messe la settimana pro Defunctis, conforme alla mia intenzione, e dopo la di lui morte lascio detto usofrutto al Signor Francesco Maria Etnei altro Nipote con il medesimo peso, e dopo la di lui morte vada a quel Prete, che si ritrovarà della mia Casa il più prossimo però, e così continuare, fin che ve ne saranno, con il peso sempre sudetto, ed in mancanza loro, ed all'ultima moriente li sostituisco la Collegiata di S. Donato di detta Terra con il peso di farne celebrare le quattro Messe la settimana in perpetuo con ricevere l'usofrutto di detti Luoghi nove da vincolarsi per questo adempimento di volontà mia.* *Sess.* 25, *cap.* 5. *de Reform.*

Ultimus hujus Legati possessor fuit Carolus Galli in statu conjugali ex Decreto ab Archiepiscopo Firmano facto in actu Pastoralis suæ Visitationis. Huic successit Marcellus ejus filius tres habens cum Uxore filios, unum scilicet masculum impuberem, geminasque fœminas. Timens autem Marcellus jactationes Capituli Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Amandulæ, quòd, deficientibus Clericis Familiæ Galli, casus evenerit substitutionis suæ, supplex fuit idem Marcellus penes *SANCTISSIMUM D. NOSTRUM feliciter Regnantem*, ut ad quaslibet amputandas judiciales promovendas Controversias eidem tribueretur facultas retinendi dictum Legatum in statu conjugali, declarandique simul, quòd ipsum Legatum ad Capitulum substitutum transire non debeat, nisi masculis de sua Familia totaliter defectis,

Datæ fuerunt litteræ Archiepiscopo Firmano ab hac Sacra Congregatione, ad quam ablegata fuerat Marcelli petitio, ut eam super oblatis precibus instructam redderet, votumque suum aperiret, auditis omnibus interesse habentibus, quibus etiam competentem præfigeret terminum ad eorum deducenda jura in hac Sacra Congregatione. Archiepiscopus retulit, se audivisse tàm Amandulense Capitulum, quàm Archidiaconum Recinetensem Philippum Roberti, dum ii tantùm sunt, qui super Marcelli precibus interesse habere possunt, eosque non dissentire, ut Marcellus in sua petitione voti compos efficiatur, cui etiam, ut addit Archiepiscopus, *non obesse videntur testamentariæ Institutoris Tabulæ.* Pre-

Preces modò renovat Marcellus, expresso exhibito consensu tùm Amandulensis Capituli, tùm etiam Archidiaconi Roberti, & in suo libello contendit, dispositionem Adriani Galli habendam esse pro mero, & simplici Legato pio Missarum, cujus proinde Marcellus capax judicandus sit etiam in statu conjugali, præcipuè quia nulla intercessit auctoritas Ordinarii juxta regulam *Textus in cap. Ad hæc de Relig. Dom.*, nulla fuit à Testatore præscripta Ecclesia, nullumque designatum Altare, in quo essent Sacra celebranda. Quamobrem, inspecta indole, ac natura Relicti, præsto sit vulgata juris communis censura sinens, ut hujus generis Legatum rectè assequi, & retineri valeat à Laicis, Infantibus, ac etiam à Mulieribus *Gonzal. ad Regul. Cancell. gloss. 5. num. 20. & 26.*, *Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 15. num. 4.*, *Garz. de Benef. part. 1. cap. 2. num. 102. & seqq.*, & Sacra hæc Congregatio in *Romana Cappellaniæ 12. Julii 1721.*, *& in Civitatis Castelli 1. Martii 1766.*, in qua cum ageretur de Puero sexenni; proposito Dubio = *An Paulus Nicolaus Bonvisa sit capax consequendi Cappellanias, seu Legata pia ordinata à Com. Montemarte* = responsum fuit = *Affirmativè*.

Fortius quia hoc Legatum, donec vixit, possedit, retinuitque Carolus Galli Marcelli Pater in statu conjugali ex Decreto in actu Sacræ Visitationis facto ab Archiepiscopo; cujus judicium ut plurimum confert ad demonstrandam indolem, & naturam Legati ex firmatis per *Vivian. de Jurepatr. lib. 6. cap. 6. n. 38.*, *Piton. discept. Eccles. alleg. 123. num. 7.*, *Rota in Firmana Cappellaniæ 15. Martii 1754. §. 10. coram bo. me. Borrull.*, *in Nucerina Cappellaniæ 28. Junii ejusdem anni §. 8. coram bo. me. Canilliac*, *& in Setina Beneficii, seu Legati pii 10. Martii 1758. §. 7. cor. R̃mo P. D. Ratta*.

Nec obstare ait, Testatorem voluisse, quòd Legatum, defunctis iis ab ipso nominatis = *vada a quel Prete, che si troverà della mia Casa il più prossimo però* =, quia voluntas intelligenda sit, ut in usufructu Locorum Montium præferatur Presbyter, quatenus existat in Familia, non autem ut laicalem Legati qualitatem in Sacerdotalem immutet per ea, quæ docent *Fargn. de Jurepatr. par. 2. cas. 14. n. 14.*, *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 47. num. 28.*, *Rot. in Tudertina Cappellaniæ 5. Aprilis 1715. §. Quin oppositum coram bo. me. Cerro*, *& in Firmana Cappellaniæ 7. Junii 1751. §. 11. cor. cl. me. Card. Matthæjo*.

Duo ad Causæ decisionem ponderanda sunt. Primum, quòd Te-

Testator ab assignatione ususfructus Locorum Montium Legatum incæpit, ac semper de illorum usufructu loquutus fuit in demandatis substitutionibus; nullam unquam de Cappellania fecit mentionem; nemini jus nominandi vel Cappellanum, vel Legatarium reliquit; nullam præscripsit Ecclesiam; nullumque designavit Altare, unde censendum sit, Testatorem voluisse dumtaxat pium Relictum, suffragiumque Missarum, ut advertit *Piton. de controv. Patron. allegat.* 87. *num.* 3. *&* 10., & pluries firmavit *Rota*, & in specie *decis.* 182. *par.* 1., & *decis.* 264. *part.* 2. *Divers., & decis.* 1. *n.* 7. *& seq. cor. Buratt.*

Et alterum, quòd Testator non aliter Amandulense Capitulum in Legato substituit, nisi deficientibus omnibus Presbyteris de sua Familia, & proximitate. Cum autem adhuc Familia vigeat in filiis Oratoris, hinc erit perpendendum, utrum Legatum consideratum etiam in Sacerdotali qualitate retineri possit ab Oratore, donec aliquis ex suis Descendentibus efficiatur Legati capax, interim adimpleto Missarum onere, quemadmodum istud adimplendi per alium ipse Testator facultatem dederat Amandulensi Capitulo in extremum casum substituto, & pro *affirmativa* censuit Sacra hæc Congregatio in *Viterbien. Cappellaniæ* 18. *Junii* 1757., *in Cornetana proposita die* 6. *Maii, & resoluta die* 17. *Junii* 1775., *in Cremonen. Dispensationis proposita* 2. *Decembris dicti anni* 1775., *& resoluta die* 20. *Januarii* 1776., nec non videndæ sunt *aliæ plurimæ Resolutiones* in earum respectivè Foliis relatæ.

Circumfertur Scriptura Oratoris unà cum Informatione Archiepiscopi, & consensu interesse habentium: quocirca onus erit EE. VV. decernere

An, & quomodo Oratoris precibus sit annuendum in casu &c.

MESSANEN. REDUCTIONIS MISSARUM. Guillelmus Gemelli Messanensis gravatur numero septem Missarum quotidianarum, pro quarum facienda celebratione annuam eleemosynam unciarum 102. æquivalentium scut. 244. 80. monetæ Romanæ rependere debet: Illius Familia facultatibus lapsa est, Capitalium redditus plurimum imminuti, & è contrà Victualium pretia aucta sunt: Cum autem Guillelmus prematur etiam numerosâ Sobole, quam secundum proprium decentem statum alere debet, proindeque impar sit ferendo dicto *Sess.* 25. *cap.* 4. *de Reform.*

Mis-

Miſſarum oneri, preces obtulit, ut ſeptem Miſſæ quotidianæ ad unam reducantur ſaltem ad tempus, ſpondens, quòd ſi ad priſtinam devenerit fortunam, Miſſarum integram celebrationem reſumet.

De more requiſitus Archiepiſcopus ſuam tranſmiſit atteſtationem, in qua, rebus omnibus ſedulò perpenſis, & auditis intereſſe habentibus, aſſerit, ſupradictum Gemelli vera, & fide digniſſima expoſuiſſe. *Nam ejus Familia* (ſunt verba Archiepiſcopi) *e priſtino ſplendore mirum quantum deciderit cum redditus, proventuſque ejus ſuſtentationi ſufficientes valdè ſint imminuti. Accedit præterea filiorum, Conjunctorumquo magis, magiſque creſcens in dies numerus, Annonæ inſuper, neceſſariique victus pro temporis conditione, anguſtia, & caritas. Quibus omnibus efficitur, ut Orator minimè poſſit ſeptem quotidianarum Miſſarum expenſis ſatisfacere. Quare ut ejus Animæ quieti ſimul, & anguſtiis, quibus premitur, conſulatur*, cenſuit ejus precibus indulgeri poſſe, ut ſcilicet ſeptem Miſſæ ad unam quotidianam ad tempus ſaltem reducantur.

Præmiſſa cum relata fuiſſent inter Summaria Precum in Congregatione *diei* 23. *Novembris ſuperioris anni*, prodiit Reſcriptum = *Scribatur Archiepiſcopo juxta inſtructionem* = quæ fuit, ut tranſmitteret ſingulas Teſtatorum diſpoſitiones, & referret tàm de unoquoque onere, quàm de fructibus, qui ſunt unicuique oneri, ſeu Cappellaniæ aſſignati, nec non qui ſint annui redditus Patrimonii Oratoris, ac denique ſuum votum aperiret. Et quamvis Teſtatorum diſpoſitiones minime tranſmiſerit, *quia ingentia Teſtamentorum eſſent volumina*, ſufficienter tamen in reliquis ſatisfecit Archiepiſcopus priori loco enumerando Teſtatores, qui Oratorem prædicto Miſſarum onere gravarunt.

Horum primus fuit *Hieronymus Gemelli* Guillelmi Oratoris Avus paternus, qui in ſuo Teſtamento condito die 4. Februarii 1705. duo inſtituit Legata, ſeu duas Cappellanias, quibus duodecim Miſſarum qualibet hebdomada celebrandarum onus impoſuit; Pro dote prioris Cappellaniæ quoſdam aſſignavit redditus Fiſcales annuarum unciarum viginti, qui redditus, ut ait Archiepiſcopus, imminuti ſunt: Pro dote verò ſecundæ Cappellaniæ Cenſum aſſignavit, ex quo duodecim unciæ quolibet anno percipiuntur.

Alter Teſtator fuit *Petrus Gemelli* Oratoris Patruus, qui

in suo ultimo Testamento diei 8. Julii 1743. Cappellaniam pariter instituit cum onere Missae quotidianae, assignato redditu annuarum unciarum sexdecim ex augumentis Urbani Peculii vulgò *semestre* nuncupati repetendo.

Tertius demùm est *Dominicus Gemelli* Oratoris Pater, qui similiter in suo Testamento diei 16. Julii 1743., praeter quamplura Legata, quibus filium gravavit, tres simplices instituit Cappellanias, adjecto onere quotidianae celebrationis trium Missarum, pro quibus uncias quadraginta quinque annuatim exigendas à supradicto *semestri* designavit. Ac rursus aliud etiam onus quotidianae Missae subit Orator ex privato quodam scripto, quod ipsi credidit Pater, priusquam decederet, Conscientiam ejus onerans, ut alterius Sacrificii celebrationem, sicut & aliorum in publicis Tabulis descriptorum pari studio, ac diligentia curaret.

Relatis testamentariis dispositionibus, ad redditus quod attinet, subdit Archiepiscopus= *quòd praedictorum Legatorum, seu Cappellaniarum redditus hodiernum integri, ac imminutì manent pro causa superius descripta. Reliquum verò haereditatis, quod simul cum praefatis Legatorum redditibus totum Oratoris Patrimonium constituit, mirum in modum diminutum jacet* = Illi verò redditus, qui tùm ex redditibus fiscalibus, tùm ex pensionibus nonnullarum Domorum, tùm demum ex Praediis rusticis exiguntur, = *vix tertiam à sui ipsorum fundatione fructuum partem reddere nostris hisce calamitosis temporibus exploratissimum est*. Accedit insuper, Oratorem & gravibus super ipsa met paterna haereditate fuisse litibus involutum, & pluribus aliis piis, profanisque Legatis ex paterna dispositione oneratum reperiri.

Quibus positis, ut prosequitur idem Archiepiscopus, integrum Oratoris Patrimonium non majores reddit fructus, quàm unciarum 382., quae aequant scuta 916. 80. monetae Romanae, ex quibus, demptis *unciis centum & duabus* pro supradicta Missarum celebratione, itidemque demptis aliis *unciis* 60., quas idem Orator Sorori Moniali in Caenobio Montis Virginum quotannis rependere debet, nec non aliis annuis *unciis* 20., quas tribus Sororibus Consobrinis ad ipsarum vitam ex Testamento persolvit, & similitèr aliis *unciis* 12. pro fructibus quorumdam Censuum, queis tota haereditas obnoxia est, ac demum aliis subductis *unciis* 60., quas Orator vigore

Donationis propter Nuptias Primogenito suo solvere novissime promisit, ad liquidum patet, pro ipsius alimonia superesse tantum *annuas uncias* 128., quæ sc.307. 20. monetæ Romanæ respondent,

Hi autem, ut animadvertit Archiepiscopus = *adeo exigui redditus nostra hac tempestate, ac regione, in qua victualium omnium valde carum pretium est, alendæ familiæ, quæ satis numerosa est, & quidem miserrima, Oratori sufficere nullatenus possunt* = ejusque priorem confirmans sententiam ait = *Æquissima igitur erit EE.VV. benignitas, si cum videritis opimum cæteroquin Oratoris Patrimonium ad ferenda onera olim par, hodiè quàm maximè comminutum, septem Missarum quotidianarum ad unius tantùm celebrationem de Thesauro Ecclesiæ supplentes reducatis*,

Modum tamen adjciendum esse putat, nimirum = *ut eadem proportione, qua ad hæreditatem remeaverint, nedum superius dictæ unciæ* 80., *quas Orator Sorori, & Consobrinis quolibet anno persolvit, vèrum etiam illæ unciæ* 80., *quas Oratoris Genitor binis aliis fratribus, unà cum illis aliis unciis* 72., *quas Orator in Transactione quoad vixerint adsignavit, post eorum verò mortem ad hæredem redituras, eadem inquam proportione Missarum celebratio resumatur* = concluditque demum, quòd hac servata methodo = *ad longum ævum Missarum celebratio minimè suspendetur, eo vel maxime, quòd Legatarii prædicti plurima senectute laborant, atque interea immani, quo premitur, pondere à benignissima EE. VV. dextera Orator liberabitur*,

Hæc omnia retulit Archiepiscopus in postrema sua Responsione. An autem Oratori competat nec ne Missarum reductio de jure, seu potius ex quadam æquitate ob eam rationem, quia dispositiones omnes procedunt ab iis, qui sunt ex illius Familia, vel in gradu ipsius ascendentali, & quos ejus honestæ sustentationi consultum voluisse putandum est, ipsi viderint Amplissimi Patres. Proponitur igitur definiendum Dubium.

An, & quomodo sit locus reductioni in casu &c.

Die

Die Sabbathi 9 Augusti 1777. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

REassumere dignabuntur Amplissimi Patres Folium præteritæ Congregationis habitæ die 19. nuper elapsi mensis Julii, & infrascriptis Dubiis tunc non propositis, sapientissime de more respondere.

LEODIEN. FRUCTUUM CANONICATUS, cujus unum est caput: *Sess.24.cap.14. de Reform.*

An, & à quo tempore Philippo Lamberto de Faijs debeantur fructus Canonicatus, & eidem à Capitulo sint restituendi in casu &c.

Fructus deberi post biennium carentiæ computandum a die receptionis, in reliquis negativè, & amplius.

FIRMANA LEGATI, in qua ambigitur *Sess.25. cap. 5. de Reform.*

An, & quomodo Oratoris precibus sit annuendum in casu &c.

Licere Oratori retinere legatum quousque aliquis de Familia idoneus evaserit ad formam Testamenti, adimpletis oneribus.

MESSANEN. REDUCTIONIS MISSARUM, in qua respondendum est: *Sess.25. cap.4. de Reform.*

An, & quomodo sit locus reductioni in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem.

Sess. 23. *cap.* 1. *de Reform.*, *&* *Sess.* 25. *cap.* 13. *de Regular.*

VERULANA JURIUM PAROCHIALIUM, ET PRÆEMINENTIARUM. Hujus Causæ specimen dedimus in Folio Congregationis *diei* 27. *Aprilis superioris anni* 1776., quod *reassumere dignabuntur Eminentissimi Patres*. In ea namque Congregatione gemina Dubia, quæ Causa secumferebat, nimirum I. *An*, *&* *ad quem spectet omnimoda tam actualis, quàm habitualis Animarum cura Parochianorum Collegiatæ Archipresbyteralis Ecclesiæ noviter erectæ S. Mariæ della Valle Terræ Montis S. Joannis in casu &c.* = & II. = *An*, *&* *quæ Præeminentiæ, Prærogativæ, ac Functiones competant Archipresbytero ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ in casu &c.* = ob temporis angustiam proponi non potuerunt: Iis verò repropositis in sequenti Congregatione habita *die* 18. *Maji dicti anni*, rescriptum fuit = *Dilata*, *&* *reportentur*, *&* *reformentur Litteræ Apostolicæ juxta votum Episcopi diei* 12. *Augusti* 1773.

Huic resolutioni non acquiescens Archipresbyter Viola sua jura iterum deducit, propugnatque, non reportandas, multoque minus reformandas, sed plenissimè exequendas esse Litteras Apostolicas erectionis Collegiatæ Ecclesiæ in Terra Montis S. Joannis, in quibus ei collata fuit prima, & unica Dignitas titulo Archipresbyteri novæ Collegiatæ Ecclesiæ, eique impositum fuit exercitium illius Curæ Animarum, eique demum concessi fuerunt omnes honores, omnesque præeminentiæ, & prærogativæ supra Canonicos. Harum enim Apostolicarum Litterarum reformationem nec de facto, nec de jure fieri posse contendit dictus Archipresbyter Viola: Non de facto, quia earumdem Litterarum expeditioni in iis terminis, in quibus expeditæ fuerunt, assensum præstiterunt nedum Canonici interesse habentes, sed etiam Verulanus Antistes, prævia ponderatione, prævioque examine *Summarii Supplicationis* illis à Litterarum Expeditore transmissi, quod idem Episcopus, ut in expressis in eo, & non aliis in terminis fieret expeditio Gratiæ, suo caracthere obsignavit, & quia idem Episcopus, & Canonici expeditas Litteras utpotè eorum respectivè consensui, & approbationi conformes plenissimè fuerunt exequuti. Non enim hodie decet insistere contra Litteras Apostolicas jam acceptatas, & executas *Rot. decis.* 362. *num.* 20. *&* *seqq. part.* 10. *Recent.*, *in Compostellana Resignationis super Nullitate* 7. *Decembris* 1753. §. 4. *cor. cl. me. Card. Bussio*, & in ejus confirmatoria *diei* 3. *Februar.* 1755. *similiter* §. 4. *cor. bo. me. Vicecomite*.

Mi-

Minusque de jure locum esse posse sustinet expetitæ Litterarum reformationi, quia hæc reformatio non admittitur, nisi in casu, in quo Litteræ Apostolicæ erroneæ sint, vel malè expressæ, vel sint à Supplicatione difformes *Mandos. in Tractatu de Signat. Grat. verb. Reformationes in princip.*, *Amijden. de stylo Datariæ cap.8 num.4.*, & ratio est, quia in casu difformitatis statur Supplicationi tamquam Matrici Litterarum Apostolicarum ex latè perpensis per *Fagnan. in Cap. Licet de crimine falsi n.21. cum plur. seqq.*, *& Rosa de Execut. Litterar. Apostolic. part.1. cap. 9. num. 23. cum pluribus seqq*: Ast ubi, prout in subjecta hypothesi, Litteræ Apostolicæ consonæ sunt cum Supplicatione ab Episcopo obsignata, tantum abest, quòd illæ reformationem mereantur, ut immò standum illis omninò sit, & juxta illius tenorem ferri debeat judicium juxta *Regulam 27. Cancellariæ Apostolicæ*, quam sequitur *Rota in annot. ad decis.79. num. 32. coram Ansaldo. decis.2241. num.5. coram Coccin., decis. 516. num.6. cor. Emer. Jun.*, *& in Compostellana Resignationis super Regressu 3. Februarii 1755. §.4. coram bon.mem. Vicecomite.*

Quod autem pertinet ad conventiones initas inter Parochos respectivarum Paræciarum, quas supprimi, ac uniri erigendæ Collegiatæ Ecclesiæ, postularunt Summo Pontifici, nimirum quòd eorum quilibet, donec vixerit, retinere deberet nedùm redditus, sed etiam jura, & exercitium Curæ Animarum illius Ecclesiæ, in qua Parochus erat ante faciendam Parochialis suæ Ecclesiæ suppressionem, & unionem, in quibus versatur votum Episcopi *diei 12. Augusti* 1773., animadvertendum est, quòd redditus retineri loco Præbendæ commodè possunt, quia unaquaque Paræcia sua habet particularia Bona, quæ locantur. Non item quoad exercitium Curæ Animarum, quod nec admitti, nec exequi posse videtur, quoniam per suppressionem nullæ remanent reliquiæ Parochialium jurium, seu tituli suppressi, unde Parochi valeant ea exercere; Pugnat enim inter se, Parochos ex nunc petere suppressionem eorum respectivè Paræciæ, & reservare sibi ipsis exercitium jurium in eadem Paræcia, perinde ac si illa suppressa minimè fuisset, quod improbat *Rot. coram Otthobon. decis.44. num.19.*, *coram Tanar. decis.133. num.5.*, *& in Recent. de.359. n.4. & 5. part.14.*

Rursus anted. conventio exequi minime poterat, quia plurimas

rimas continebat incohærentias: Nam Ecclesia S. Mariæ *della Valle* in Collegiatam erecta geminos haberet Sponsos, Archipræsbyterum scilicet uti Caput, & primam Dignitatem Capituli, & Canonicum Antonini uti Parochum; Archipræsbyter in Choro Caput esset Capituli, in Functionibus verò Ecclesiasticis, sicut & in Funeribus, & Anniversariis ad Parochum pertinentibus simplex esset Canonicus: Similiter Ecclesia S. Mariæ *della Rendola* remaneret Archipræsbyteralis, ut antea erat, ac uti talis Matrix esset Ecclesia, ut Collegiata, & eodem tempore filialis esset Collegiatæ tamquam eidem unita, & id genus alia, quæ tamquam inexequibilia correcta fuerunt ab Officialibus Datariæ Apostolicæ. Hanc autem inexequibilitatem agnoverunt Episcopus, & Canonici interesse habentes, qui à prioribus conventionibus recedentes novas approbarunt, obsignavitque Verulanus Antistes *sub die* 21. *Septembris ejusdem anni* 1773. Summarium supplicationis emendatas conventiones secumferens. Non enim quid conventum antea fuerit, sed quid ab eisdem Partibus contrahentibus postea immutatum, approbatumque fuit ostendendum esse videtur *ad Text. in Leg. Non est novum 26. cum duob. seqq ff. de Leg.*, *& L. Pacta novissima 22. C. de Pactis*.

Hæc, & alia plurima perpendenda sunt ex Libello ab utraque Parte circumferendo. Resumpto itaque Folio *dict. diei* 27. *Aprilis* 1776. onus erit Amplissimorum Patrum ea, qua pollent, sapientia definire.

An sit standum, vel recedendum à decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 23. cap. 18. de Reform.

NULLIUS FARFEN. SEMINARIJ. Species hujus Causæ non semel, sed bis exposita fuit in Foliis hujus Sacræ Congregationis, *à quibus repetenda est*, primò scilicet in Causa *Romana Taxæ Seminarij diei* 11. *Augusti* 1742., quæ habetur *in Thesaur. Resolut. Tom. XI. pag.* 113., & secundò *in Nullius Farfen., & S. Salvatoris Majoris Seminarij diei* 25. *Januarij* 1749., quæ legitur *in eodem Thesaur. Resolut. Tom. XVIII. pag.* 7., & quæ causam præbet hodiernæ controversiæ. Tunc enim authumavit clar. mem. Cardinalis Lantes Abbas Com-

men-

mendatarius utriusque Abbatiæ simul unitæ, nimirum Farfensis, & S. Salvatoris Majoris, Seminarium, quod in Terra Tophiæ intra fines Abbatiæ Farfensis sita jam à centum & ultra retro annis legitimè, ac etiam Apostolica accedente confirmatione erectum fuerat ex voluntate Martij Ruffetti, qui in suo ultimo elogio Seminarium in eadem Terra erigendum hæredem universalem instituerat, pro quo plures etiam accesserant largitiones, tum ejusdem Communitatis Terræ Tophiæ, tum Communitatum aliarum Terrarum dictæ Abbatiæ Farfensi subjectarum, nec non cujusdam Alexandri Mausoni, transferendum esse à dicta Terra Tophiæ ad Monasterium suppressorum Monachorum à *Bireti* delatione nuncupatorum *Berrettanti*, quod ad alteram S. Salvatoris Majoris pertinet Abbatiam.

Causam deferri curavit Abbas ad hanc Sacram Congregationem; octo obsignata fuerunt proponenda Dubia, quorum tria, & mox dictam Seminarij translationem, & commutationem voluntatis Martij Ruffetti, ac demum assignationem reddituum Bonorum hæreditariorum dicti Ruffetti Seminario S. Salvatoris Majoris faciendam præcipue respiciebant: Vèrum cum in Contradictrices invenisset Universitates omnium Terrarum Abbatiæ Farfensis, Eminentissimus Abbas sub die 13 Novembris 1748. penes acta solemniter declaravit, fuitque protestatus, quòd ipse *non intendebat insistere, neque amplius instare pro dicta translatione Seminarij, & respective pro commutatione voluntatis Martij Ruffetti. Et propterea ex Dubijs aliàs subscriptis dixit delenda esse primum, secundum, & sextum, in quibus præcise agitur de dicta translatione Seminarij, & commutatione voluntatis.*

In Congregatione igitur *diei* 25. *Januarij* 1749. proposita fuerunt residualia quinque Dubia his verbis concepta = *I. An sit locus restitutioni Seminarij in Ædibus Monasterij Abbatiæ S. Salvatoris Majoris pro Alumnis dictæ Abbatiæ? & quatenus affirmative = II. An annua præstatio scutorum* 144. *ex Mensa Abbatiali S. Salvatoris continuanda sit Seminario Tophiæ, seu potius debeatur Seminario S. Salvatoris in casu &c. = III. An & pro qua quota sit locus arbitrio Eminentissimi Abbatis applicandi dicto Seminario S. Salvatoris Taxam scutorum* 150. *à Seminario Romano dismembratam? = IV. An, & quot Alumni de Abbatia S. Salvatoris retineri possint in Seminario Toffiæ in vim dispositionis Testamentariæ quondam Mar-*

tij

tij Ruffetti ? = *V. An dicto Seminario Toffiæ debeantur præstationes tam dictorum annuorum sc.* 150. *quàm aliorum scutorum* 144. *decursæ* , *& non solutæ pro tempore* , *quo non fuerunt retenti Alumni in dicto Seminario* ? = quibus responsum fuit *Ad I. Affirmative* . *Ad II. Negative ad primam partem* , *Affirmative ad secundam* , *& amplius* . *Ad III. Dilata* . *Ad IV. Dilata* . *Ad V. quoad scuta* 144. *Negative* , *in reliquis dilata* .

His autem tribus Dubiis , quorum resolutio *Dilata* fuerat , repropositis in Congregatione *diei 6. Decembris ejusdem anni* 1749.,responderunt Eminentissimi Patres *Ad I. Affirmative quoad medietatem* . *Ad II. Affirmative pro medietate* , *juxta vires hæreditatis* . *Ad III. Negative* .

Post hæc Eminentissimus Abbas anno 1751. preces obtulit sa.me. Benedicto *XIV*. narrans , quòd = *sono più anni* , *che si trova aperto il Seminario nel detto Monastero* (S. Salvatoris Majoris) *con numero ben grande di Alunni* , *ed all'incontro è rimasto chiuso il Seminario di Toffia senza speranza di riaprirlo à cagione delle sue poche rendite appena bastanti pel mantenimento dei soli Ministri*, *come risulta dallo Stato di un Triennio esattamente formato* = Idcirco postulavit = *a volersi benignamente degnare di concederli la facoltà di poter trasferire almeno per modo di provisione le rendite spettanti al detto Seminario di Toffia con unirle à quelle del Seminario di S. Salvatore Maggiore* , *affinche vi si possano ammettere gli Alunni Farfensi* , *ai quali resta altrimenti affatto inutile il Seminario di Toffia* , *quando non possa sussistere* , *come frattanto le sue poche rendite non hanno* , *ne possono avere alcun uso* ,

Hujusmodi preces Sacratissimus Princeps,*attentis expositis*, remisit arbitrio Emi Abbatis , qui utens facultatibus sibi tributis , redditus Seminarii Toffiensis applicavit , ac univit Seminario S. Salvatoris Majoris = *juxta declarationem per nos faciendam in Decretis Sacræ Visitationis dicti Seminarii S. Salvatoris Majoris* = : An autem hæc declaratio facta revera fuerit ab Eminentissimo Abbate, & cujus tenoris illa sit , penitus ignoratur .

Nuperrimè Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Toffiæ, istiusque Communitas , totaque Farfensis Universitas supplicarunt *SANCTISSIMUM D. NOSTRUM fæliciter Regnantem* , ut in executionem voluntatis pii Testatoris Martii Ruffetti restitueretur , vel iterum aperiretur in Terra Toffiæ Seminarium jam olim erectum cum omni-

omnibus suis Bonis, & redditibus, quibus ante illorum applicationem factam Seminario S. Salvatoris Majoris fruebatur; delegatisque precibus ad hanc Sacram Congregationem, auditus fuit R. P. D. Administrator utriusque Abbatiæ, qui sensum suum aperuit Universitatibus Farfensibus omninò contrarium duplici præcæteris innixus fundamento, primo quia in Terra Toffiæ Ædificium adest prorsus impar ad Seminarium retinendum, & secundo quia ejus redditus adeò tenues sunt, ut cum illis vix ali possint ejusdem Seminarii Ministri.

Nihilominus Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Toffiæ, & Universitates Farfenses, obtenta prius facultate ad examen iterùm revocandi præcedentes hujus Causæ resolutiones captas anno 1749., geminis aliis superadditis Dubiis respicientibus firmitatem antedicti Benedictini Indulti, & Seminarii restitutionem, modò sustinent Indultum Benedictinum nequaquam subsistere, Seminarium verò restituendum esse in Terra Toffiæ. Plura congerunt in eorum libello circumferendo; quibus probare conantur, *exposita* in precibus Eminentissimi Abbatis esse minus vera, & quæ vera erant, reticita fuisse, proindeque sustineri non posse Pontificium Indultum ut potè labe subreptionis, & obreptionis infectum, *ad Text. in cap. super Literis, ibique Imola num.*19. *de Rescript.*. Ipsorum flagrans est desiderium, ut Seminarium, quod Martius Ruffetti, & Universitates Abbatiæ Farfensis pluribus propriis collatis Bonis, largitionibus, & emolumentis erectum, firmumque manens voluerunt, non in aliena Abbatia, nec in solitario loco, prout existit Monasterium S. Salvatoris Majoris, sed constituatur in Terra Toffiæ, in qua est Collegiata Ecclesia, & in qua Alumni commodius. & majori Dei cultu possunt in Ecclesiasticis disciplinis institui, juxta *Can. Quæ ipsis distinct.*38.

Contendunt insuper, redditus Seminarii Toffiæ, quos *ad tempus* tantùm uniri, applicari, vel transferri Seminario S. Salvatoris Majoris postulaverat Eminentissimus Abbas, esse eidem Seminario Toffiensi restituendos, aliter enim illorum applicatio, vel unio, vel translatio ab uno ad alium Seminarium, nec non ab una ad alteram Abbatiam apertam præseferret voluntatis Fundatorum commutationem, quæ permitti non solet, nisi justa, & necessaria causa concurrat, juxta sancita ab Oecumenico Concilio *sess.*22. *cap.*6. *de Reform.*

Atque hinc sustinent, nullam justam, & necessariam adfuisse causam, ut Seminarium clauderetur in Terra Tossiæ, utque eo privaretur Collegiata Ecclesia, utque demùm illius redditus unirentur Seminario alterius Abbatiæ S. Salvatoris Majoris. Probant enim, Ædes Seminarii Toffiæ Insulam efformare, illasque satis esse commodas, satisque proportionatas pro Alumnorum, Rectoris, Administrorum, ac etiam Vicarii Generalis Abbatiæ Farfensis habitatione: Itidemque probant, Seminarium habere redditus annuorum scutorum 645.: Probant, Seminarium tempore, quo illud clausit Eminentissimus Abbas, suis redditibus alimenta gratis uni de viginti Alumnis, Rectori, Ludi Magistris, aliisque Ministris suppeditasse: Probant demum, quòd idem Seminarium tunc temporis habebat residuales redditus in Annona præcipuè consistentes, qui attingebant summam scutorum 966. 24 ½, absque eo, quòd probari unquam possit, Seminarium æs alienum vel semel contraxisse. Quibus probatis, concludunt, quòd si Seminarii redditus tunc pares erant pro illius manutentione, pares modò quoque esse debeant pro iterata ipsius aperitione, & restitutione; Cum per temporaneam Alumnorum suspensionem tunc ab Eminentissimo Abbate factam Seminarium in Terra Toffiæ, in qua fuit erectum, minimè defecerit, nec adhuc deficiat ex firmatis per *Garz. de Benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 197. *& seqq.*, *& Corrad. in prax. benef. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 37., decrevitque hæc Sacra Congregatio *in Ferentina Beneficii* 16. *Januarii* 1762.

Eadem Sacra Congregatio admodum cautè se gessit in hisce applicationibus, vel dismembrationibus, vel translationibus concedendis, sive res sit de Cappellaniis, sive de Missarum oneribus, sive demùm de alicujus hæreditatis redditibus ad præscriptum pium opus destinatis; Easque multoties denegavit, aliquando tamen permisit, justa, & necessaria concurrente causa; Ast eas semper rejecit ob tertii præjudicium, ut promiscuè habetur *in Regien.* 5. *Augusti* 1719., *in Neapolitana Cappellaniarum* 16. *Junii* 1731., *in Romana Translationis oneris Missarum* 28. *Julii ejusdem anni* 1731.; *in Ariminen. Translationis Cappellaniæ* 20. *Decembris* 1732., *in Neapolitana Commutationis voluntatis* 7. *Februarii* 1733., *in Derthonen. Dismembrationis* 11. *Januarii* 1766., *& in Feretrana* 20. *Decembris ejusdem anni* 1766.

Et in simillimis terminis applicationis nonnullorum Subsidio-

diorum Dotalium ab hac Sacra Congregatione factæ favore Seminarii Ravennatensis juxta votum Archiepiscopi, eam ut potè subreptitiè extortam non substineri, & quidquid Seminarium exegit, esse ab ipso restituendum, definitum fuit *in Ravenn. Subsidiorum Dotalium* 11. *Januarii* 1766., in qua geminis propositis Dubiis I. *An applicatio Subsidiorum Dotalium, de quibus agitur, substineatur in casu &c.* = *& quatenus negative* = II. *An sit locus restitutioni summæ Seminario jam solutæ in casu &c.* = Sacra Congregatio respondit = *Ad* I. *Negative, & amplius* = *Ad* II. *Affirmative & amplius*.

Cætera habentur in Libello nomine Capituli Toffiæ, & Universitatis Farfensis circumferendo. Ex parte Abbatis Commendatarii nihil habuimus. Tria sunt definienda Dubia.

I. *An substineatur Indultum sa. me. Benedicti XIV. diei* 25. *Maii* 1751., *de quo agitur in casu &c.*

II. *An sit locus restitutioni Seminarii Farfen. ab Ædibus Monasterii S. Salvatoris ad Terram Toffiæ* = & quatenus affirmative.

III. *An sit standum, vel recedendum à decisis sub die* 25. *Januarii quoad I., III., IV., & V. Dubium, &* 6. *Decembris* 1749. *in casu &c.*

Dilata, & impetrentur facultates a SSmo, & Causa proponatur, citatis omnibus interesse habentibus, Procuratore Abbatis Commendatarii, Rectoris Seminarii SSmi Salvatoris, & ad mentem.

LEODIEN. Plurimis exortis controversiis inter Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Oppidi Tungrensis Leodien. Diæcesis, & Vicarios ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ, XII. in Congregatione habita *die* 12. *Maii* 1770. proposita fuerunt hujus Causæ Dubia, quæ erant. *Sess. 24. cap. 12. de Reform.*

I. *An sex Vicarii Collegiatæ Ecclesiæ Tungrensis sint perpetui, seu potius à Decano, & Capitulo ex legitima, vel rationabili causa possint ab Officio removeri, & Vicaria privari in casu &c.*

II. *An dicti Vicarii possint ad titulum earumdem Cappellaniarum ad Sacros Ordines promoveri in casu &c.*

III. *An iidem Vicarii teneantur assidue inservire Choro, &* *Ec-*

Ecclesiæ, seu potius in Festis dumtaxat, & etiam absentibus Canonicis in casu &c.

IV. *An debeant per se ipsos implere onera unicuique imposita, & canere Missas Chori, & postquam cantaverint primam Missam teneantur etiam interesse aliis ex consuetudine Ecclesiæ cani solitis in casu &c.*

V. *An & quæ retributio eisdem Vicariis debeatur intuitu onerum, & servitii Ecclesiæ in casu &c.*

VI. *An iidem distributionibus quotidianis potiri debeant, & de, ac quibus Anniversariis participare in casu &c.*

VII. *An, & quæ jurisdictio competat* Decano, *& Capitulo in eosdem Vicarios, ipsosque corrigere possint pœnis, ac mulctis pro modo excessuum, ac delictorum in casu &c.*

VIII. *An, & quæ facultas Decano, & Capitulo competat in casu absentiæ per dictos Vicarios protractæ ad mensem vel non completum, vel non continuum, seu quomodo sit providendum in casu &c.*

IX. *An, & quæ, & ad quod tempus concedenda dictis Vicariis sit vacatio à servitio Ecclesiæ in casu &c.*

X. *An Punctatoris officium perpetuò conferendum sit alicui ex dictis Vicariis, seu potius liberum sit Decano, & Capitulo ad idem officium quamcumque benevisam Personam assumere in casu &c.*

XI. *An, & in quibus horis Canonici teneantur interesse, & canere in Choro Divina Officia unà cum Vicariis in casu &c.*

XII. *An & quibus remediis, & à quo sint cogendi in casu deficientiæ in casu &c.*

Et quibus à Sacra Congregatione responsum fuit = *Ad I. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. Ad II. Affirmative, Ad III. Affirmativè ad primam partem, negative ad secundam. Ad IV. Teneri Vicarios adimplere onera per se ipsos, in reliquis iterum proponatur. Ad V. Arbitrio Capituli. Ad VI. Dilata, & scribatur juxta instructionèm. Ad VII. Dilata, & expectetur exitus Causæ in Rota. Ad VIII. Ut ad proximum. Ad IX. Dilata, & scribatur juxta instructionem. Ad X. Eligendum esse unum Clericum de Choro arbitrio Capituli. Ad XI., & XII. Dilata, & proponatur in mense Augusti etiam unica* =, istisque postremis XI. & XII. Dubiis repropositis in Congregatione *diei* 18. *Augusti ejusdem anni* 1770., prodiit Rescriptum = *Dilata, & coadjuventur probationes juxta-*

men-

mentem = ut videre est *in Tom.XXXIX. Resolutionum pag.*130., *&* 210.

Causa nunc redit ad judicium Eminentissimorum Patrum tam super Resolutis, quàm super Reservatis. Longum enim esset singula referre rationum capita, quæ Capitulum, & Vicarii sibi debita vicissim esse contendunt: Facta etiam sunt plurima, quæ dubiorum disputationi causam dederunt, quæque omnia si referrentur, præsens *Folium* in volumen excresceret, & ne nos longiori calamo, quàm par sit, repetere videamur eadem, quæ diserte proponuntur in dictis Libellis. Ex Libellis igitur hinc inde oblatis Amplissimi Patres, & ex repetita lectione Folii supradictæ Congregationis *diei* 12. *Maii*, *&* 18. *Augusti* 1770., quæ sequuntur, Dubia præ eorum doctrina definire poterunt.

I. *An sit standum, vel recedendum à decisis qnoad I., II., III., & IV. quoad primam partem, & respective V. & X. in casu &c.*

II. *An Vicarii postquam cantaverint primam Missam teneantur etiam interesse aliis ex consuetudine Ecclesiæ cani solitis in casu &c.*

III. *An iidem Distributionibus quotidianis potiri debeant, & de, ac quibus Anniversariis participare in casu &c.*

IV. *An, & quæ Jurisdictio competat Decano, & Capitulo in eosdem Vicarios, ipsosque corrigere possint pœnis, & mulctis pro modo excessuum, & delictorum in casu &c.*

V. *An, & quæ facultas Decano, & Capitulo competat in casu absentiæ per dictos Vicarios protractæ ad Mensem vel non completum, vel non continuum, seu quomodo sit providendum in casu &c.*

VI. *An, & quæ, & ad quod tempus concedenda dictis Vicariis sit vacatio à servitio Ecclesiæ in casu &c.*

VII. *An, & in quibus Horis Canonici teneantur interesse, & canere in Choro Divina Officia unà cum Vicariis in casu &c.* = & quatenus Affirmative.

VIII. *An, & quibus Remediis, & à quo sint cogendi in casu deficientiæ in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus.

CI-

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

CIVITATIS CASTELLI CAPPELLANIÆ. Anno 1746. Franciscus Guidelli ex Oppido nuncupato *il Giojello* Civitatis Castelli Diœcesis tunc Viduus, omnique prole destitutus in executionem voluntatis sibi commissae à Joanne Baptista ejus Patre, publico stipulato Instrumento dotavit, ac dotationis titulo cessit Cappellæ, sive Cappellaniæ sub invocatione S. Mariae ad Nives erigendæ in Ecclesia *S.* Christophori de Trevina dictæ Diæcesis Prædium cum omnibus adnexis Domibus, aliisque petiarum Terris sitis in dicto Oppido *il Giojello*, & sub eadem denominatione existentibus, nec non alias Domos, & Prædia sub diversis vocabulis sita in ejusdem Oppidi circumdario, nec non omnia Mobilia, Domusque Massaritias, & Animalia, quæ tempore ejus obitus in dictis Domibus, Prædio, & Terris extarent. Sibi tamen Fundator reservatum voluit usumfructum Bonorum cessorum, donec viveret, & interim Cappellanum percipere annua scuta octo tàntum cum onere celebrandi in supradicta Cappella Missàm unam in qualibet hebdomada: Defuncto verò Fundatore, voluit, quòd ususfructus cum Bonorum cessorum proprietate consolidaretur favore Cappellæ, & Cappellani pro tempore existentis, eidem indicto onere celebrandi, seu celebrare faciendi pro commodo Populi Missam in omnibus Dominicis, aliisque festivis diebus, nec non in Feria quarta, & in die Sabbati cujuslibet hebdomadæ in expiationem tum Animæ propriæ, tum suorum Ascendentium, suorumque Proximiorum. Ac demum jus nominandi Cappellanum, *s'intenda, e sia riservato a favore del detto Francesco Guidelli dotante, e de' suoi figli, se Iddio glie li concederà, e Discendenti in infinito* =, iis verò non extantibus, vel quandocumque deficientibus, jus nominandi reliquit Matthiæ Gabani, & post eum majori natu ex ejus filiis, & descendentibus in infinitum.

Post hæc Franciscus dotans ad secunda vota transivit, & ex hoc secundo Matrimonio septem suscepit filios, quorum quatuor sunt Fæminæ, tres Masculi in pupillari ætate constituti. Is autem adhuc vivens preces porrexit defuncto Summo Pontifici pro facultate revocandi dictam universalem suorum Bonorum donationem, sive dotationem favore Cappellæ, & Cappellani factam, ne adnati filii post ejus obitum fame pereant, firma tamen manente dotatione pro annuis scutis octo, prævia assignatione facienda certi Prædii ejusdem redditus. Ab hac

hac Sacra Congregatione, ad quam preces ablegatæ fuerunt, requisitum fuit votum Episcopi, fuitque pariter requisitus assensus tum Cappellani, tum in Patronatu substituti. Episcopus votis Oratoris adhæsit: Substitutus in Patronatu concedendæ gratiæ assentitur; Dissentit tamen Joannes Monini Pater Clerici Vincentii actu Cappellani, & in miseram dementiam prolapsi.

Interea decessit Franciscus. Paternam instantiam prosequuntur Filii, contradicente Joanne Monini. Illi quippè sustinent, donationem Bonorum à Patre factam favovore Cappellæ, & Cappellani propter supervenientiam filiorum subjectam esse revocationi ab eodem Patre ante obitum petitæ juxta præscriptum *in Leg. Si unquam Cod. de revocand. Donation.*, cujus censuram locum in præsenti casu non habere contendit Joannes, quia res sit de *dotatione* Cappellæ, non autem de *donatione* eidem factæ, & quatenus res esset de donatione, eam non subesse dictæ revocationi, tum quia Pater donans de nascituris filiis cogitaverit, tum etiam quia donatio fuerit particularis, non autem universalis, dum probatur, Donantem alia quoque possedisse Prædia valoris scutor. 3000. in Villa *Trestinæ*, quæ ab ejus filiis detinentur.

Jura enim, argumenta, circumstantiæ, & conjecturæ, quæ ab utraque Parte deducuntur pro substinendo concursu, vel exclusione citatæ *Legis Si unquam*, repeti poterunt *in respectivis Libellis à Collitigantibus circumferendis*. Illud unum animadvertendum est, quòd præcipuè à qualitate particularis, seu universalis donationis, vel dotationis; Donans, vel Dotans jam senio confectus in abstracto tantùm, non autem dispositivè de Filiis cogitavit. Non enim dixit, quòd donatio, seu dotatio valeret, etiamsi Filii supervenirent, servata formula tradita à *Bartolo in Leg. Titio Seja §. Imperator num.* 7. *ff. de Legat.* 2., nimirum = *Dono Bona mea, & volo, quòd propter supervenientes filios non possit revocari* = nec unquam indefinitam hanc filiorum mentionem alligavit explicitæ renunciationi *L. si unquam*, cujus providentia semper locum obtinet, quoties filiorum mentio unà cum expressa, & litterali renunciatione Legis beneficio copulativè non concurrat, & in his terminis videndæ sunt *decis.* 282. *coram Rezzonico, & in Spoletana Reintegrationis, & Immissionis* 17. *Januarii* 1755., *&* 4. *Februarii* 1756. *utraque cor. Stadion.*

At

At verò ponderatione dignum est, utrum Joannes Cappellani dementis Pater in hac Causa sit nec ne legitimus Contradictor. Ille enim nomine filii certat de captando, & in proprium usum convertendo Cappellaniæ lucro, quod filius ante dementiam non habebat. Scitum enim in jure est, Bona Clericorum dici peculium quasi Castrense, super quo Pater nec jus aliquod habet, nec usum, nec lucrum, nec administrationem ex *Textu in L.6.* . *ibique notat Salycet. C. de Bon. quæ liber.*, *Rot. decis.*18. *num.*8. *de Reb. credit. coram Falsoner.*; *decis.*125. *num.*5. *part.*7., *& decis.*380. *n.*18. *par.*19. *recen.* itaut potius in hisçe circumstantiis videatur tuendi pii operis onus devolutum esse, & spectare Defensori piarum causarum, qui utpote non citatus nec comparet.

His ponderatis, dignabuntur EE. VV. decernere,

I. *An, & pro qua quota sit exequenda Donatio, in casu &c.*

II. *An, & à quo tempore Cappellano debeantur fructus, & in qua summa in casu &c.*

*Sess.*21. *cap.* 7. *de Reform.*

PONTIS CURVI REÆDIFICATIONIS, ET TRANSLATIONIS ECCLESIÆ PARROCHIALIS. Episcopus Pontis Curvi anno 1739. pro recta Alumnorum in Seminario degentium institutione arcessivit Patres Doctrinæ Christianæ, quibus ejusdem Seminarii gubernium, & administrationem contulit ad suum beneplacitum. Anno verò 1742. dictum Seminarium à Civitate Pontis Curvi translatum fuit ad Oppidum Roccæsiccæ. Nonnulli ex dictis Patribus Seminarium sequuti sunt, reliqui separatam Domum constituentes in eadem Civitate Pontis Curvi, & in Ædibus antiqui Seminarii sine Ecclesia, ac sine alimentis permanserunt: Ut autem eorum necessariæ substentationi consultum esset, sa.me. Benedictus XIV. anno 1745. tunc vacantem Parochialem Ecclesiam S. Marci sæpedictæ Civitatis cum omnibus honoribus, & oneribus in administrationem eis ad decennium concessit.

Re-

Rector subinde alterius Parochialis Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli dictae Civitatis, quæ tamquam omni decore carens pluriès fuerat interdicta, eam anno 1749. resignavit in manibus prælaudati Summi Pontificis, qui suis Apostolicis expeditis Litteris sub datum XVIII. Kalendas Februarii dicti anni 1749. illam, praevia tamen suppressione collativi tituli hujus resignatæ Parochialis Ecclesiæ, cum omnibus ejus *B*onis, & redditibus perpetuò univit Domui dictorum Patrum Doctrinæ Cristianæ, ut potè qui supradictam alteram Parochialem Ecclesiam S. Marci finitimam possidebant, mandavitque, ut universa Animarum cura exequeretur in altera ex supradictis unitis Ecclesiis, quæ aptior ab Episcopo judicata fuisset, & tamquam aptior ab eo selecta fuit Ecclesia S. Michaelis Archangeli licet deformis, & fatiscens.

Quo posito, Patres Doctrinæ Christianæ solo æquarunt Ecclesiam S. Marci, quæ ruinam minabatur, novumque prope eam ædificarunt Collegium pro commoda Religiosorum habitatione. Novam etiam modò meditantibus Patribus construere Ecclesiam prope Collegium, & in eam transferendi munia Parochialia, quæ in Ecclesia S. Michaelis Archangeli exercentur, contradictores invenerunt Parochianos ejusdem Parochialis Ecclesiæ propugnantes, ipsis admodum incommodam esse noviter construendam Ecclesiam pro Sacramentorum receptione, ideoque vel esse restaurandam, vel è fundamentis ædificandam illam S. Michaelis in eodem situ, in quo nunc semidiruta existit.

Super precibus hinc inde porrectis huic Sacræ Congregationi auditus de more fuit Episcopus, qui post factam relationem jurium utrique Parti competentium in eam descendit Sententiam = *ut Animarum cura ab Ecclesia S. Angeli haud tolleretur, & in illius met situ jam utrique Populo satis commodo nova Ecclesia suscitaretur, quoties tamen ipsi met Parochiani sibi hujusmodi Ædificii intra congruum annorum curriculum suis expensis perficiendi onns assumant, atque formiter obligent, caveantque recepto nihilominus à Patribus prædictis ambarum Parochialium redditu quoad summam exsuperantem detractis expensis pro ea in alia Ecclesia interim exercenda necessariis, & congrua alimentaria Vicario curato debita* = : Plures tamen subdit animadversiones legendas in ejus Informatione à Collegio Doctrinæ Christianæ unà cum suis juribus circumferenda. Nullus hactenùs fuit à Parochianis Libellus exhibitus. Quinque sunt Dubia, in quibus

bus tota quæstio versatur. Videant igitur Eminentissimi Patres, qua juris ratione ea sint expedienda.

I. *An sit locus reædificationi, & ampliationi Ecclesiæ Parochialis S. Michaelis Archangeli, sive potius illius restaurationi in casu &c.* = & quatenus affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

II. *An reædificanda sit in eodem situ, seu potius transferenda ad aliam prope Collegium Doctrinæ Christianæ iu casu &c.* = & quatenus negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

III. *An liceat vendere situm antiquæ Ecclesiæ ad effectum erogandi pretium in constructionem novæ Ecclesiæ in casu &c.*

IV. *An, & cujus expensis novæ Ecclesiæ ædificatio, aut antiquæ restauratio facienda sit in casu &c.* = & quatenus Parochianorum.

V. *An sit imponenda Taxa, seu Collecta, & quomodo in casu &c.*

Sess. 22. cap. 4. & Sess. 24. cap. 12. de Reform.

PLACENTINA. In Collegiata Ecclesia S. Antonini Civitatis Placentiæ plures sunt Canonici, quorum Præbendæ pro una parte sunt Præsbyterales, & pro parte altera Diaconales, & Subdiaconales, iidemque *ex lege Fundationis* cujusvis Præbendæ onus habent per Turnum & in eorum hebdomada *personaliter* juxtà eorum ordinem canendi, & servitium præstandi Missæ Conventuali, quæ in eadem Ecclesia quotidie celebratur: Adsunt etiam in ea Clerici Præbendati simplices, & Mansionarii, quibus inserviendi in canendis Missis Conventualibus nullum onus incumbit. Stylus invaluit apud Canonicos tàm Præsbyteros, quàm Diaconos, & Subdiaconos, eorum turnarium onus diebus feriatis implendi per alium etiam extraneum, ei tributa præter consuetam eleemosynam congrua mercede pro servitio ab ipso voluntarie præstito.

Hinc præterito labente Sæculo, plura exorta fuerunt dissidia Canonicos inter, & Præbendatos, istis authumantibus comparticipationem nonnullarum Distributionum, nec

non

non quòd Canonicis interdictum esset Extraneum substituendi pro eorum onerum implemento. Has controversias *Anno* 1685. diremit Transactio eos inter, & Canonicos stipulata, auctorante Vicario Capitulari, tunc Sede Episcopali vacante. In ea namque, omissis conventionibus initis super distributionibus, quae ad praesentem causam non pertinent, quod attinet ad servitium à Canonicis praestandum per Substitutos conventum fuit *in Cap.6.* relatae Transactionis = *quod onus assistendi ad munus Diaconi, & Subdiaconi spectans ad DD. Canonicos Diaconos, & Subdiaconos in Missis cantandis singulis diebus debeat impleri per Praebendarios tantùm dictae Ecclesiae, exclusis extraneis, ideoque teneantur dicti DD. Praepositus, & Canonici eligere duos ex dictis Praebendariis pro assistentia Diaconi, & Subdiaconi in dictis Missis cantandis, & electio fieri debeat per Turnum, & de hebdomada in hebdomadam incipiendo à Senioribus, ita quòd duo Seniores in prima hebdomada interveniant pro Diacono, & Subdiacono, & successivè alii Seniores usque ad Juniorem, & de hebdomada in hebdomadam, & pro quo munere adimplendo teneantur, & debeant DD. Canonici Diaconi, & Subdiaconi singulis annis solvere solitam praestationem librarum 240. Imperialium in totum distribuendarum favore eorum tàntum, qui ut supra praedictum munus Diaconi, & Subdiaconi impleverint.*

Hujusmodi conventionem observarunt usque ad hodierna tempora nonnulli ex Praebendatis, caeteris observantiam Conventioni praestare detrectantibus. Cum autem Canonici praetendant, jus sibi ipsis esse etiam mulctis pecuniariis cogendi reluctantes Praebendatos ad ejusdem Conventionis observantiam, factum hinc est, quòd Praebendati preces porrexerunt huic Sacrae Congregationi, ut declaretur = *Che in vigore di convenzione non possono ne il Capitolo, ne i Canonici Diaconi, e Suddiaconi constringere con multe pecuniarie il pieno ceto de Prebendati ad esercitare perpetuamente, ed indissolubilmente gli Ufficii personali di essi, che non sono del proprio suo Ceto, mà soltanto i volontarj accettanti, mediante però sempre un particolare Indulto Apostolico, che dispensi i mentovati Canonici dal proprio loro dovere, non ostante la precitata Convenzione.*

Datae fuerunt Litterae pro Informatione, & Voto, auditis interesse habentibus, Placentino Episcopo, qui jura ab utraque Parte coram eo deducta transmisit ad hanc Sa-

cram Congregationem, & in voto fuit, quòd = *ex memorata Concordia jus satis clarum Capitulo favere videatur (quod tamen sapientissimo EE. VV. judicio relinquo) censeo, audiendos non esse Præbendatos, sed iis potius indicendum, ut Concordiam observent absque ulteriori judicio.*

Nunc judicium Amplissimorum Patrum exquiritur, Partibus jura sua non deducentibus. Ex iis tamen ab Episcopo transmissis patet, Canonicos contendere, observandam omnino esse Transactionem, quæ in implicito validitatis statu manet, donec in suo congruo judicio, & per tres Sententias conformes ea revocetur, declareturque invalida, & insubsistens ex traditis per *Rot. cor. Ansald. decis.* 49. *num.*33.

Addunt insuper, nullum esse ambigendi locum, quin Transactio valida sit, & subsistens ex duplici fundamento, *primo*, quia illa inita fuit ad tramites *Cap. Statuimus de Transaction.*, nimirum interessente, & approbante Ordinario, cujus approbatio, deficiente quoque Beneplacito Apostolico, satis exuberat pro Transactionis firmitate in præsenti casu, in quo res versatur inter Ecclesiasticas Personas unius, ejusdemque Ecclesiæ ad firmata per *Card. de Luca de Præeminent. disc*5. *num.*7., *& de Canon. disc.*30.*num.*10., *Card. Petra ad Constit. VI. Honorii III. num.*104.*tom.*2., *Rota cor. Coccin. decis.*1195.*num.*2., *& cor. Falconer. de Pact. decis.*10. *num.*10.: Imò quatenus etiam necessarius fuisset interventus Apostolici Beneplaciti, sustinent, illud etiam intercessisse, quoniam vi Brevis san. mem. Gregorii XIII. *sub datum diei* 12. *Martii* 1585. concessæ fuerunt facultates omnibus Episcopis, & Vicariis Placentinis approbandi tamquam Delegatis Apostolicis quemlibet Contractum, & quamlibet alienationem Bonorum, vel jurium Ecclesiæ, dummodo tamen Contractus, vel alienatio non excedat valorem vigintiquinque Ducatorum auri de Camera.

Urgent *secundò*, quod etiamsi non constaret de Beneplacito Apostolico, istud tamen favore Transactionis esset præsumendum post lapsum ferè centenarii temporis, quemadmodum *ab anno* 1685., quo inita fuit Concordia usque ad hodierna tempora lapsi jam sunt anni 92. muniti jugi, constantique observantia, quam etiam affirmant ipsi met Præbendati *Rota coram Lancetta dec.*485.*n.*4., *& cor. Crescent. decis.*223.

E contra verò Præbendati contendunt, Transactionem, de qua

qua agitur, nequaquam esse attendendam, utpotè adversantem Conciliari sanctioni *Sess.22.cap.4.*, *& Sess.24. cap.12.de Reformat*, idque judicandum sit, licet Concordia munita reperiatur quavis observantia, & consuetudine, prout in casu excludendi Substitutum pro aliorum onerum implemento firmat *Barbos.ad Concil. Trident. cit. sess.24. cap.12. de Reformat. num.111., & in Tractatu de Canon.*, *& Dignit. cap.31. num.2. & seqq.*: Cum quilibet Dignitatis, Canonicatus, vel Beneficii possessor in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis teneatur *per se ipsum* Ecclesiæ inservire, dummodo non sit legitimè impeditus, veluti dicta non obstante Transactione contra Canonicos viget adhuc resolutio hujus Sacræ Congregationis edita *sub die* 29. *Martii* 1710., in qua proposito II. dubio = *An Canonici Collegiatæ Ecclesiæ S.Antonini Præbendas Sacerdotales obtinentes teneantur in eorum respectivè hebdomada celebrare, & canere Missam Conventualem etiam diebus ferialibus per se ipsos, & non per Substitutos* = responsum fuit = *Affirmativè* = ut in *lib.* 60. *Decret. pag.*123., *&* 124.

Subdunt etiam, quòd Vicarius Capitularis utcumque munitus *generalibus* facultatibus in Gregoriano Brevi illi tributis, facultatem tamen non habebat approbandi supradictam Transactionem, utpote quæ derogationem Legibus Fundationum Præbendarum Canonicalium secumferebat, ideoque *specialis* requirebatur facultas, præsertim ad effectum obligandi universum Præbendatorum cætum, ejusque Successores: Approbatio enim, & confirmatio Concordiæ, vel Contractus, vel alienationis jurium, & Bonorum Ecclesiæ, quæ excedant valorem *Capituli Terrulas* pertinent ad majora jura, & prærogativas Pontificiæ Jurisdictionis, proindeque speciali indiget expressione, ac delegatione, nec sub generali licet prægnanti concessione plerumque continetur ex firmatis per *Zerol. in prax. Episcop.par.1.verb.Vicarius §.12.*, *Pax Jordan. lucubrat. Canon. tom.2.lib.12.tit.1.num.209.*, *Barbos. de Offic.*, *& Potest. Episcop. part.3. allegat.54. num. 106.*, *Monacell. Formul. Eccles. tom.primo tit.primo num. 2.*, *& Cardin. Petra ad Constitut. Apostol.tom.1. Constit.1. S.Leon.Mag. sect.2. num.82.*

Quod autem spectat ad observantiam tantoperè necessariam, ut præsumi jure posit Beneplacitum Apostolicum, ajunt Præbendati, tantùm abesse, ut illa probetur à Canonicis, quod imò constare ex eorum plurium Præbendatorum jurata

rata depositione, Transactionem usque ab initio non ab aliis executam fuisse nisi à Præbendatis illam *voluntariè* exequentibus, *involuntarios* verò, vel eam exequi per Turnum renuentes nunquam per Canonicos ad illius observantiam fuisse cohibitos.

Quæ hactenus relata sunt, habentur in Libellis à Canonicis, & Præbendatis exhibitis coram Episcopo. Superest modò, ut, illis ab EE.VV. sedulo perpensis, decernatur.

I. *An sit valida, & sustineatur Transactio anni* 1685. *in casu &c.*

II. *An Præbendati, & Mansionarii Collegiatæ Ecclesiæ S. Antonini, qui approbarunt, & ratihabuerunt dictam Transactionem cum Canonicis ejusdem Ecclesiæ stipulatam anno* 1685. *ligare potuerunt eorum Successores in casu &c.*

III. *An Canonicis Diaconis, & Subdiaconis jus sit virtute dictæ Transactionis compellendi Præbendatos, & Mansionarios etiam mulctis pecuniariis ad præstandum servitium conventum in eadem Transactione in casu &c.*

IV. *An licitum sit Canonicis Presbyteris, qui tenentur per se ipsos celebrare cum assistentia Concanonicorum in Ordine Diaconatus, & Subdiaconatus, eamdem assistentiam recipere à Præbendatis, & ab aliis Presbyteris etiam extraneis sine Indulto Apostolico in casu &c.*

Die

Die Sabbathi 30. Augusti 1777. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

CUM quatuor, quæ subjiciuntur Causæ, propositæ non fuerint in antecedenti Congregatione habita die 9. labentis mensis Augusti, in cujus reassumendo Folio fuerant descriptæ, placeat Eminentiis VV. eas hodie examini subjicere, ac definire.

LEODIEN., cujus VIII. sunt Capita.

Sess 24. cap. 12. de Reform.

I. *An sit standum, vel recedendum à decisis quoad I., II., III., & IV. quoad primam partem, & respective V. & X. in casu &c.*

II. *An Vicarii postquam cantaverint primam Missam teneantur etiam interesse aliis ex consuetudine Ecclesiæ cani solitis in casu &c.*

III. *An iidem Distributionibus quotidianis potiri debeant, & de, ac quibus Anniversariis participare in casu &c.*

IV. *An, & quæ Jurisdictio competat Decano, & Capitulo in eosdem Vicarios, ipsosque corrigere possint pœnis, & mulctis pro modo excessuum, & delictorum in casu &c.*

V. *An, & quæ facultas Decano, & Capitulo competat in casu absentiæ per dictos Vicarios protractæ ad Mensem vel non completum, vel non continuum, seu quomodo sit providendum in casu &c.*

VI. *An, & quæ, & ad quod tempus concedenda dictis Vicariis sit vacatio à servitio Ecclesiæ in casu &c.*

VII. *An, & in quibus horis Canonici teneantur interesse, & canere in Choro Divina Officia unà cum Vicariis in casu &c.* = & quatenus Affirmative.

VIII. *An, & quibus Remediis, & à quo sint cogendi in casu deficientiæ in casu &c.*

Ad I. In Decisis quoad omnia, & amplius.

Ad II. Affirmativè juxta solitum, & amplius.

Ad III. Vicarios potiri non debere distributionibus quotidianis ex Massa Canonicorum provenientibus; In reliquis Affirmativè pro iis Anniversariis, in quibus non obstat lex Fundationum, & amplius.

Ad IV. In Decisis, & amplius.

Ad V. Competere Capitulo facultatem mulctandi Vicarios absentes absque licentia Capituli, vel per subtractionem quotidianarum distributionum eorumdem Vicariorum, quatenus adsit, vel per subtractionem Fructuum Vicariarum correspondentium diebus absentiæ.

Ad VI. Concedendam esse Vacationem duorum mensium per turnum temporibus à Capitulo præfiniendis, excepto Adventu, & Quadragesima, & amplius.

Ad VII., & VIII. Dilata, & ad Mentem.

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

CIVITATIS CASTELLI CAPPELLANIÆ, in qua duo Dubia disputantur.

I. *An, & pro qua quota sit exequenda Donatio in casu &c.*

II. *An, & à quo tempore Cappellano debeantur fructus, & in qua summa in casu &c.*

Ad I. Affirmativè ad formam Instrumenti Donationis.

Ad II. Fructus deberi à die obitus Francisci Guidelli.

Sess. 21. cap. 7. de Reform.

PONTIS CURVI REÆDIFICATIONIS, ET TRANSLATIONIS ECCLESIÆ PAROCHIALIS, cujus V. sunt Dubia.

I. *An sit locus reædificationi, & ampliationi Ecclesiæ Parochialis S. Michaelis Archangeli, sive potius illius restaurationi in casu &c.* = & quatenus affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

II. *An reædificanda sit in eodem situ, seu potius transferenda ad aliam prope Collegium Doctrinæ Christianæ in casu &c.* = & quatenus negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

III. *An*

III. *An liceat vendere situm antiquæ Ecclesiæ ad effectum erogandi pretium in constructionem novæ Ecclesiæ in casu &c.*

IV. *An, & cujus expensis novæ Ecclesiæ ædificatio, aut antiquæ restauratio facienda sit in casu &c.* = & quatenus Parochianorum.

V. *An sit imponenda taxa, seu collecta, & quomodo in casu &c.*

Non pzopofita, cum reliquis.

PLACENTINA, in qua IV. Capita expedienda sunt. *Sess.22.cap.4. & Sess.24. cap. 12. de Reform,*

I. *An sit valida, & sustineatur Transactio anni* 1685. *in casu &c.*

II. *An Præbendati, & Mansionarii Collegiatæ Ecclesiæ S. Antonini, qui approbarunt, & ratihabuerunt dictam Transactionem cum Canonicis ejusdem Ecclesiæ stipulatam anno* 1685. *ligare potuerint eorum Successores in casu &c.*

III. *An Canonicis Diaconis, & Subdiaconis jus sit virtute dictæ Transactionis compellendi Præbendatos, & Mansionarios etiam mulctis pecuniariis ad præstandum servitium conventum in eadem Transactione in casu &c.*

IV. *An licitum sit Canonicis Presbyteris, qui tenentur per se ipsos celebrare cum assistentia Concanonicorum in Ordine Diaconatus, & Subdiaconatus, eamdem assistentiam recipere à Præbendatis, & ab aliis Presbyteris etiam extraneis sine Indulto Apostolico in casu &c.*

NEPESINA JURISPATRONATUS. Fatiscente Collegiata, & Parochiali Ecclesia S. Stephani Oppidi *Fiani* Nepesinæ Diæcesis, orta fuit quæstio inter ejusdem Oppidi Communitatem, & Baronem vicissim contendentes Ecclesiam esse restaurandam à suo respectivè Contradictore tamquam ejusdem Ecclesiæ Patrono. Res delata fuit ad hanc Sacram Congregationem, quæ sub *Sess* 14. *cap.* 12. *de Reform.*

die 11. *Augusti* 1771. mandavit, ut Causa, quæ tunc sub uno Dubio super Ecclesiæ restauratione facienda proposita fuerat, reproponeretur unà cum altero Dubio Patronatum respiciente. Reproposita igitur Causa fuit in Congregatione *diei* 28. *Augusti* 1773. geminis composita Dubiis, nimirum *I. An, & quis teneatur ad restaurationem Ecclesiæ Collegiatæ, & Parochialis Terræ Fiani, & Domus Archipresbyteralis in casu &c.* = *II. An*, & *ad quem spectet Patronatus ejusdem Ecclesiæ in casu &c.*=, quibus in sequenti Congregatione *diei* 18. *Septembris* 1773. responsum datum fuit = *Attentis particularibus circumstantiis in casu, de quo agitur, placere de Concordia, & fiat etiam ex officio per Eminentissimum Præfectum, juxta instructionem, facto verbo cum Sanctissimo*.

Hujus Rescripti virtute Concordia fuit stipulata, in qua Communitas, & Baro *Fiani* gravati fuerunt ad subministrationem certæ respectivè pecuniarum quotæ pro Ecclesia restauranda, salvis tamen, præservatisque juribus utriusque Partis super Patronatus Ecclesiæ pertinentia, de qua hodie, restaurata Ecclesia, quæstio proponitur.

Uterque Collitigans admittit, hic deficere documentum comprobans fundationem, vel constructionem, vel dotationem Ecclesiæ, ex quibus pertinentia Jurispatronatus ritè valeat desumi, ideoque recurrendum esse ad observantiam centenarium tempus excedentem, nec non ad actus, ad conjecturas, & circumstantias primum, & originarium titulum Jurispatronatus supplentes, & indicantes ex congestis per *Rot. in Colonien. Vicariæ* 28. *Junii* 1750. §. 6. *& seq. coram bon. mem. Canilliac.*, *& in Compostellana Jurispatronatus S. Tyrsi de Mavegundo* 30. *Januarii* 1756. §. 2. *coram Illustrissimo Figueroa*.

Quo posito, Partes viriliter pugnant inter se, & utraque sustinet, Ecclesiæ Patronatum ad alteram vicissim pertinere. Siquidem Pars altera contra aliam, ut Patronatum Ecclesiæ à se avertat, rejiciatque in suum Contradictorem, modò profert eademmet ipsa jura, eademque Patronatus indicia vicissim contra Baronem, & respectivè contra Communitatem militantia. nimirum Insignium insculptorum tam in interiori, quàm in exteriori parte dictæ Ecclesiæ, nec non Actorum Sacræ Visitationis, restaurationis Ecclesiæ, Ornamentorumque, & Sacrarum Suppellectilium renovationis, & similium, quæ in anteactis hujus Causæ propositionibus supra relatis de-

du-

ducta fuerunt, & una Pars contra aliam similiter excipit, insculpta Stemmata non perhibere certum argumentum Jurispatronatus, cum illa etiam apponi soleant à piis Benefactoribus, ut in Ecclesia maneat eorum liberalitatis, & religionis æternum monumentum, uti tradunt *Lotter. de Re benef. lib.2. quæst. 8. num. 33.*, *Corrad. in Prax. benef. lib.4. cap. 4. num. 31.*, *Rot. in Recent. decis.336. num.14. part. 18.*, *in Maceraten. Jurispatronatus Ecclesiæ* 5. *Maii* 1751. *§.final. coram bon. mem. Canilliac*.

Contendunt insuper hinc inde, quòd ab expensis in opus sarcitionis Ecclesiæ, illiusque Ornamentorum comparationem, seu renovationem erogatis rectè colligitur, eamdem Ecclesiam ad Erogantes pertinere vel jure Patronatus, vel jure dominii, ex firmatis per *Piton. de Controv. Patronor. alleg. 43. num. 4.*, *Fargn. de Jurepatron. part.5.can.12. cas.1. num.37.*, *Rot.coram Falconer. tit. de Jurepatr. decis. 33. num.9.*, *&* 10., *& in recent. decis.102. num.4. part.1.*

Duo sunt præ cæteris ab utraque Parte deductis ponderatione digna: *Unum*, quod urget Communitas contra Baronem, & *alterum*, quod Baro proponit adversus Communitatem: Urget enim Communitas, Ducem Marcum Otthobonum emisse Feudum Fiani, & in eum translata fuisse *jura Patronatus*, *seu Patronatuum*, *& præsentandi ad quæcumque Beneficia Ecclesiastica*, & Baronem reapse exercere jus præsentandi, dum Canonicatum, vel Beneficium vacare contingat, ideoque concludit, Juspatronatus Ecclesiæ Feudi adnexæ, quod in emptione litteraliter acquisivit, ad eum dumtaxat pertinere debere *Dec.cons.149.num.1.vers.Est istud,Lotter. de re benef.lib.2. quæst.9.n.58.*, *Rot. cor.Emerix jun.decis.698.n.2.*, *coram Molin. decis.609.num.16.*

Hanc tamen adversus objectionem Baro respondit, & sustinet, aliud esse Ecclesiam, & aliud Beneficium in Ecclesia, ita ut argumentum à Jurepatronatus Beneficii ad Juspatronatum Ecclesiæ locum non habeat, tantumque sit inter utrumque discrimen, quantum est inter continens, & contentum *Gonzal. ad Regul.Cancell.8.glos.10. num.8. cum seq.*, *Card. de Luca de Jurepatr. disc.12.n.6.*, *Franc. de Eccles. Cathedr. cap.16. num.24. &* 25., *& Rot. in Maceraten. Jurispatronatus Ecclesiæ* 17. *Junii* 1748. *§.* 18. *cor. Eminentissimo Migazzi*, additque præterea, quòd Arma Familiæ Ursinæ Feudi Venditricis, quæ intus Ecclesiam sunt, vel præseferunt signa collatæ libe-

ralitatis, & beneficii, vel indicant Jurspatronatum reservatum quoad Capitulum, non autem quoad Ecclesiam, ad *Text. in L. Legatum ff. de Administrat. rer. ad Civit. pertinen.*, & *in Romana Jurispatronatus 29. Januarii* 1762. §. 15. *cor. Rmo Olivatio*.

E'contra verò Baro proponit adversus Communitatem, eam anno 1743., publicis indictis Comitiis, præsente, & auctorante illius Visitatore Apostolico, cessisse Baroni, citra tamen ipsius consensum Juspatronatnm Ecclesiæ. Ex hac autem cessione per eumdem Baronem infertur *primò*, quòd cessio mirificé probet existentiam cessi Jurispatronatus penes Communitatem cedentem, quoniam quisque cedit, vel in alium transfert quod habet, quodque possidet. *Rot. decis.* 224. *num.* 2., & *decis.* 253. *num.* 18. *coram Ratto*: Et *secundò*, quòd Juspatronatus Ecclesiæ per cessionem tamquam à Barone cessionario non acceptatam in eum transire non potuit, sed penes Communitatem Cedentem remansit; quinimo cum adversus hanc cessionem ipsa Communitas reclamasset, hinc in aliis publicis Comitiis conclusum fuit = *che abbiasi ad intraprendere, e proseguire da questa Communità a proprie spese la lite per fare conoscere l'invalidità della cessione della Chiesa, e che venghi dichiarato dalla Sagra Congregazione del Buon Governo, che la Chiesa spetti alla Communità di Fiano*.

Hujusmodi explicitam confessionem pertinentiæ Jurispatronatus Ecclesiæ superantem quemlibet probationis gradum non obstare ait eadem Communitas, quia illa emissa fuit à particulari Consilio, à quo retractari non potest, quod ab universali fuerat super decreta cessione constabilitum *Rot. decis.* 92. *n.* 3. *par.* 14. *recen.*, *decis.* 651. *n.* 4. *coram Molin.*, & *decis.* 310. *n.* 17. *coram Ratto*.

Hæc, & alia sunt, quæ in circumferendis libellis ab utraque Parte deducuntur, quibus perpensis, onus erit EE. VV. ea, qua pollent, sapientia decernere

An, & ad quem spectet Patronatus Ecclesiæ Collegiatæ, & Parochialis Terræ Fiani in casu &c.

ROMANA CAPPELLANIARUM, ET LEGATORUM PIORUM. Die 24. Aprilis 1774. decessit Antonius Pelucchi Romanus, condito prius Testamento, in quo mandavit, ut de omnibus suis Bonis conficeretur Inventarium, eoque absoluto, quatuor in præscriptis Cappellis sitis in totidem pariter distinctis Ecclesiis Urbis erigi deberent Cappellaniæ, onere adjecto Cappellanis, quos pro prima vice nominavit idem Testator, quotidianum celebrandi Sacrum in dictis respectivè Cappellis, voluitque, ut ejus Hæredes fiduciarii pro dote Cappellaniarum tot cederent hæreditaria Bona stabilia, & Loca Montium, quot redderent annua scuta septuagintaduo pro unoquoque Cappellano: Itemque jussit, quò l Familiaribus suis, donec vixerint, idem solveretur salarium, quod eis ipse Testator vivens pendebat. *Seff. 25. cap. 5. de Reform.*

Rursus reliquit Ecclesiæ, & Sodalitio SS. Suffragii Urbis annua scuta sexaginta ex Locis Montium percipienda ad effectum illa quotannis erogandi in Anniversario in die sui obitus celebrando; reliquitque pariter alia annua scuta quindecim ex tot assignandis Locis Montium Ecclesiæ, & Sodalitio SSmi Cordis Jesu nuncupato *de' Sacconi* pro altero celebrando Anniversario.

Ulterius voluit, quòd arbitrio hæredum fiduciariorum quatuor anno quolibet essent conferenda subsidia dotalia totidem pauperibus Puellis, quòdque à dictis suis hæredibus ex emendis Locis Montium, in quibus erat, ut idem Testator ipsis hæredibus præceperat, erogandum pretium retrahendum ex venditione Officiorum Vacabilium, Argentorum, Mobilium, aliarumque rerum infructiferarum, tot essent assignanda Loca Montium, quæ redderent annua scuta centum à Confratribus dicti Sodalitii SSmi Cordis Jesu Pauperibus omnium Paræciarum Urbis distribuenda.

Ac tandem in hæredes suos fiduciarios nominavit R. P. D. Nicolaum Riganti, & Carolum Ferretti, quibus onus adjecit quamcitissimè exequendi voluntatem suam scriptam tàm in Testamento, quàm in Folio Fiduciæ, in quo mandaverat, quòd omne id, quod, impletis Legatis, & Ordinationibus in Testamento præscriptis superfuisset, ab eisdem Fiduciariis hæredibus traderetur Josepho, & Philippo Fratribus Pacini suis Consanguineis.

Absoluto Inventario, dicti Hæredes Fiduciarii pro erectione Cappellaniarum, simul, & pro exequenda voluntate Defuncti plures obtinuerunt prorogationes ab

hac

hac Sacra Congregatione, cui denique supplicem porrexerunt libellum, exponentes, vires hæreditatis Antonii Pelucchi tamquàm annui redditus scutorum 765. 95. impares esse ad onera præscripta ferenda, pro quorum implemento necessarii sunt redditus annuorum scutorum 887., & sic deficere annua scuta 121. 05., ideoque postularunt, ut ad effectum sese eximendi tum ab instantia Reverendæ Fabricæ S. Petri, tum à molestiis ab omnibus interesse habentibus sibi illatis, decernatur suspensio erectionis omnium Legatorum Piorum, vel eorum exequutio cum temporaria ipsorum reductione, donec scilicet vitalitia Familiaribus relicta per ipsorum obitum cessabunt, vel demum ulterior concedatur prorogatio temporis ad exequendam voluntatem Testatoris, nimirum quousque vires hæreditariæ pares sint ad illam adimplendam.

Hujusmodi preces unà cum aliis exhibitis à Margarita Pacini dictorum Fratrum Philippi, & Josephi de Pacinis germana Sorore, & paupere, & prole gravata ablegatæ fuerunt ad Eminentissimum D. Cardinalem Urbis Vicarium, ut, re maturè perpensa, dignaretur Sacram hanc Congregationem instructam reddere, & Votum suum aperire, auditis omnibus interesse habentibus, quibus, & in voce, & in scriptis auditis, perpensoque statu activo, & passivo hæreditatis Antonii Pelucchi Testatoris, sensit esse exequendam illius voluntatem, facta tamen ad tempus reductione eleemosynæ Missarum, Anniversariorum, aliorumque Legatorum Piorum, Vitalitiis exceptis, quousque vivant Familiares Defuncti.

Post hæc antedicta Margarita Pacini Testatoris consanguinea iterum adiit *SACRATISSIMUM PRINCIPEM*, postulavitque sibi subministrari ea annua scuta centum, quæ Testator præceperat esse distribuenda inter Pauperes Urbis, ut in hunc modum ejus extremæ, qua premitur, egestati consuleretur: Precibus annuit *CLEMENTISSIMUS NOSTER PRINCEPS*, mandavitque, ut ex dictis scutis centum subministrarentur *Oratrici, ejusque Filiis scuta quinquaginta usque ad exitum Causæ inter Legatarios in Sacra Congregatione pendentis, reservata sibi post finem dictæ litis ulteriori providentia.*

Jura sua modò deducunt Cappellani, & Hæredes Fiduciarii Pelucchi. Sustinent Cappellani, Defuncti voluntatem esse religiosissimè servandam, & exequendam juxta terminos *Auth. de Hæred.*, *& Falcid. in fin.*, *& Auth. de Nupt.*

Nupt. §. Disponat, quas sequitur *Rota in Romana Hæreditatis 6. Maii 1750. §. 2. coram bo. mem. Canilliac.*, & proinde in illius executionem erigendas esse Cappellanias absque ulla eleemosynæ, sive præscripti stipendii diminutione, veluti tradit *Amostaz. de Caus. Piis lib. 2. cap. 6. num. 10.*, *& seqq.*, *Card. de Luc. de Legat. disc. 13. num. 8.*, *Valent. de Re Eccles. vot. 21. a num. 25. ad 41.*, *Rot. decis. 680. num. 10. coram Cerro*, & respondit Sacra Congregatio *in Romana Reductionis Legatorum Piorum 21. Junii 1774.*, *& 6. Maii 1775.*

Maximè quia onus Missarum tamquam privilegiatissimum cæteris antecellit, & exequendum est tàm quoad Missarum numerum, quàm quoad stipendium Cappellanis à Testatore præscriptum, sive redditus hæreditarii pares sint, sive impares ad omnia onera ferenda, quos tamen pro omnibus pares esse innuunt Cappellani, & quatenus impares, contendunt, alia onera, & Legata tùm profana, tùm pia potius esse suspendenda, vel reducenda, vel minuenda, quàm erectionem Cappellaniarum, Missarum numerum, earumque præscriptum emolumentum, quemadmodum ritè statuit, *Benedictus XIV. de Synodo Diœcesana lib. 13. cap. ultim. num. 23.*

Urgent etiam Cappellani, stipendium Cappellaniarum unicuique eorum deberi à die obitus Testatoris: Nam cum essent ab illa die erigendæ Cappellaniæ, ab eo quoque tempore earum stipendia solvenda sunt ad *Text. in Leg. Nec semel in princ. vers. Item ff. quando dies Legati cedat*, *Rot. decis. 3. num. 8. part. 7. recen.*, ea ratione, quia de fructibus, & de Capitali eadem ratio viget ex firmatis per *Rot. in Romana Legitimæ super Fructibus 21. Martii 1753. §. 3. cor. clar. mem. Card. Bussio*.

Adduntque, hoc Missarum stipendium etiam pro tempore præterito deberi, licèt ad illud solvendum hæredes Fiduciarii, mediantibus judicialibus interpellationibus, in mala fide positi non fuissent, quia præcisivè à bona, vel mala fide stipendia quamvis præterita debentur, quando petuntur uti Capitale, & jure dominii *Rot. dec. 689. lib. 3. part. 3. diversor.*, *decis. 3. num. 6. part. 7.*, *& decis. 245. §. Denique part. 17. recen.*, *decis. 592. num. 17.*, *& seq. cor. Pamphil.*, *& in Romana, seu Nepesina Quarti Dotalis super Fructibus 1. Aprilis 1754. cor. Emo D. Card. Elephantutio*.

Inde propugnant Hæredes Fiduciarii, esse ad tempus reducenda emolumenta à Testatore præscripta pro omnibus Le-

Legatis piis, firmis tamen, ac integrè solutis illis emolumentis, quæ in titulum profani Legati relicta fuerunt, ea adducta ratione, quia, solutis Legatis profanis, superextantes redditus non suppetunt pro integro Legatorum Piorum adimplemento. Cęterum protestantur, se promptos esse de administratis rationem reddere simul, & celeri executioni demandare quidquid erit à Sacra Congregatione decernendum.

Ab aliis Legatariis tàm piis, quàm profanis nihil hactenùs deductum fuit. Quamobrem, perpensis iis, quæ in Causa sunt, & quæ à Cappellanis, & ab Hæredibus fiduciariis deducuntur in eorum libellis circumferendis, partes erunt Amplissimorum PP. sapientissime definire.

I. *An, & quæ onera, sive Legata sint suspendenda, seu potius reducenda, & pro qua summa in casu &c.* = & quatenus negative quoad Cappellanos.

II. *An, & à quo tempore stipendium integrè debeatur Cappellanis in casu &c.*

III. *An Legatum Vitalitium per obitum alicujus ex Legatariis quomodo sit partiendum inter Legata suspensa, vel reducta in casu &c.*

Sess. 25. *cap.* 4. *de Reform.*

INTERAMNEN. Hujus Causæ species data fuit in Folio Congregationis *diei* 17. *Augusti superioris anni* 1776.; Placuit tamen Eminentiis Vestris in Congregatione habita *die* 23. *sequentis mensis Novembris ejusdem anni* dubio tunc proposito, ac ita concepto = *An, & quomodo sit locus suspensioni Missarum, de quibus agitur, in casu &c.* = rescribere = *Dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem* = Hujus Rescripti virtute datæ fuerunt Litteræ Interamnensi Episcopo, ut referret, an deterioratio Prędii in Vocabulo *Capo di Croce* processerit ex culpa defuncti Canonici Mazzitelli, vel alterius ex ipsius Auctoribus, qui illud possederunt, seu potius evenerit ex ejusdem Prædii natura, & conditione, & sine ulla prædictorum Possessorum culpa: Itemque referret, an alterum Prædium in Vocabulo *la Selva* corrosum sit à Flumine Nari ex culpa, & negligentia dictorum Possessorum, seu potius ex ejusdem Prędii adjacentia, seu positione, & vi Fluminis.

Petitionibus respondit Episcopus, suæque responsionis verba sunt hæc = *Prædium nuncupatum Capo di Croce la-*

te-

teratum remanet inter Fovea, quæ in Aquarum excrescentiis arenas ducunt, & si Aquæ tales sint, ut Fovea superent, inundant propinquos Agros, ipsosque, & Fovea arenis replent, prout accidit elapsis annis non solum Prædio prædicto, sed reliquis ibi contiguis: Ita etiam Prædium nuncupatum la Selva situm remanet prope Flumen Naris, quod in extraordinariis excrescentiis ripas evertit, & Funda fructifera corrodit, uti in illis adjacentiis cum notabili Possidentium damno inspicitur. His igitur stantibus, sicuti Testes fide digni mihi deposuerunt, cum deterioratio Prædii Capo di Croce evenerit ex sui conditione, & alterius la Selva ex vi ipsius Fluminis absque ulla Dominorum culpa, pro gratia, quam Oratores exposcunt, essem in sensu.

Hæc sunt quæ, ut Facti species, & jura clariora fiant, petita fuerunt ab Episcopo, & quæ Episcopus respondit. Superest igitur, ut EE. VV. *resumpto Folio supradictæ Congregationis habitæ die* 17. *Augusti* 1776. dignentur originario Dubio, quod iterum proponitur, respondere.

An, & quomodo sit locus suspensioni Missarum, de quibus agitur, in casu &c.

FAVENTINA. Ut Faventina Civitas ab exitiosis Guelphorum, & Gibellinorum factionibus, & incursionibus, quibus ipsa, sicut & aliæ Civitates afficiebantur, liberaretur, Centum ejusdem Civitatis Faventinæ Cives Zelatores publicæ quietis insimul uniti sese promptos exhibuerunt illius Gubernatori, illiusque Superioribus ad tuendam Civitatem Armis, & militibus, eamque in pristinum pacis, & tranquillitatis statum restituendi, servandique. Adeo enim hujusmodi Institutum fuit Superioribus dictæ Civitatis acceptum, ut usque, & ab eo tempore *Centum Pacifici* nuncupati fuerint, qui congregabantur in Palatio publico tamquam novus Magistratus ab alio tamen Municipali distinctus, certis eidem à Leone X., ab Adriano VI. de anno 1523., & ab aliis Summis Pontificibus assignatis redditibus, teste *Zaul. ad Stat. Favent. in ejus Observat. ad Rubr.* 1. *lib* 1., nec non plurimis condecoratus fuit privilegiis subinde à cl. me. Card. Alexandro Sforza de Latere Legato, tunc Sedente in Cathedra D. Petri Sancto Pio V. renovatis, re- *Sess.* 24. *cap.* 13. *de Reform.*

reformatisque, quæ habentur apud eumdem *Zaul. tom.* 2. *in Append. à pag.* 13. *ad* 22.

Inter hæc privilegia illud est *in cap.* 27., quod refertur à d. *Zaul. in Appendic. pag.* 20.; In eo enim mandatum fuit, quòd omnes de numero centum Pacificorum duabus vicibus infra annum, nimirum die Paschatis Resurrectionis *DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI*, & die SSmæ ejus Nativitatis teneantur unitim cum Gubernatore, & Cancellario Sacramentum Pænitentiæ, & *SANCTISSIMUM EUCHARISTIÆ* Sacramentum sumere in Ecclesia Cathedrali Faventinæ Civitatis. Mandatum hoc usque ad hodierna tempora sumptuoso apparatu observarunt centum Pacifici putantes, ipsos, Communione sumpta in Cathedrali in die Paschatis Resurrectionis per manus Canonici ad id deputati, adimplevisse Paschale Præceptum, quamvis eadem Communio iterata ab eis non fuisset in eorum respective Parochiali Ecclesia.

Adveniente Paschate Resurrectionis superioris anni 1776., quæstio fuit à Parochis excitata, utrum Communio ab hoc Magistratu in Cathedrali facta valeret, nec ne pro Præcepti Paschalis adimplemento. Ne autem Magistratus in suis juribus, suisque privilegiis vel quid minimum læderetur, pro observantia soliti recursum habuit ad Faventinum Episcopum, qui rescripsit = *Oratorum precibus indulgemus pro hoc anno tàntum, salvis tamen juribus utriusque Partis, & dummodo non transeat in exemplum.*

Preces hinc obtulit *SACRATISSIMO NOSTRO PRINCIPI* Magistratus Centum Pacificorum postulans, ut ejus attento Privilegiorum *Capite XXVII.*, nec non spectata plurium Sæculorum *consuetudine*, declaretur exemptus à Parochorum prætensionibus, decreta soliti observantia in confirmationem etiam suorum Privilegiorum à Prædecessoribus Summis Pontificibus approbatorum.

Episcopus de more auditus in voto fuit rejciendi Magistratus Oratoris instantiam. Retulit enim, Privilegium, & consuetudinem per ipsum allegatam, nec non ea, quæ in ejus precibus exposita fuerunt, ut eximatur à proprii Parochi jurisdictione tempore Paschali, nequaquàm subsistere. Non subsistere ait Privilegium elicitum *ex dicto Cap.* 27., quia in eo nihil aliud impositum Oratori fuit, nisi = *onus Eucharistiam sumendi in Cathedrali Paschatis Resurrectionis die, & Solemniis Natalitiis, ut Magistratus etiam externis signis pacis, honoris, & Dei gloriæ* ama-

amator præfulgeret cœteris , cum factiones tunc temporis divina , humanaque perturbantes , hoc tam pium opus præscribendum postulabant . Hinc perspicuum est , hanc Magistratus obligationem differre ab illa universali , quæ omnes obstringit Fideles suam adire Parochiam pro implemento præcepti Paschalis , de quo ne verbum quidem in ipso Cap. XXVII. Quare nec de Paschali Communione ulla ratio redditur Parochis , uti deberetur , sed decem ex Magistratu denunciandi sunt ab ipsius Cancellario , si qui fuerint pertinaces , ut in eosdem monitionibus , & pœnis debitis animadvertatur .

Rursus nec etiam subsistere retulit consuetudinem allegatam à Magistratu = *quoniam vel Parochi licentiam concesserunt adimplendi Paschale prȩceptum , vel ipsi de Magistratus albo veniam petierunt , & obtinuerunt à Parochis , alias obstricti fuerunt , præcepto satisfacere , iterata Communione in sua Parochia , de quo ipso uti de facto meo proprio testimonium dico : Tantum abest , ut sustineatur asserta consuetudo , cum intra spatium novem annorum mei Episcopatus frequenter Parochi quæstionem ad me detulerint , quam vel nova Communione definivi , vel , ut in pervigilio proximæ prȩteritæ Paschatis ad scandalum sedandum , edito provisionali rescripto composui* = quinimmo etiamsi adesset allegata Consuetudo , ea tamen abrogata fuit consultissimo Decreto edito *à sa.mem. Innocentio XI.* die 5. Februarii 1682. , quo Pontifex mandavit , (veluti prosequitur Episcopi relatio) *ut omnes a proprio Parocho Communionem perciperent in suis Ecclesiis Parochialibus , extra quas nullo modo ab ipsis præcepto satisfieri declaravit = non obstantibus (sunt verba Decreti) quovis Decreto Congregationis Visitationis Apostolicæ , aliarum Congregationum , privilegiis , ac Consuetudinibus quibuscumque etiam immemorabilibus = : Hoc unum repetam , privilegium , & consuetudinem , quæ Magistratus profert , penitus repellit .*

Ac demum quoad ea , quæ Magistratus in precibus exposuit , sic ait Episcopus = *Miror itaque , quo animo fidenter dici possit in supplici Oratorum libello = ed ivi [idest in Cathedrali) da buoni , e fedeli Cristiani ricevono tutti la Communione dalla mano di un Canonico deputato in adempimento del Precetto Pasquale , che nel lasso di tanti Secoli , e Consuetudine non mai interrotta , non è stato loro giammai contradetto , ne dai Vescovi , ne dalli Parochi rispettivi , solamente in quest'anno dà soli due Parochi è stata*

 ecci-

eccitata la questione = addita insuper circumstantia = dalla mano di un Canonico deputato in adempimento del Precetto Pasquale =, ex qua majoris fit accessio stuporis, cum inferatur, Canonicum, qui Magistratum communicat pro implemento præcepti Paschalis in Cathedrali vel Parochis assentientibus, sive dissentientibus, ab Ordinario fuisse deputatum. Vèrum ad arbitrium Magistratus evocatur unus ex Canonicis, qui ex Urbanitate Missam in Cathedrali celebrat, & hora minimè frequentata Magistratum communicat in die Paschatis. Quod ad me attinet, nunquam Canonicum deputavi, neque alius, hominum memoria, ex Antecessoribus meis delegavit ad effectum, de quo in precibus, proxime tantum præterito tempore Paschali licuit ob meum rescriptum enunciatum, Canonico Sacram præbere Synaxim, ut Magistratus præceptum adimpleret Communionis Paschalis.

Siquidem Magistratus petitioni resistere videtur *Text. in cap. Omnis* 12. *de Pænitent.*, *& Remission.* desumptus ex *cap.* 21. Concilii Generalis Lateranensis sub Innocentiò III. conditi, in quo præcipitur, ut = *Omnis utriusque Sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, & injunctam sibi pænitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi forte de proprii Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab hujusmodi perceptione duxerit abstinendum.*

Resistit etiam Sacrosancta Tridentina Synodus *Session.* 24. *cap.* 13. *de Reform.*, in quo expresſè mandatur, ut Christifideles a solo proprio Parocho Sacramenta suscipiant, ibi = *mandat Sacra Synodus Episcopis pro tutiori Animarum eis commissarum salute, ut, distincto Populo in certas, propriasque Parochias, unicuique suum perpetuum, peculiaremque Parochum assignent, qui eos cognoscere valeat, & a quo solo licitè Sacramenta suscipiant* =, utque unus Parochus alterius Paræciæ Parochianis Sacramenta ministrare non præsumat, aperte vetuit *Epistola* relata *in Can. Ecclesias* 13. *quæst.* 1. ibi = *Nullus alterius Parochiæ terminos, aut jus invadat; Sit unusquisque terminis suis contentus, & taliter Ecclesiam, & Plebem sibi commissam custodiat, ut ante Tribunal æterni Judicii ex omnibus sibi commissis rationem reddat* = idemque firmant *Anacl. in*

Jus

Jus Canon. lib. 3. *tit.* 29. *num.* 3. *in fin.*; *Franch. de Eccles. Cathedr. cap.* 19. *num.* 118., *Scarfant. ad Ceccoper. tom.* 3. *Addit.* 39. *num.* 56., *& Ricciardel. in licæo Eccles. cap.* 13. §. 2. *num.* 88. *in fin.*, ubi etiam refert Resolutionem Sacræ Congregationis Rituum *in Novarien.* 12. *Junii* 1627.

Et quamvis non desint Doctores asserentes, Cathedralem Ecclesiam esse Parochiam totius Civitatis universalem, propriumque Sacerdotem, de quo loquitur citat. *Text. in cap. Omnis*, Episcopum, & Parochum, eorumque Vicarios, aliosve ab eis deputatos, ita ut quilibet adire possit Cathedralem pro satisfaciendo præcepto Paschali etiam absque licentia Parochi, communis tamen sententia est, id procedere posse in casu, ubi nulla in Civitate, vel Terra, vel Oppido facta fuerit Parochiarum separatio, quoniam separatis, distinctisque Parochiarum limitibus, prout hanc separationem fieri mandavit dicta Epistola *in relato Can. Ecclesias*, tunc generaliter Parochus verè proprius Sacerdos est, habetque privativè quoad Cathedralem juris assistentiam administrandi Sacramenta intra limites suæ Parochiæ, ad quam Parochiani domicilium in illius limitibus habentes accedere tenentur ad effectum à proprio Parocho Sacramenta recipiendi, nec alibi sese conferre debere pro præcepti Paschalis adimplemento, nisi de ipsius proprii Parochi licentia *Fagnan. in lib.* 5. *Decret. ad eumdem cap. Omnis num.* 55. *& seq.*, latissimè *Pignatell. tom.* 7. *consult.* 89. *per tot.*, & in specie *à n.* 12. *ad fin.*, *Panimoll. tom.* 3. *decis.* 161. *à num.* 1. *ad* 15.

Sacra Congregatio quoties super hac re fuit interrogata, toties respondit pro adimplendo Paschali præcepto in propria Parochia, ut in *Neapolitana Decretorum* 29. *Februarii* 1744. *ad I. Dubium = An sustineatur Decretum Eminentissimi Archiepiscopi circa adimplementum præcepti Paschalis in tribus Granciis, seu potius præceptum Paschale sit adimplendum in Ecclesia Curata, & Matrice in casu &c.* = responsum fuit = *Negativè ad primam partem, Affirmativè ad secundam* = itemque *in Avenionen.* 12. *Septembris* 1750. *ad III. Dubium = An Familiares, & Domestici degentes in eodem Archihospitali, eidemque inservientes præceptum Paschale adimplere teneantur in Ecclesia Archihospitalis, seu potius teneantur accedere ad Ecclesiam Collegiatam, & Parochialem S. Petri in casu &c.* = fuit responsum = *Negativè ad primam partem, Affirmativè ad secundam*.

His

His itaque ponderatis, dignabuntur EE. VV. Dubium, quod sequitur, definire,

An liceat Centum Pacificis Civitatis Faventinæ sine licentia proprii respectivè Parochi adimplere præceptum Paschale in Cathedrali Ecclesia dictæ Civitatis, seu potius dictum præceptum Paschale sit ab eis adimplendum in eorum propria respectivè Parochia in casu &c.

Sess. 24. cap. 12. de Reform.

PIENTINA VACATIONIS CHORALIS. Canonici Collegiatæ Ecclesiæ Sanctissimæ Trinitatis Terræ *Sinalongæ* Pientinæ Diæcesis quotidiano, & nunquam interrupto Ecclesiæ servitio vacantes ex præscriptis in Bulla Erectionis san. mem. Clementis VIII. sub datum Idus Novembris anni 1592., supplicant pro Indulto vacationis trium mensium tùm attento prædicto continuo, & ultra modum laborioso Chori servitio, tùm etiam spectata tenuitate redditaum, quoniam nonnulli ex Canonicis fere sufficientem ad honestam vitæ sustentationem habent Prębendam, reliqui verò penitus Præbenda carent, ipsisque Præbendæ vice persolvuntur à Canonicis non interessentibus fallentiæ, quæ postea inter præsentes fideliter distribuuntur.

Episcopus autem pro Informatione, & Voto requisitus censuit annui posse petitis, *dummodo nullum detrimentum Ecclesia patiatur*. Putat enim, cessatam esse rationem assiduitatis, & diurni servitii in Bulla Erectionis expressi, nam illius ratio, quæ tunc necessaria fuerat, dum agebatur de sex tantùm Canonicis præter Archipresbyterum in Erectionis Bulla comprehensis, nunc inefficax est, dum Capitulum modò constat ex quatuordecim Canonicis, nonnullisque Beneficiatis. Addendum præterea est, quòd licèt eadem Erectionis Bulla cogat Canonicos ad præstandum quotidianum Chori servitium, attamen in ipsis met Apostolicis Litteris data fuit facultas corrigendi, limitandi, immutandi, & aliàs denuo edendi Statuta, & Ordinationes Capituli, *quoties* (sunt verba Bullæ Erectionis) *pro illorum, & rerum, ac temporum qualitate, & aut alias expediens videbitur*.

Hæc sunt, quæ occurrunt in Facto exponenda, in jure autem præstat adnotare, quòd licet Sancta Synodus

Sess. 24.

Sess. 24. *cap.* 12. *de Reform.* ita statuerit = *Non liceat vigore cujuslibet Statuti, aut Consuetudinis ultra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse, salvis nihilominus earum Ecclesiarum Constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt* = & consentanee ad hanc Conciliarem dispositionem Sacra hæc Congregatio Canonicis adstrictis Ecclesiæ servitio ultra novem menses consueverit vacationem trium mensium denegare teste *Fagnan. in cap. Licet num.* 48. *& seqq. de Præbend.*, attamen quoad Canonicos, qui ex Constitutione, aut Consuetudine Ecclesiæ tenentur, ut in casu, toto anno Chori, & Ecclesiæ servitio incumbere, hæc apud *Garziam de Benefic. par.* 5. *cap.* 2. *num.* 311. habentur = *Si tamen Constitutio, aut consuetudo Ecclesiæ requirit servitium totius anni, tunc locum habet absentia trium mensium a Concilio permissa; Est etenim dura residentia totius anni, oportetque maxime juxta fragilitatem humanam indulgeri aliquod tempus ad recreationem Corporis, & animi, & ita Sacra Congregatio Concilii censuit in una Astoricen.* his verbis = *Decretum Concilii cap.* 12. *Sess.* 24. *concedit Canonicis absentiam trium mensium, si Constitutiones Ecclesiæ servitium totius anni requirunt.*

Transeundo ad Resolutiones hujus Sacræ Congregationis, hæc *in Farfen. diei* 13. *Novembris* 1655. benignè indulsit, ut Canonici Ecclesiæ Collegiatæ S. Victoriæ Farfen. per duos menses à servitio Ecclesiæ quotannis pro arbitrio Eminentissimi Commendatarii abesse possent, ita tamen ut omnes interessent diebus Dominicis, & Festis totius anni, & diebus omnibus Adventus, Quadragesimæ, Octavæ Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes, & Corporis Christi, & nunquam à servitio ultra tertiam partem eodem tempore abessent, uti legitur *in lib.* 19. *Decret. pag.* 582.

Item *in Prænestina* 22. *Augusti* 1637. benignè annuit, ut Canonici Prænestini per quatuor menses singulis annis, scilicet à prima die mensis Junii usque ad primam diem Mensis Octobris per tertiariam, hoc est, octo ex duodecim Canonicis intervenire deberent, & quatuor valerent à servitio vacare, uti habetur *in lib.* 15. *Decret. pag.* 576.

Similiter *in Cathacen. Servitii Chori*, in qua agebatur de Canonicis, qui inserviebant diebus Dominicis, aliisque Festis solemnioribus, & aliis diebus inserviebant alternatim, licet *die* 19. *Novembris* 1698. reprobatum fuerit hu-

hujusmodi servitium, nihilominus attenta Præbendarum tenuitate, quæ erat in ducat. 50. annuis quoad Canonicatus, & in ducat. 100. quoad Dignitates, *die* 12. *Septembris* 1699. recessum fuit à decisis, & attenta tenuitate Præbendarum, statutum fuit, servitium per mediarias juxta morem Basilicæ Vaticanæ, uti patet *ex lib.* 40. *Decret. pag.* 567., *& ex lib.* 49. *Decret. pag.* 311.

Pariterque *in Larinen.* 24. *Januarii* 1705. indulsit, ut sublatis cæteris quibuscumque vacationibus, Capitulum ex gratia frui valeret vacatione trium Mensium quolibet anno, ut *in lib.* 55. *Decret. pag.* 13., eamdemque vacationem trium mensium decrevit *in Capuana Indulti* 3. *Septembris* 1740.

Quibus stantibus, grave non erit EE. VV. decernere *An, & quomodo petitioni sit annuendum in casu &c.*

Die

Die Sabbathi 13. Septembris 1777. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

SEptem, quas ordine suo primo loco subijcimus, Causæ in ultima Congregatione Amplissimi hujus Ordinis habita die 30. nuper elapsi mensis Augusti proponi non potuerunt, ideoque earum Capita repetimus, ut ab Eminentissimis Patribus, resumpto dictæ Congregationis Folio, definiantur.

PONTIS CURVI REÆDIFICATIONIS, ET TRANSLATIONIS ECCLESIÆ PAROCHIALIS, cujus V. sunt Dubia. *Sess. 21. cap. 7. de Reform.*

I. *An sit locus reædificationi, & ampliationi Ecclesiæ Parochialis S. Michaelis Archangeli, sive potius illius restaurationi in casu &c.* = & quatenus affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

II. *An reædificanda sit in eodem situ, seu potius transferenda ad aliam prope Collegium Doctrinæ Christianæ in casu &c.* = & quatenus negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

III. *An liceat vendere situm antiquæ Ecclesiæ ad effectum erogandi pretium in constructionem novæ Ecclesiæ in casu &c.*

IV. *An, & cujus expensis novæ Ecclesiæ ædificatio, aut antiquæ restauratio facienda sit in casu &c.* = & quatenus Parochianorum.

V. *An sit imponenda taxa, seu collecta, & quomodo in casu &c.*

Dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem.

Seff.22.cap.4. & Seff.24.cap. 12. de Reform,

PLACENTINA, in qua IV. Capita expedienda sunt.

I. *An sit valida, & sustineatur Transactio anni* 1685. *in casu &c.*

II. *An Præbendati, & Mansionarii Collegiatæ Ecclesiæ S. Antonini, qui approbarunt, & ratihabuerunt dictam Transactionem cum Canonicis ejusdem Ecclesiæ stipulatam anno* 1685. *ligare potuerint eorum Successores in casu &c.*

III. *An Canonicis Diaconis, & Subdiaconis jus sit virtute dictæ Transactionis compellendi Præbendatos, & Mansionarios etiam mulctis pecuniariis ad præstandum servitium conventum in eadem Transactione in casu &c.*

IV. *An licitum sit Canonicis Presbyteris, qui tenentur per se ipsos celebrare cum assistentia Concanonicorum in Ordine Diaconatus, & Subdiaconatus, eamdem assistentiam recipere à Præbendatis, & ab aliis Presbyteris etiam extraneis sine Indulto Apostolico in casu &c.*

Ad I. II., & III. Negative, ad IV. Dilata.

Seff 14.cap.12. de Reform.

NEPESINA JURISPATRONATUS, in qua disquiritur.

An, & ad quem spectet Patronatus Ecclesiæ Collegiatæ, & Parochialis Terræ Fiani in casu &c.

Patronatum Ecclesiæ spectare ad Communitatem Terræ Fiani.

Seff.25. cap.5. de Reform.

ROMANA CAPPELLANIARUM, ET LEGATORUM PIORUM, in qua tria Dubia in disputationem veniunt,

I. *An, & quæ onera, sive Legata sint suspendenda, seu potius reducenda, & pro qua summa in casu &c.* = & quatenus negative quoad Cappellanos.

II. *An, & à quo tempore stipendium integrè debeatur Cappellanis in casu &c.*

III. *An*

III. *An Legatum Vitalitium per obitum alicujus ex Legatariis quomodo sit partiendum inter Legata suspensa, vel reducta in casu &c.*

Ad I. esse locum Erectioni Cappellaniarum, & Legatorum, quæ vitalitia sunt ad formam Testamenti, nec non esse locum reductioni pro nunc Anniversariorum ad totidem Missas cum Cantu simplici, & ex eo, quod superest, exequantur duo Legata pro Dotibus, & eleæmosina Pauperum. Ad II. Deberi à die erectionis Cappellaniarum. Ad III. Provisum in primo, & ad D. Secretarium pro executione cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis.

INTERAMNEN., cujus Dubium est.

An, & quomodo sit locus suspensioni Missarum, de quibus agitur, in casu &c. *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

Reliquæ non propositæ.

FAVENTINA, in qua quæritur.

An liceat Centum Pacificis Civitatis Faventinæ sine licentia proprii respectivè Parochi adimplere præceptum Paschale in Cathedrali Ecclesia dictæ Civitatis, seu potius dictum præceptum Paschale sit ab eis adimplendum in eorum propria respectivè Parochia in casu &c. *Sess. 24. cap. 13. de Reform.*

Seff. 24. cap. 12. de Reform.

PIENTINA VACATIONIS CHORALIS, cujus unum Caput est.
An, & quomodo petitioni sit annuendum in casu &c.

Seff. 25. cap. 15. de Regular., & Monial.

SPOLETANA NULLITATIS PROFESSIONIS, Inter plures filios à Cajetano Mimi de Terra Acquaspartæ Diæcesis Spoletanæ genitos, duo fuerunt filii Masculi, quorum primus in lucem editus fuit die 7. Martii 1747., cui in salutaribus regenerationis aquis impositum fuit nomen *Joseph Thomas*, & qui, nondum completo septimodecimo suæ ætatis mense, nimirum die 4. Augusti 1748. fato cessit: Alter autem ortum habuit die 16. Decembris mox dicti anni 1748., & in eo renovata memoria defuncti Josephi fratris, eidem fuit in Sacro Lavacro nomen impositum *Joseph Antonius Dominicus*. Hic cum esset in ætatæ annorum tresdecim, mensium quatuor, dierumque duodecim, sese recepit in Conventu Patrum Seraphicæ Religionis S. Francisci Reformatorum nuncupato *l'Eremita*, sitoque in Terra Cæsii Spoletanæ Diæcesis, inibique sub die 27. Aprilis 1762. sub Baptismatis fide prædefuncti sui Fratris Josephi Thomæ Religiosum Habitum sumpsit sub nomine Fratris Augustini ab Acquasparte, & absoluto Novitiatus anno, solemnem Professionem emisit *die* 27. *Aprilis* 1763.

Paucis vix elapsis mensibus à die Professionis, Frater Augustinus se contulit ad paternam Domum, ubi à Matre certior fuit secretò factus, quòd Professio nulliter ab eo gesta fuisset propter exhibitam fidem Baptismatis non propriam, sed illam ejus prænati, & prædefuncti germani fratris Josephi Thomæ. Hinc mutati fuerunt ipsius mores, & hinc ipsius querimoniæ diffusæ fuerunt super nullitate suæ Professionis, eaque recognita à Superiore, & Patribus Conventus *della Spineta*, in quo degebat, expulsus à Religione fuit anno 1766.; Ad illam tamen redire debuit Frater Augustinus virtute Decreti tùm Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, tùm hujus Sacræ Congregationis, ut Causa super nullitate Professionis, servatis servandis, juxta formam Constitutionis sa. mem. Benedicti XIV., quæ incipit = *Si datam Hominibus* = examinaretur.

A Re-

A Religione subinde aufugit idem Frater Augustinus, Habitumque Religiosum sponte dimisit, & pro ejus reditu ad Religionem Indultum ad certum tempus cum prorogationibus habuit à Sacra Pænitentiaria. Interim verò compilato Processu in Ecclesiastica Curia Spoleti, & à Religione deputato Conjudice, tandem sub die 6. Octobris 1767. lata fuit definitiva Sententia, qua Conjudices pronunciarunt, constitisse, & constare de nullitate Professionis Fratris Augustini, eumque propterea absolutum esse à votis, eidemque licere Religiosum Habitum dimittere, & ad sæculum liberè redire.

Per interpositam appellationem Causa conscendit ad hanc Sacram Congregationem, coram qua acta primæ instantiæ transportata fuerunt. Frater Augustinus indutus Clericali veste manet in paterna Domo, inibique permanendi, *durante tantummodò discussione Causæ in Sacra Congregatione proponendæ super prætensa nullitate Professionis*, obtento Indulto *à Clementissimo DOMINO NOSTRO fæliciter Regnante* sub die 27. nuper elapsi mensis Augusti, Causa modò proponitur.

Sustinet enim Frater Augustinus, se in ætate annorum quatuordecim, mensium quatuor, & dierum duodecim utpote natum die 16. Decembris 1748., & professum die 27. Aprilis 1763. nulliter emisisse Professionem suam, nullitatem decernente Sacrosancto Concilio Tridentino *Sess.* 25. *cap.* 15. *de Regular.*, *&* *Monial.* ibi = *In quacumque Religione tàm Virorum, quàm Mulierum professio NON FIAT ANTE DECIMUM SEXTUM ANNUM EXPLETUM, nec qui minore tempore, quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur. Professio autem ANTEA FACTA SIT NULLA, nullamque inducat obligationem ad alicujus Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis observationem, aut ad alios quoscumque effectus* = & consentaneè firmavit *Rota cor. Duran. decis.* 207. *num.* 1., *coram Buratt. decis.* 205. *num.* 28., *&* *coram Otthobon. decis.* 117. *num.* 1., *&* *seqq.*

E' contrà verò animadvertit Defensor Professionis, quòd licet Professio nulla fuerit ex defectu ætatis Profitentis, attamen audiendus non sit Frater Augustinus, qui sciens falsitatem exhibitæ fidei Baptismatis dolosè se gesserit, juxta relata a Patre Bonaventura ab Urbevetere tamquam Teste ab ipso Fratre Augustino inducto, ac formiter examinato *sub interrog.* 15., ideoque in pænam fraudis, quam

quam patravit, tenetur in eadem Religione permanere *Can. quod interrogasti Distin.* 27., *Cap. Ut Clerici* 3. *de Regular.*, *Cap Vidua* 4. *eod. tit.*, & *Turrecremata in cit. Can. Quod interrogasti*.

Fortius quia Frater Augustinus post completam ætatem annorum sexdecim per annum, & ultra in Religione permansit, Religiosum Habitum gestavit, & omnia adimplevit, & exercuit, quæ veris Professis conveniunt, ex quibus inf- rtur, eumdem Fratrem Augustinum Professionem *tacitè* ratihabuisse, & convalidasse, *Text. in Cap. Is, qui de Regular. in* 6., *Fagnan. in Cap Significatum a num.* 19. *ad fin. de Regular.*, & *Pignattel. Consult.* 88. *num.*5., & *seq.*, & *consult.*146. *num.*53. *tom.*1., vel eam *tacite* renovasse, seu validam reddidisse in die festo S. Raphaelis Archangeli, in quo, juxta Institutum Ordinis, a quolibet Religioso *tacitè* renovatur Professio.

Præ oculis tamen tenendum est, hìc agi de querimoniis, & reclamationibus adversus Professionem a Fratre Augustino factis intra quinquennium, in quo actus omnes tacitam ratihabitionem Professionis indicantes inefficaces esse videntur ad eam inducendam, nisi gesti probentur cum scientia nullitatis, & cum animo, ut Professio de invalida fiat valida ex firmatis per *Gratian. Discept. forens. cap.*440. *num.*22. & *seq. tom.*3., *Suarez de Regul. tom.*2. *tract. de Vot. lib.*6. *n.*3., *Rot. decis.*116. *n.*23., & *seqq.*, & *dec.*134. *n.*7. *par.*14. *recent.*

Permanentia rursus in Religione Fratris Augustini cum gestatione Habitus, & observantia Regulæ Religionis in nulla haberi deberet consideratione tùm ob assiduas querimonias, quæ tollunt præsumptionem elicitam a silentio *Card. de Luc. de Regul. disc.*48. *num.* 5., & *Rot. coram Carillo decis.*229. *num.*3., tum ob egestatem Oratoris, qui pecuniis ad litem necessariis carebat, ut pro legitima excusatione rejiciendo fraudem, qua Professus se gesserat erga Religionem, & Ecclesiam admisit hæc Sacra Congregatio in *Lycien. Restitutionis in integrum* 20. *Septembris* 1760.; tùm demùm ob necessitatem observantiæ Religiosæ Regulæ, veluti testatus fuit in suo examine Frater Angelus de Bassano *ad* 16. *interrog.* ibi = *quali Leggi, e Regole detto Fra. Agostino non poteva non osservarle almeno esternamente, a motivo, che poteva essere gastigato, e penitenziato* = cui consonat etiam depositio Patris Celestini ab Urbeveteri *ad idem* 16. *interrogat.*

Du-

Duplici in exclusionem tacitæ ratihabitionis, seu convalidationis adstipulante Juris regula, prima scilicet, qua cautum est, non posse ratificari Professionem, quæ ab initio propter defectum ætatis in Profitente de jure non subsistebat *ad Textum in cap. Confirmatur* 16. *de Regul. jur. in* 6., *Rota coram Roxas decis.*491.*num.*16., & altera, quòd cum defectus ætatis expressam Professionem annullet, multò magis tacitam irritat, excluditque, ex traditis per *Suarez de Relig. tom.*3. *lib.*7. *cap.*1.*num.*8., *Rota coram Roxas d.decis.*491.*eodem num.*16., *& in Recent. dec.*134. *num.*8.. Ratificatio quippè sanare potest defectum liberi consensus, non autem quod ex Conciliari lege nullum est, & invalidum *Card.de Luca de Regular.disc.*44. *num.* 8.

Quod autem pertinet ad renovationem Professionis anno quolibet *actu interno* faciendam in die festo S.Raphaelis Archangeli, cum novus hic actus, posita nullitate primi, speciem habeat novæ Professionis ex integro, operatur *ut nunc*, non autem *ut tunc*, habeaturque pro actu omnino novo. Non enim satis est, solo interno actu Professionem renovari, sed oportet iterum Professionem emittere actu externo, & quidem solemniter, cum consensu Religionis in manibus istius Superioris, præsertim quia Superior Religionis sciens, & approbans nullitatem Professionis Fratrem Augustinum jam semel à Religione dimiserat, ut in puncto firmavit *Sanchez de Matrimon. lib.*2. *disputat.*35. *num.*4., *Card. de Luca de Regular. citato disc.*44. *num.* 9., *Rot. coram Roxas dicta decis.*491. *num.*16, *in fin.*, *& coram Arguell. dec.*9. *num.* 50.

Et in ipsissimis, imò durioribus terminis habetur casus decisus in Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium in *Anxanen. Nullitatis Professionis*, in qua agebatur de Profitente ante completum annum decimum sextum, non reclamante intra quinquennium, rursus in Religione pacificè permanente longo annorum vigintiduorum spatio cum exercitio officiorum Religionis, ac demum mediante Schedula per ipsum obsignata renovante Professionem, cum expressa declaratione, quòd sciebat primam nullam fuisse ex defectu ætatis, & tamen dicta Sacra Congregatio sub die 22. Septembris 1769. proposito Dubio = *An constet de Causis Restitutionis in integrum* = respondit = *Affirmative* = & sub die 22. Decembris ejusdem anni definivit = *Consulendum SANCTIS-*

CTISSIMO pro transitu ad statum Presbyteri Saecularis.

Ponderandum denique est, utrum Saecularizationis Indultum per Fratrem Augustinum obtentum à Sacra Poenitentiaria praeseferat, nec ne illius tacitam confessionem, se fuisse verè professum, seu potius ostendat, idem Indultum fuisse requisitum, ne dictus Frater Augustinus ad Religionem redire cogeretur, prout coactus erat ex Rescriptis ejusdem Sacrae Poenitentiariae, & hujus Sacrae Congregationis, quoties dictus Frater Augustinus subinde requisivit, & obtinuit A SACRATISSIMO NOSTRO PRINCIPE Rescriptum permanendi extra Claustra, nimirum in paterna Domo, *durante tantummodo discussione Causae in hac Sacra Congregatione*, eoque ponderato simul, & perpensis omnibus, quae in Causa sunt, dignabuntur EE. VV. sapientissime definire.

An constet de nullitate Professionis in casu &c.

Sess. 24. cap. 18. de Reform.

CAMERINEN. PAROCHIALIS. Prioratum S. Luciae *di Pelliccione* nuncupatum, cui unita erat Parochialis Ecclesia S. Petri nullos fines habens in Castro Belfortis Camerinensis Diaecesis, transtulit, ac perpetuò univit anno 1515. Capitulo Collegiatae Ecclesiae S. Venantii Civitatis Camerini san. mem. Leo X., onere tamen eidem Capitulo adjecto ferendi Prioratus onera, & praesertim eligendi Presbyterum idoneum, & amovibilem ad nutum Capituli pro exercitio Curae Animarum. Anno 1592. Camerinensis Antistes mandavit, Vicarium electum ad exercendam dictam Animarum Curam esse debere perpetuum, eidemque pro ejus congrua sustentatione nonnulla Bona Prioratus assignavit.

Anno autem 1757. Episcopus, attenta relatione Presbyteri Augustini Manicelli Vicarii Curati praefatae Parochialis Ecclesiae deponentis, migrasse Familias, & Parochianos eidem Curae subjectos, ad instantiam Capituli decrevit, post obitum dicti Vicarii Curati Capitulum = *Non teneri, nec obligatum esse amplius eligere, praesentare, seu nominare alium Vicarium pro exercitio Curae Animarum dictae Ecclesiae ob defectum earumdem Animarum, & deficientiam omnium Parochianorum, qui suberant, & subesse possunt eidem Ecclesiae* = propterea que declaravit = *Bona assignata pro sustentatione praedicti Vi-*

Vicarii, utpote pertinentia eidem Prioratui Sanctæ Luciæ adnexo, & incorporato præfatæ Mensæ, fore, & esse possidenda, & retinenda per dictum Reverendissimum Capitulum, cujus favore nunc pro tunc concessit, decrevit, & relaxavit mandatum de reintegrando ad naturalem possessionem eorumdem Bonorum.

Defuncto præfato Manicellio Vicario Curato, Capitulum exequutum fuit antedictum Episcopi Decretum. Parochiani verò, qui adhuc existunt in Parœcia Sancti Petri Castri Belfortis, preces porrexerunt san.mem. Clementi XIV., ut compelleretur Capitulum ad eligendum Vicarium Curatum. Ablegatis precibus ad hanc Sacram Congregationem, requisitus fuit Episcopus pro sua informatione, & voto, audito Capitulo, & Communitate Castri Belfortis, quorum jura inter se contradictoria, nimirum pro nominatione Vicarii Curati à Capitulo facienda, ut ferunt illa moxdictæ Communitatis, & pro exemptione ab hac facienda nominatione, veluti concludunt illa Capituli, ad hanc Sacram Congregationem transmisit, nullumque suum votum aperuit.

Causa modò proponitur. Contendunt enim Parochiani dictæ Parochialis Ecclesiæ S. Petri, Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ S. Venantii, quod unionem antedicti Prioratus obtinuit cum onere deputandi Vicarium Curatum pro exercitio curæ Animarum S. Petri indispensabiliter teneri ad hujus oneris implementum, ex traditis per *Slevogtium de Union. Ecclesiar.*, & *Beneficior. sect.* 3. *cap.* 2. §. 9., & *Rot. decis.* 5. *num. primo part.*7. *Recent.*

Addunt insuper, Decretum suppressionis Parochiæ S. Petri ab Episcopo pronunciatum nullius esse momenti: Nam ut suppressio valida fiat, cum illa tendat ad decrementum Divini Cultus, requiritur justa, & necessaria causa, & solemnitas, *Ricc. in prax. rer. quotid. For. Eccles. part.*4 *resol.*533. *num.*1., *Lotter. de Re benef. lib.*1. *cap.* 28. *num.*78., & *seqq.*, *Turricell. de Union. cap.* 7. *num.*6., & *seqq.*, & *Rot. in Cracovien. Canonicatus* 15. *Januarii* 1725. §. *Ex quibus coram clar. mem. Card. Calcagnino.*

Utramque deficere sustinent Parochiani; Deficit enim, imò falsa est suppressionis causa elicita à Parochianorum defectu litteraliter expresso in Decreto Episcopi, & in commentitia depositione Vicarii Manicelli, quia Familias, & Parochianos S. Petri semper extitisse, & adhuc exta-

extare probatur ex Testium, ex Civium Castri Belfortis, & ex istius Communitatis depositione, nec non ex testimonio Parochi alterius Parochialis Ecclesiæ dicti Castri S. Eustachii nuncupatæ. Fides quippe adhibenda non est Episcopo supprimenti quoad expressam suppressionis causam, nisi sit eadem concludentissimè probata *Corrad. in Prax. benef. lib.* 2. *cap.*8. *num.* 33., *&* 54., *Leuren. in For. beneficial. part.* 3. *sect.* 2. *cap.* 2. §. 1. *quæst.* 968. *num.* 1., *&* *Rot. coram Cavaler. decis.* 439. *num.* 6.

Deficit etiam suppressionis solemnitas, quia in ejus actu non intercessit assensus Capituli Cathedralis Ecclesiæ, per cujus defectum suppressio redditur ipso jure nulla ex firmatis per *Corrad. in Prax. benef. lib.*2. *cap.*8. *num.*25., *&* *seqq.*, *&* *Rot. coram Cavaler. decis.* 439. *num.*3.: Nec Episcopum, Parochiani, ajunt, applicare validè potuisse dicto Capitulo Bona assignata Vicario Curato pro congrua ipsius sustentatione, obsistente Bulla san. mem. Pauli III. sub datum diei 7. Januarii 1538., qua Pontifex prohibuit, ne imposterum Bona, vel Beneficia unirentur Mensæ Capitulari Sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ S. Venantii Civitatis Camerinensis.

A' Capitulo nihil hactenus habuimus. Dubium est.

An Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ S. Venantii teneatur nominare Vicarium Curatum S. Petri Terræ Belfortis in casu &c.

Die Sabbathi 29. Novembris 1777. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

SUpersunt ex *Folio postremæ Congregationis* habitæ *die 13. præteriti mensis Septembris* priores *quinque*, quas subjicimus, Causæ, quæque proponi non potuerunt. Rogamus igitur Eminentissimos Patres, ut, repetita lectione *Folii dictæ Congregationis*, sapientissime Dubia earum expediant.

INTERAMNEN., in qua respondendum est *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

An, & quomodo sit locus suspensioni Missarum, de quibus agitur, in casu &c.

Firmis remanentibus duabus primis Missis a Testatore demandatis, in reliquis pro suspensione aliarnm duarum Missarum ad quinquennium, juxta mentem. Et mens est, quod celebrata quolibet mense unica Missa, sit locus suspensioni aliarum Missarum, donec ex redditibns Prædii *Capo di Croce*, Fratres Massarncci fuerint reintegrati de expensis faciendis pro cultura d. Prædii, & ad mentem; Et mens est, quod Episcopus præfigat congruum tempus dd. Fratribus Massarucci pro faciendis melioramentis, docto de adimplemento, ac de quantitate expensarum ab eodem Episcopo approbanda, & curet reintegrationem dictorum Fratrum cum frnctibus Prædii, & melioramentorum de eis anno quolibet reddita ratione coram Episcopo.

FAVENTINA, in qua ambigitur

An liceat Centum Pacificis Civitatis Faventinæ sine licentia proprii respective Parochi adimplere præceptum Paschale in Cathedrali Ecclesia dictæ Civitatis, seu potius dictum præceptum Paschale sit ab eis adimplendum in eorum propria respectivè Parochia, in casu &c. *Sess. 24. cap. 13. de Reform.*

Negativè ad primam partem, affirmativè ad secundam.

Seff. 24. cap. 12. de Reform.

PIENTINA VACATIONIS CHORALIS, in qua quaeritur

An, & quomodo petitioni sit annuendum in casu &c.

Affirmativè juxta votum Episcopi cum solitis clausulis.

Seff. 25. cap. 15. de Regular., & Monial.

SPOLETANA NULLITATIS PROFESSIONIS, cujus Dubium est

An constet de nullitate Professionis in casu &c.

Affirmativè, idest constare de nullitate Professionis.

Seff. 24. cap. 18. de Reform.

CAMERINEN. PAROCHIALIS, cujus unum est Caput

An Capitulum Ecclesiae Collegiatae S. Venantii teneatur nominare Vicarium Curatum S. Petri Terrae Belfortis in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo juxta mentem, & mens est, quod requiratur ab Episcopo, ut referat an in Terra Belfortis, vel ejus Districtu familiae, quae spectarent ad veterem Parochiam S. Petri, quae subinde transierint ad Curam Parochi S. Eustachii.

Seff. 25. cap. 5. de Reform.

PISAUREN. REINTEGRATIONIS, & REDUCTIONIS MISSARUM. Haec Causa data fuit in *Folio Congregationis* habitae *die* 19. *Decembris anni* 1772. geminis instructa Dubiis, quorum primum erat: *An, & in qua summa constet de credito Archiconfraternitatis Pii Suffragii Pisauri, itaut sit locus reintegrationi super Bonis haereditariis quondam Vincentii Lucatelli in casu &c.* = & quatenus negativè: Alterum verò: *An, & quomodo sit locus reductioni Missarum in casu &c.* = His Eminentissimi Patres rescripserunt = *Dilata, & firmetur Status, citato Promotore Fiscali* = Firmato Statu haereditatis Vincentii Lucatelli, eoque ad Sacram Congregationem transmisso, iterum Causam dedimus *in Folio Congregationis* habitae *die* 13. *Julii superioris anni* 1776., & in eo retulimus dicti Status activi, & passivi compendium, iterumque ab Emis Patribus in subsequenti Congre-

gre-

gregatione *diei* 17.*Augusti* rescriptum fuit = *Dilata* , & *audiatur Eminentissimus Episcopus* .

Vi hujus Rescripti datæ fuerunt Eminentissimo Antistiti Sacræ Congregationis litteræ . Is enim in voto est , reintegrationem peculiaris crediti , quam adversus hæreditatem Vincentii Lucatelli sub primo Dubio postulat Societas Pii Suffragii Pisauri , impossibilem esse , prorsusque prætermittendam : Missarum verò reductionem , quæ sub altero continetur Dubio , faciendam esse juxta redditus annuatim à destinato Fundo percipiendos , ut habetur ex elucubratissima ejusdem Eminentissimi Episcopi relatione , quæ de verbo ad verbum à Societate Oratrice circumfertur . Causa nunc redit ad tertium Judicium , reassumptisque *Foliis dictarum Congregationum* 19. *Decembris* 1772. , & 13. *Julii* 1776. , onus erit Amplissimorum Patrum originaria definiendi Dubia, quæ sequentia sunt .

I. *An , & in qua summa constet de credito Archiconfraternitatis Pii Suffragii Pisauri , itaut sit locus reintegrationi super Bonis hæreditariis quond. Vincentii Lucatelli in casu &c.* = & quatenus negative

II. *An , & quomodo sit locus reductioni Missarum in casu &c.*

Ad primum Negativè .

Ad secundum esse locum reductioni Anniversarii ad unicam Missam lectam , & aliarum Missarum ad rationem Eleemosynæ manualis , deletis aliis oneribus , & pro hujusmodi effectu ad Dominum Secretarium cum Sanctissimo .

AUXIMANA DISPENSATIONIS . Speciem omnem , & rationes hujus Causæ dedimus *in Folio Congregationis* habitæ *die* 5. *superioris mensis Julii* . Dubium ejus , quod erat = *An , & quæ Supplicatio sit signanda in casu &c.* = in sequenti Congregatione *diei* 19. *ejusdem mensis Julii* resolutum fuit ab Eminentissimis Patribus responso = *Signandam esse Supplicationem Francisci Nicolai Manzoni , eidemque competere dispensationem usque dum ad legitimam ætatem pervenerit,adimpletis oneribus* = . Beneficio novæ Audientiæ impertito Josepho Amboni succumbenti , à quo tamen nihil habuimus , cum modò reproponatur Causa , rogantur iidem Eminen-

*Sess.*23. *cap.*6. *de Reform.*

nentissimi Patres *Folium dictæ Congregationis diei* 5. transacti mensis *Julii* iterum consulere, ut assuetum, qod sequitur, Dubium expediant.

An sit standum, vel recedendum à Decisis in casu &c.

Non proposita, cum sequentibus.

Sess. 25. cap. 3. de Regular.

VADEN. LEGATORUM. Vincentius Vernazzi Civitatis Vadensis in suo ultimo Testamento condito die 28. Maji 1597. inter plura Legata Pia reliquit = *che alli Frati Cappuccini si diano due libre di carne la settimana in perpetuo, quando si mangia Carne, e la Quaresima, ed in altri tempi, che non si mangia carne libre due di Pesce la settimana in luogo della Carne. Et il simile voglio, che abbiano perpetuamente li PP. Zoccolanti di detta Terra*. Deindeque progressus fuit ad institutionem Hæredis universalis, quem esse voluit Hortentium ejus filium, & post eum vocavit Hippolitum ejus nepotem ex Hortentio, istiusque Descendentes in infinitum, quos inter reciprocum ordinavit Fideicommissum, præscripta Masculis supra Fœminas, earumque Descendentes in qualibet substitutione prælativa successione. Omnibus autem de sua Familia, & progenie quandocumque deficientibus, tres elegit suæ Hæreditatis Administratores cum onere erogandi redditus in alios pios usus, quos ipse Testator numeravit, & præsertim favore dictorum Patrum his verbis = *Alli Cappuccini, e Zoccolanti di detta Terra se li debbano dare due giulj di Pane per Monastero la Settimana, e due libre di Carne, o Pesce oltre il Legato fatto di sopra.*

Decesserunt Masculi, & Fœminæ ab Hortentio descendentes, quarum ultima fuit Cornelia Vernazzi. Hæc hæredes suos ex Testamento exarato sub die 27. Februarii 1705. reliquit Sacerdotes Congregationis S. Philippi Nerii, quibus certa indixit pia onera ab eisdem adimplenda. Casu autem, quo dicti Sacerdotes vel nollent, vel non possent hæreditatem adire, pro qua adeunda terminum unius anni præscripserat, substituit Patres Minores Conventuales, ea adjecta declaratione, = *che in questo caso stia fermo, e saldo nel suo essere il suddetto Testamento di detto Signor Vincenzo, mà che questi abbiano tutta l'Eredità mia, detratti come sopra li Legati da me fatti, e Cappella di due messe la settimana.*

Usque

Usque & ab anno 1724. Patres Minores Conventuales mandato Judicis immissi fuerunt in possessionem omnium Bonorum hæreditariorum Corneliæ, fueruntque solliciti qualibet hebdomada tradere Patribus tum Cappuccinis, tum Minoribus de Observantia libras duas Carnis, seu Piscium in executionem *primi* Legati tàntum in Testamento scripti a Vincentio Vernazzi. Cum subinde innotuerit eisdem Patribus Mendicantibus alterum Legatum aliarum duarum librarum Carnis, seu Piscium cum duobus juliis Panis in qualibet hebdomada, quod idem Vincentius mandaverat casu, quo Descendentes ex Familia Vernazzi protinus defecissent, preces proinde porrexerunt usque ab anno 1772. *Sacratissimo Principi*, ut cogerentur Patres Minores Conventuales Corneliæ hæredes, quæ hæres mediata fuerat Vincentii Testatoris, ad utrumque implendum Legatum, necnon, ut pro *secundo* Legato hactenus non impleto aliqua caperetur provisio.

Ablegatis precibus ad hanc Sacram Congregationem, fuit pro Informatione, & voto requisitus Vadensis Antistes, qui censuit, compellendos esse = *Patres Minores Conventuales ad deducendas rationes, quare prædictis Legatis, quæ sunt in particula Testamenti quondam Vincentii de Vernatiis non satisfaciant, nec satisfacere debeant, cum quas quantum ad hoc rationes adducunt, non videantur satis momenti* =: præfixoque termino singulis interesse habentibus ad deducendum jura sua in hac Sacra Congregatione, unici modò comparent Patres Minores Conventuales, sustinentque, ipsos non teneri ad præstationem secundi Legati, àttenta incapacitate Patrum Cappuccinorum, & Minorum de Observantia possidendi, postulandique Legata, ipsis obsistente tùm Regula Divi Francisci, tùm *Sacrosancto Concilio Tridentino Sess.* 25. *cap.*3. *de Regular.*, in quo capaces possidendi factæ fuerunt omnes Religiones, *exceptis* tamen *Domibus Fratrum S. Francisci Cappuccinorum, & eorum, qui Minores de Observantia vocantur*, cui cohæret *Card. Petra ad Constit. Apostol. tom.*2. *Sect.*4. *pag.*449. *n.*4.

Idque sive Legatum sit pecuniæ, sive speciei cum onere celebrationis Missarum, vel sine onere per *Text. in Clement. Exivi vers. Cum annui redditus de verb. signific. in 6.*, *cap.*10. *de Relig. Domib.*, *d. Card. Petra loc. supra cit. num.*36., *& Rot. cor. Merlin. decis.* 456. *num.* 17., & 18., ad differentiam casus, in quo ageretur de unica tan-

tantum præstatione, vel de præstatione temporanea ex traditis per *Rot. cor. Merlin. cit. dec.*456. *num.*23.

Urgent insuper, quòd, data etiam illorum capacitate, Legata dici deberent præscripta, quoniam à die obitus Corneliæ Vernazzi ad diem petitionis Legati quinquagesimus quintus elapsus sit annus, absque eo, quòd Legatum unquam postulatum fuisset ad *Text. in cap. de Quarta* 4., *Cap. ad aures* 6. *de Præscript.*, & *in Auth. quas actiones Cod. de Sacrosf. Eccles.* Fortius quia iidem hæredes sunt Corneliæ Vernazzi, non autem Vincentii Legantis, cujus Bona pro Legatorum implemento destinata non possident. Contendunt enim ex Legantis hæreditate, detracta Legitima, & Trebellianica primo hæredi gravato competenti, detractaque Dotium restitutione, nihil superesse, unde Legata possint impleri, quoniam omnia Bona tamquam libera jure Detractionum coaluerint in Corneliam eorum Autricem *Rot. in Narnien. Immissionis* 16. *Januarii* 1758. §. 4. *cor. bo. me. Canilliac*. Non obstante, quòd primus hæres gravatus nullum de Bonis fideicommissariis Vincentii confecerit Inventarium; nam sola illius omissio non prohibet, quominus hæres gravatus, vel ab eo causam habens adversus Fideicommissarium detractiones tùm quotitativas, tùm quantitativas assequi possit ad firmata per *Rot. in Firmana Immissionis* 7. *Junii* 1754. §. 9. *coram bo. mem. Canilliac.*

Urgentque demùm, hæreditatem Vincentii Legantis adeo esse imminutam, ut ea impar sit ad Legatorum implementum. Probant enim, *hanc Sacram Congregationem*, instantibus Francisco Maria, & Hortentio de Vernatiis Vincentii hæredibus gravatis *sub die* 14. *Julii* 1670., attenta redditUum imminutione, reduxisse Legatum Missarum, alterumque Panis Pauperibus relictum, & facto nunc decennali eorumdem redditUum calculo, eos ascendere ad scuta 1458. 79., exitum verò ad scuta 1141. 19., ita ut, facta peculiari detractione, redditus supersint in scutis 317. 60., quibus per decem annos distributis, superextantes redditus consistere in *annuis* scutis 31. 76. prorsus imparibus ad omnia alia subeunda Legata.

Hæc, & alia sunt in libello à Patribus Conventualibus circumferendo.

At verò circa capacitatem, vel incapacitatem PP. Cappuccinorum, & Minorum de Observantia recipiendi Legata distinctio admittenda videtur. Aliud enim est, si Legatum

gatum directè relinquatur Patribus, & longe aliud si onus præstandi Legatum impositum fuerit Legantis hæredibus. Quidquid enim sit in primo distinctionis casu, certum tamen est in secundo casu, in quo cum fuissent gravati hæredes onere Legati, Legatum ipsi præstare tenentur utcumque Legatarius incapax sit recipiendi Legatum, quemadmodum ad rem facit resolutio hujus Sacræ Congregationis in Causa *Aprutina Legati* 29. *Februarii* 1677., in qua, disputato Dubio, *An Legatum* sequentibus verbis conceptum *sustineatur* = *item dice di avere à censo ducati* 180. *lascia di ragione di Legato, che l'infrascritto Erede, e Successori in infinitum debbano con i frutti di quelli farne celebrare quattro Anniversarii l'anno nella Chiesa di S. Maria de Lumi dalli Frati Zoccolanti &c.* = fuit *affirmative* resolutum.

Consimilis pariter prodiit ab hac Sacra Congregatione resolutio *in Isernien. Legati* 10. *Junii* 1684. Cum enim ageretur de Testamento sequentibus verbis concepto = *lascio, che detti miei Eredi faccino celebrare quaranta Messe all'Altare di S. Maria Madalena nella Chiesa di S. Maria delle Grazie de Frati Minori Osservanti, dà quelli Padri, che saranno assistenti al Convento sopradetto, e più, che gli siano dati dai sopradetti Eredi quattro ducati l'anno, i quali serviranno per i bisogni di detta Cappella* =; Cumque cohærenter ad hanc testamentariam dispositionem gemina fuissent proposita Dubia, primum scilicet = *An præter scuta annua quatuor legata pro indigentiis Cappellæ hæredes teneantur separatim persolvere eleemosynam pro celebratione Missarum* = & secundum = *in qua quantitate* = Ad primum fuit responsum = *Affirmative* = & ad secundum fuit definitum = *quantitatem esse debere saltem ad rationem eleemosynæ manualis*.

Ulterius ponderandum est, Sacram hanc Congregationem numquam habuisse hujusmodi Legata pro non scriptis, sed decrevisse ea libere tradi debere titulo eleemosynæ Fratribus Cappuccinis, & Minoribus de Observantia; videndus est *Piton. Discept. Eccles. tom. discept.* 2. *per tot.*, videndæ item sunt Resolutiones hujus Sacræ Congregationis congestæ pro capacitate dictorum Fratrum *à Card. Petra ad Constit. Apost. tom.* 2. *Constit.* 5. *Honorii III. Sect.* 4., aliæque plurimæ cumulatæ à *Ferrar. Bibliotheca sub verb. Legatarius à num.* 103. *ad* 121.. ubi præsertim *sub num.* 110. refertur Resolutio Sacræ Congregationis Fabricæ pro capacitate Fratrum Minorum de Ob-

Observantia S. Angeli in Vado. quibus Resolutionibus hujus Sacrae Congregationis posteriores addi possunt, nimirum *in Brundusina Adimplementi quoad III. Dubium 26. Augusti* 1719., *in Firmana Legatorum* 31. *Maij*, & 2. *Octobris* 1721., *in Lucana Legati Pii* 31. *Julii* 1728., & pro capacitate PP. S. Francisci ad Ripam Tyberis, & PP. Cappuccinorum Urbis assequendi Legata, seu Eleemosynas Carnis, & Vini sunt Rotales Decisiones *in Romana Legatorum, & Eleemosynarum 26. Junii* 1754., & 5. *Maii* 1755. *coram clar. mem. Card. Caprara*.

Quò verò ad praescriptionem Legati, animadvertendum pariter est, utrum admitti, nec ne possit objecta praescriptio, non probata in Fratres Cappuccinos, & Minores de Observantia certa scientia tùm secundi Legati, tum extinctionis Familiae de Vernatiis, à qua pendere debebat illius praestatio, *Rota in Eugubina Immissionis 6. Maii* 1757. §. *finali coram cl. mem. Card. Paracciano*. Sat enim est, quòd Bona Legantis coaluerint in Corneliam, ut PP. Conventuales tamquam ipsius haeredes dicendi etiam sint haeredes Legantis, ut Legata ab ipso relicta praestare teneantur.

Opinio verò, quòd Haeredibus gravatis competant detractiones Legitimae, Trebellianicae, & Dotium, non obstante ommissione Inventarii, sequi potest tunc cùm agitur cum Fideicommissariis, secus verò quando res est cum Legatariis, ut sunt Patres Cappuccini, & Minores de Observantia, juxta constantissimam distinctionem amplexam à *Rota in Interamnen. Immissionis quoad Primogenituram Ludovici Castelli* 24. *Januarii currentis anni* §.8. *coram R. P. D. Mannelli*. Sed data etiam libertate Bonorum, videntur tamen compellendi esse Patres Conventuales uti Corneliae haeredes ad implementum piorum omnium Legatorum Vincentii, quia Cornelia in casu, quo ejus haereditas perveniret ad eosdem Patres Conventuales, jussit, quòd = *stia fermo, e saldo nel suo essere il sudetto Testamento di detto Signor Vincenzo*.

Animadvertendum similiter est, Sacram hanc Congregationem *sub die* 14. *Julii* 1670. ad instantiam Francisci Mariae, & Hortentii de Vernatiis reduxisse quidem Legata Missarum, & Panis pro Pauperibus, sed ea non aliter reduxisse, nisi adjecta clausula = *firmis remanentibus aliis oneribus* = Imminutio verò reddituum ut PP. Conventua-

tuales ab onere Legatorum reddat exemptos, attendenda esse non videtur, non reddita ratione de Bonis hæreditariis, quæ, deficiente Inventario tùm de Bonis Legantis, quod fieri debebat a primo hærede gravato, tùm de Bonis Corneliæ omisso à Patribus Conventualibus, reddi non potest.

Sunt, hæc, quæ pro quæstionis definitione reverenter proponenda putavi. Munus nunc erit *EE. PP.* ea, qua pollent, sapientia definire.

An PP. Conventuales Civitatis Vadensis teneantur præstare Legata, de quibus agitur in casu &c.

MELEVITANA DISPENSATIONIS. Sacerdos Joseph Muscat ex Casali Sannat Insulæ *del Gozo* nuncupatæ Diæcesis Melitensis preces porrexit huic Sacræ Congregationi narrans, se verbis, injuriis, & contumeliis in propria Domo provocatum fuisse a Fæmina Evangelista Attard, & quamvis ipse prudenter, blandisque verbis, sed inutiliter, studuisset animum Evangelistæ sedandi, ira accensum, arrepto baculo, Fæminam verberasse, eamque ferocem effectam erga Sacerdotem Oratorem alium arripuisse baculum, quem cum ambo ad se retraherent, illum tandem liberum reliquit mulieri, quæ eo pacto a lapsu non retenta ex alto Domus loco, qui vocatur *Astargo*, in ejusdem Domus Atrium violenter cecidit, pluribus in ejus capite, & corpore receptis vulneribus; Ab hoc accidentali casu correptus Orator auxilio plurium Personarum ob clamores inibi accurrentium curavit, ut majori, qua fieri potuit, solertia, necessaria remedia prolapsæ Fæminæ subministrarentur, quæ tamen ad propriam Domum traducta ob malam vulnerum curationem post triduum occubuit. *Sess. 14. cap. 7. de Reform.*

Narravit insuper, quòd ad instantiam Pauli Attard defunctæ Evangelistæ Viri delata fuit querela ad Episcopalem Curiam Melitensem, a qua, Criminali compilato Processu, licet fuisset concludentissime probatum, mortem Evangelistæ evenire nequivisse a datis verberibus, sed dumtaxat ab imperita vulnerum curatione, nihilominus dicta Episcopalis Curia lata Sententia Sacerdotem Oratorem damnavit ad exilium per quinquennium, illumque

irregularem, & a Divinis suspensum declaravit, præter alias indictas pecuniarias pænas pro Familia Defunctæ, & pro aliis piis Operibus applicandas. Hanc Sententiam rigidam, sibique gravem vocat, ideoque postulat dispensationem ab irregularitate, ut Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare possit.

Requisitus Episcopus pro Informatione & voto, & de satisfactione Partis & Fisci, retulit, Fiscum, & Partem satisfactos fuisse, excusavitque Sacerdotem tamquam provocatum ab Evangelista, concluditque his verbis = *Et quia a tempore latæ, ut supra, Sententiæ usque adhuc ipse recurrens honestè semper vixit, bonæque vitæ exemplum præbuit*, [& ex hac, non autem ex alia ratione censuit, ut prosequitur] *censeo, ejus casum adversum accidentaliter evenisse; Et ideo post tot ærumnas, ac diutinam carcerationem a jamdicto Recurrente passam promereri mihi videtur exoptatam ab irregularitate dispensationem*.

Sub die 23. Aprilis 1774. rescriptum fuit, ut *exhibeantur acta* =, illisque proinde transmissis, & accurate perlectis, ex eis liquidò patet, falsum esse id omne, quod narratur in precibus ab Oratore huic Sacræ Congregationi porrectis. Ex actis enim liquet, casum evenisse die 5. Decembris 1771., Evangelistam verò decessisse die 8. ejusdem mensis, eamque ab ejus delapsu ad diem obitus loquelam amisisse, ita ut examinari, & ab ipsa sequutum factum cum suis circumstantiis haberi non potuerit. Ex processu namque, & ex Testibus formiter examinatis compertum est, Evangelistam petiisse Domum Sacerdotis Josephi causa ab eo recuperandi linteolum, quod plenum *con Noce di Cottone* idem Sacerdos abripuerat e manibus Mariæ ætatis novem annorum, & unius ex *septem* minorennibus filiis tam masculis, quam fæminis dictæ Evangelistæ putans, eas res è suis Terris furtim fuisse collectas.

Quod autem evenit Sacerdotem inter, & Evangelistam narravit Anna Borg Sacerdotis famula, & infortunio præsens in ejus duplici Constituto, primo scilicet sub die 19. Decembris 1771., de quo *Processu fol.* 10., alteroque sub die 29. Januarii 1772., de quo eodem *Processu fol.* 14. *a tergo*. licet idem Sacerdos sub die 16. Julii 1769. præceptum habuisset ab Episcopo de non conversando cum dicta Anna, eamque de non admittendo in proriam Domum, quod refertur *in Processu fol.* 19.

Quæ

Quæ narravit Anna *in* fuis Conftitutis, & quibus cohærent cæteri Teftes formiter examinati, *& in Proceffu* exiftentes, habentur in *Summario num*.3. libelli ab Oratore circumferendi. Ex eis enim recognofcent ampliffimi Patres, utrum vera fint, vel falfa, quæ in precibus expofuit Orator huic Sacræ Congregationi. Nullibi quippe patet, Evangeliftam contumeliis, injuriofifque verbis provocaffe Sacerdotem Jofephum, fed imò ipfum Sacerdotem calcis ictibus, & colaphis prius, fubindeque Evangeliftam in terra jacentem ita *crudeliter*, & *inhumaniter* verberibus, & baculo affeciffe, ut eam femivivam reliquerit: Ex hoc autem certo facto conjiciendum erit ab EE. PP., utrum Evangelifta in terra jacens femiviva, remoto Sacerdote, prolabi ex fe nec ne potuerit in inferius Atrium Domus, feu potius fufpicari poffit, quod eam projecerit idem Sacerdos, ut impicta vulnera cum baculo non fibi, fed lapfui potius tribuerentur.

Cæterum adeft examinata Fæmina *in Proceffu pag*.5.*à tergo* referens, *mi portai in Cafa di detta Evangelifta come vicina, e chiamandola per due volte col fuo nome, effa Evangelifta s'alzò in ginocchione ful letto, ululando colla bocca, fenza punto fpiegarfi colle mani, bensì mi diede a fentire d'effere ftata baftonata, tanto più, che avendo offervato la fua vita per effere ignuda a caufa della miferia tutta livida, e macilente colli fegni de' colpi di baftone, e Maria mia figlia ebbe a dirmi, che Domenico figlio minore d' Anna Serva di detto Signor Mufcat gli aveva detto, che detta fù Evangelifta non era ferita colla caduta, mà colle baftonate datele dal fudetto Sacerdote* = cui dicto adhæret etiam relatio Medici, & Chirurgi, de qua *Summario Sacerdotis num*.2., deponentium, vulnera etiam in capite Evangeliftæ = *effere ftate tutte cagionate da qualche Iftromento contundente*. Nec verum eft *ex Proceffu*, Sacerdotem vocaffe Vicinos, ut delapfæ Fæminæ débitum præftaretur auxilium.

Rurfus nec etiam verum effe videtur, Fifcum fatisfactum fuiffe, quoniam non adhuc confummatum eft tempus pænæ quinquennalis exilii ab eodem Fifco Sacerdoti inflictæ, ut difpenfatio ab irregularitate peti poffit, dum fententia cum dicta pæna, & fufpenfione à Divinis lata fuit die 7. Maji 1773., ut *in Proceffu pag*.28. *à tergo*. Videndus in hifce circumftantiis *Fagnan. in lib*.5. *Decret. cap.Henricus de Cleric. pugn. in duell.*, ubi *fub num*.35.

fic

ſic ait = *An tantum temporis exceſſerit à die perpatrati homicidii, ut illius memoria ſit obliterata in loco, & ſic ceſſet ſcandalum, & horror, ut Vir ſanguinolentus miniſtret in Altari, quæ fuit cauſa inſtituendi irregularitatem.*

Certa eſt diſtinctio inter promotum, & promovendum; ſed conſiderandum eſt, an locum habeat in hoc, & ſimilibus caſibus cum morte ſequuta. Pluries in hac Sacra Congregatione de his actum eſt, & pluries etiam Clerico jam promoto denegavit Diſpenſationem ab irregularitate, ut videre eſt *in Caputaquen. Diſpenſationis* 10. *Maji* 1755., *in Taurinen. Irregularitatis* 13. *Aprilis* 1764., & *in Brixien. Irregularitatis* 19. *Januarii* 1765.

His perpenſis, dignabuntur EE. PP. definire

An ſit locus Diſpenſationi ab Irregularitate in caſu &c.

Die

INDEX RESOLUTIONUM

Quæ prodierunt in Causis in Sac. Congregatione Concilii propositis anno 1777.

A

Absentendi a Choro Indultum concessum fuit *in Novarien. Indulti* 11. *Jan. pag.* 1.

Absolutio ab implemento oneris subsidiorum dotalium inadimpleti concessa est *in Mazzarien.* 19. *Julii ad I. dub. pag.* 117.

Alimentis Puellarum Conservatorii applicati sunt durante necessitate fructus ad aliud pium opus assignati *Mazzarien.* 19. *Julii ad II. dub. pag.* 117.

Alimentis cedere non debent fructus in dotalia subsidia erogandi *Romana Alimentorum* 10. *Maii pag.* 75.

Anniversaria ad totidem Missas cum cantu simplici redacta sunt *in Romana Cappellaniarum, & Legatorum Piorum* 13. *Septembris ad I. dub. pag.* 171.

Anniversariorum, distributiones debentur Vicariis Cappellanis *Leodien* 30. *Augusti ad III. dub. pag.* 152.

Nisi obstet lex Fundationum *ibid.*

Apostolicas Litteras reportandas, reformandasque juxta Episcopi votum decrevit S. C. *in Verulana Jurium Parochialium, & Præeminentiarium* 9. *Augusti pag.* 134.

Applicatio Missæ Conventualis redacta fuit ad dies festos de præcepto *in Placentina Missæ Conventualis* 1. *Martii pag.* 20, & *in Thelesina Missæ Conventualis* 19. *Julii pag.* 110.

Archiconfrater. Pii Suffragii Pisauri creditum non subsistere, responsum fuit *in Pisauren. Reintegrationis, & Reductionis Missarum* 29. *Novembris ad I. dub. pag.* 181.

Nec ideo locum esse reintegrationi super bonis hæreditariis quondam Vincentii Lucatelli *ibid.*

Assignationem dotium pro filiabus Josephi Possenti, & Mariæ Justiniani denegavit S. C. *in Camerinen., & Fabrianen. Subsidiorum dotalium* 10. *Maii pag.* 76.

B

Beneficiatis Ecclesiæ Cathedralis Anagniæ denegata fuit vacatio a Choro per duos menses, qua gaudent Canonici. *Anagnina Indulti* 5. *Julii pag.* 104.

Beneficii alterius Diœcesis unio fuit denegata pro conficienda massa distributionum *in Vico-Equen. Visitationis SS. Liminum* 7. *Junii pag.* 83.

Beneficiorum autem ejusdem Diœcesis unio fuit concessa. *ibid.*

C

Canonicatus fructus deberi Philippo Lamberto de Faiis post biennium carentiæ computandum a die receptionis decrevit S.C. *in Leodien. Fructuum Canonicatus* 9. *Augusti pag.* 131.

Nec fructus a Capitulo perceptos eidem esse restituendos. *ibid.*

Cappellaniarum erectio ad formam Testamenti demandata est *in Romana Cappellaniarum, & Legatorum Piorum* 13. *Septembris ad I. dub. pag.* 171.

Cappellaniæ fructus deberi a die obitus Francisci Guidelli definivit S. C. *in Civitatis Castelli Cappellaniæ* 30. *Augusti ad II. dub. pag.* 152.

Cappellaniæ perpetuitas denegata fuit *in Taurinen. Cappellaniæ* 11. *Januarii pag.* 1.

Cappellanis deberi stipendium a die erectionis Cappellaniarum definivit S. C. *in Romana Cappellaniarum, & Legatorum Piorum* 13. *Septembris ad II. dub. pag.* 171.

Cappellanis Vicariis denegatæ fuerunt Distributiones quotidianæ provenientes ex Massa Canonicorum *in Leodien.* 30. *Augusti ad III. dub. pag.* 152.

Datæ verò sunt Distributiones pro Anniversariis, nisi obstaret lex Fundationum. *ibid.*

Concessa etiam est vacatio duorum mensium per turnum temporibus a Capitulo præfiniendis *ibid. ad VI. dub.*

Excepto Adventu, & Quadragesima. *ibid.*

Capitulare Decretum *diei* 21. *Januarii* 1628.

Collegiatæ S. Pauli Leodii non sustineri definivit Sacra Congreg. *in Leodien.* 10. *Maii ad I. dub. pag.* 76.

Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ Tungrensis competere facultatem mulctandi Cappellanos Vicarios absentes absque illius licentia. *Leodien.* 30. *Augusti ad V. dub. pag.* 152.

Vel

Vel per subtractionem Distributionum quotidianarum, quatenus adsint. *ibid.*

Vel per subtractionem Vicariarum fructuum correspondentium absentiæ diebus. *ibid.*

Charitativi Subsidii denegata præstatio favore Mariani Alexandri confirmata fuit *in Urbinaten.*, *seu Ariminen.* 7. *Junii pag.* 85.

Celebrare diebus Festis hora ab Episcopo designanda tenetur Rector Cappellaniæ Misericordiæ erectæ in Parochiali Ecclesia Castri S. Venantii, prout definivit Sacra Congregatio *in Urbevetana* 10. *Aprilis pag.*64.

Chori stante laborioso servitio, vacationem Canonicis Terræ *Sinalongæ*, juxta tamen votum Episcopi, concedendam esse decrevit Sac. Cong. *in Pientina Vacationis Choralis* 29. *Novembris pag.* 180.

Denegandam verò censuit Beneficiatis Cathedralis Anagniæ, *in Anagnina Indulti* 5. *Julii pag.*104.

A Choro abessendi Indultum concessum fuit *in Novarien. Indulti* 11. *Januar. pag.*1.

Codices Confraternitatis ad excludendam, vel admittendam Procurationem inspiciendos voluit Sac. Congr. *in Camerinen. Procurationis* 19. *Aprilis pag.*63.

Codicesque Capituli *in Senogallien.* 7. *Junii pag.* 86.

Collationem Canonicatus Pænitentiarii in personam Canonici Jacobbi sustinendam censuit Sac. Congr. *in Alerien. Canonicatus Pænitentiarii* 10. *Maii pag.*75.

Collegiatæ Tungrensis Cappellani Vicarii sunt perpetui. *Leodien.* 30. *Augusti ad I. dub. pag.* 152.

Ad titulum earumdem Cappellaniarum possunt ad Sacros Ordines promoveri. *ibid.*

Debent implere onera per se ipsos. *ibid.*

Tenentur interesse Missæ cum cantu juxta solitum. *ibid. ad II. dub.*

Et assidue inservire Choro, & Ecclesiæ *ibid.*

Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ Terræ Fiani Patronatum spectare ad Communitatem ejusdem Terræ resolutum fuit *in Nepesina Jurispatronatus* 13. *Septembris pag.*170.

Commutatio voluntatis juxta votum Episcopi concessa fuit *in Prænestina Commutationis Voluntatis* 19. *Aprilis pag.*64., & *in Interamnen.* 19. *Julii pag.*120.

Commutatio voluntatis etiam facta fuit *in Mazzarien.* 19. *Julii ad II. dub. pag.* 117.

Ita ut fructus assignati a Scholastica Vincisora impendantur pro alimentis puellarum Conservatorii, quousque necessitas perduraverit *ibid.*

Denegata verò fuit *in Forosempronien.* 1. *Martii pag.*21.

Etiamsi commutatio peteretur pro facienda electione, & manutentione Lectorum Philosophiæ, ac S. Theologiæ *ibid.*

Denegata etiam fuit *in Faventina Applicationis* 19. *Julii pag.*118.

Creditum Archiconfraternitatis Pii Suffragii Pisauri non subsistere respondit Sac. Congr. *in Pisauren. Reintegrationis*, & *Reductionis Missarum* 29. *Novembris ad I. dub. pag.*181.

D

Dispensatio super defectu ætatis ad assequendum Beneficium Ecclesiasticum concessa fuit, adimpletis per alium oneribus *in Auximana Dispensationis* 19. *Julii p.* 117.

Super impedimento primi gradus Affinitatis fuit denegata *in Uritana Dispensationis* 7. *Junii pag.*95.

Dispensatio ab irregularitate propter homicidium concessa fuit *in Marianen. Irregularitatis* 1. *Martii pag.*29.

Dissolutio Matrimonii fuit denegata *in Asten. Matrimonii* 1. *Martii pag.*26.

Distributiones quotidianas ex Massa Canonicorum provenientes non deberi Cappellanis Vicariis decrevit Sac. Cong. *in Leodien.* 30. *Augusti ad III. dub. pag.*152.

Deberi tamen distributiones pro Anniversariis *ibid.*

Nisi obstet lex Fundationum *ibid.*

Distributionum Massa ut conficeretur, denegata fuit unio Beneficii extra Diœcesim existentis *Vico-Equensis Visitationis SS. Liminum* 7. *Junii pag.*83.

Concessa verò fuit unio quatuor Beneficiorum ejusdem Diœcesis *ibid.*

Donationem exequendam esse ad formam Instrumenti decrevit Sac. Congr. *in Civitatis Castelli Cappellaniæ* 30. *Augusti ad I. dub. pag.* 152.

Dotium assignationem pro filiabus Josephi Possenti, & Mariæ Justiniani denegavit Sac. Congr. *in Camerinen.*, & *Fabrianen. Subsidiorum Dotalium* 10. *Maii pag.*76.

E

Ecclesiæ distantia considerata, Missam Celebranti præter eleemosynam manualem deberi etiam aliquale honorarium ratione laboris, & incommodi arbitrio Episcopi definitum fuit *in Celsonen. Reductionis Missarum* 1. *Martii ad II. dub. pag.*22.

Eleemosyna Missæ. Vid. *Missa Eleemosyna*.

Episcopo reddendam esse rationem administrationis Legati pii ab hæredibus exercitæ decrevit S. C. *in Interamnen.* 29. *Novembris pag.* 179.

Episcopo mandata fuit executio Decretorum respicientium restaurationem pavimenti Ecclesiæ, & alia ad Divinum cultum pertinentia *in Balneoregien.*, & *Urbevetana* 7. *Junii pag.* 94.

Episcopo commissum etiam fuit examen Parochi a Patronis præsentati *ibid.*

Erectio Cappellaniarum ad formam Testamenti demandata fuit *in Romana Cappellaniarum, & Legatorum Piorum* 13. *Septembris ad I. dub. pag.*171.

Erectio cujusdam Cappellaniæ auctoritate Ordinaria denegata fuit *in Taurinen. Cappellaniæ* 11. *Januarii pag.*1.

Ætatis dispensatio ad Beneficium obtinendum fuit concessa *in Auximana Dispensationis* 19. *Julii pag.*117.

Examini noviter faciendo pro collatione Canonicatus Pænitentiarii locum non esse respondit Sac. Congr. *in Alerien. Canonicatus Pænitentiarii* 10. *Maii pag.*75.

Executio piæ Dispositionis Antonii Pelucchi demandata fuit Domino Secretario cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis *in Romana Cappellaniarum, & Legatorum Piorum* 13. *Septembris ad III. dub. pag.* 171.

Exequendam esse Donationem ad formam Instrumenti decrevit Sac. Congr. *in Civitatis Castelli Cappellaniæ* 30. *Augusti ad I. dub. pag.* 152.

Exequenda esse Legata pro Dotibus, & eleemosyna Pauperum ex eo, quod superest, definivit Sac. Congr. *in Romana Cappellaniarum, & Legatorum Piorum* 13. *Septembris ad I. dub. pag.* 171.

F

FRuctus Canonicatus deberi Philippo Lamberto de Faiis post biennium carentiæ computandum a die receptionis decrevit Sac. Congr. *in Leodien. Fructuum Canonicatus* 9. *Augusti pag.*131.

Fructus tamen perceptos eidem a Capitulo non esse restituendos *ibid.*

Fructus Cappellaniæ deberi a die obitus Francisci Guidelli definivit Sac. Congr. *in Civitatis Castelli Cappellaniæ* 30. *Augusti ad II. dub. pag.*152.

Fructuum portionem provenientem ex vino Vinearum locatarum, & ex venditione Arborum, lignorum, & glandium pro duobus annis primæ residentiæ deberi Canonico de Diffuiis decrevit Sac. Congr. *in Leodien.* 10. *Maii ad II. dub. pag.*76.

H

HOmicidium quoad irregularitatem, Vid. *Irregularitatis Dispensatio.*

Honorarium aliquod ratione laboris, & incommodi arbitrio Episcopi remissum fuit pro Missis celebrandis in Ecclesiis extra Villam de la Puebla de Lillot, *Celsonen. Reductionis Missarum* 1. *Martii ad II. dub. pag.* 22.

Hora ab Episcopo designanda diebus festis celebrare tenetur Rector Cappellaniæ Misericordiæ erectæ in Castro S. Venantii *in Urbevetana* 10. *Aprilis pag.*61.

I

IMmemorabilis probandæ gratia pro non solvenda Procuratione inspiciendi sunt Codices Capituli, ut videatur an unquam ea soluta fuerit *Senogallien.* 7. *Junii pag.*86.

Impedimentum primi gradus Affinitatis non fuit dispensatum *in Vritana Dispensationis* 7. *Junii pag.*91.

Implementum oneris subsidiorum dotalium inadimpleti remissum fuit *in Mazzaren.* 19. *Julii ad I. dub. pag.*117.

Indultum abessendi a Choro fuit concessum *in Novarien. Indulti* 11. *Januarii pag.*1.

Necnon Indultum abessendi a residentia *ibid.*

Institutio ad Paræciam concessa fuit Sacerdoti præsentato a Monasterio cum congrua, juxta nominationem factam a Monialibus *in Balneoregien., & Urbevetana* 7. *Junii pag.* 94.

Prævio tamen examine faciendo ab Episcopo *ibid.*

Irregularitatis ob homicidium contractæ dispensatio concessa est *in Marianen. Irregularitatis* 1. *Martii pag.*29.

Jurispatronatus renunciatio facta ab Abbatissa non fuit admissa *in Balneoregien., & Urbevetana* 7. *Junii ad I. dub. pag.*94.

Sed admissa fuit renunciationis retractatio *ibid.*

L

LEgata pro dotibus, & eleemosyna Pauperum exequenda in eo, quod superest, definivit Sac. Congr. *in Romana Cappellaniarum, & Legatorum Piorum* 13. *Septembris ad I. dub. pag.*171.

Legati pii administrationis rationem ab hæredibus reddendam esse Episcopo decrevit Sac. Congr. *in Interamnen.* 29. *Novembris pag.* 179.

Legatum Missarum a Testatoris descendente retinendum esse, donec aliquis de Familia idoneus evaserit ad formam Testamenti, adimpletis oneribus, definivit Sacr. Congr. *in Firmana Legati* 9. *Augusti pag.*131.

Litteras Apostolicas esse reportandas, & reformandas juxta votum Episcopi decrevit Sac. Congregat. *in Verulana Jurium Parochialium, & Praeminentiarum* 9. *Augusti pag.*134.

M

MAtrimonii dissolutio denegata fuit *in Asten Matrimonii* 1. *Martii pag.* 26.

Non constare de Matrimonio inter Dominicum Marufcelli, & Coronam Merli definivit Sac. Congr. *in Viterbien. Matrimonii* 11. *Januarii pag.*2.

Melioramenta esse facienda in Prædio assignato pro celebratione Missarum, & de expensis esse reintegrandum Meliorantem decrevit S. Congr. *in Interamnen. 29. Novembris pag.* 179.

Missarum eleemosyna manualis statuta fuit juxta redditus, deductis expensis, & utensilibus *Caputaquen. 7. Junii pag.*86.

Missarum eleemosynæ manuali unà cum aliquali honorario ratione laboris, & incommodi locum esse ob distantiam Ecclesiæ, in qua Missa est celebranda, respondit S. C. *in Celsonen. Reductionis Missarum* 1.*Martii ad II. dub. pag.*22.

Missarum Legatum a Testatoris descendente laico retinendum esse quousque aliquis de familia idoneus evaserit ad formam Testamenti, adimpletis oneribus respondit Sac. Congreg. *in Firmana Legati 9. Augusti pag.*131.

Missarum onus reductum fuit *in Massanen. Reductionis Onerum* 11. *Januarii pag.* 1. Deletum verò *in Firmana Deletionis Onerum* 5. *Julii pag.*103.

Missarum reductio concessa fuit ad rationem Eleæmosynæ manualis *in Pisauren. Reintegrationis, & Reductionis Missarum 29. Novembris ad II. dub. pag.*181.

Missarum reductio concessa fuit ad decennium *in Massanen. Reductionis Onerum* 11.*Januarii pag.*1.

Missarum ulteriori reductioni locum esse, detractis expensis utensilium, respondit Sac. Congregat. *in Celsonen. Reductionis Missarum* 1. *Martii ad I. dub. pag.*22.

Missarum suspensio ad quinquennium concessa fuit *in Interamnen. 29. Novembris pag.*179.

Missæ Conventualis applicatio pro Benefactoribus reducta fuit ad dies festos de præcepto *in Placentina Missæ Conventualis* 1. *Martii pag.*23.

Ejusdem onus ad dies festos de præcepto reductum fuit *in Thelesina Missæ Conventualis 29. Julii pag.*118.

Mulctandos esse Vicarios Cappellanos absentes sine licentia Capituli respondit Sac. Congr. *in Leodien.* 30. *Augusti ad V. dub. pag.*152.

Et mulctandos esse a Capitulo, vel per subtractionem quotidianarum distributionum ad eosdem spectantium *ibid.* vel per subtractionem fructuum Vicariarum correspondentium diebus absentiæ *ibid.*

Mulctis pecuniariis à Canonicis compelli non posse Præbendatos, & Mansionarios ad observantiam Transactionis respondit S. C. *in Placentina* 13. *Septembris ad III. dub. pag.*170.

N

Nominandi Clericum etiam extraneum ad Cappellaniam facultas Patrono illam augenti de proprio concessa fuit *in Taurinen. Cappellaniæ* 11. *Januarii pag.*1. Dummodo non adsint sanguine propinqui Testatrici, vel Sacerdotes, vel proximè promovendi *ibid.*

Nullam esse Professionem definivit S.C. *in Spoletana Nullitatis Professionis 29. Novembris pag.*180.

O

Onerum deletio facta est *in Pisauren. Reintegrationis, & Reductionis Missarum 29. Novembris ad* 11. *dub. pag.*181.

Oneris reductio ad decennium concessa fuit *in Massanen. Reductionis Onerum* 11. *Januarii pag.*1.

Onerum reductio denegata fuit *in Burgen. Reductionis* 15. *Martii pag.*41.

Onus Missarum deletum fuit *in Firmana Deletionis Onerum* 5. *Julii pag.*103.

P

Patronatus Ecclesiæ Collegiatæ, & Parochialis Terræ Fiani spectare ad Communitatem definitum fuit *Nepesina Jurispatronatus* 13. *Septembris pag.*170.

Patrono concessa fuit facultas augendi Cappellaniam, & nominandi consanguineos suos etiam Sacerdotio non proximos *in Taurinen. Cappellaniæ* 11. *Januarii pag.*1.

Dummodo non adsint sanguine propinqui Testatrici Sacerdotes, vel proximè ad Sacerdotium promovendi *ibid.*

Impleta per alium Missarum celebratione *ibid.*

Pænitentiarii Canonicatus collationem substinendam esse in personam Canonici Jacobbi censuit Sac. Congr. *in Alerien. Canonicatus Pœnitentiarii* 10. *Maii pag.*75.

Perpetuatio Cappellaniæ denegata fuit *in Taurinen. Cappellaniæ* 11. *Januarii pag.*1.

Præceptum Paschale adimpleri non posse in Cathedrali Ecclesia a centum Pacificis Civitatis Faventinæ sine licentia proprii respectivè Parochi respondit Sac. Congr. *in Faventina 29. Novembris pag.*179., sed implendum in eorum respectivè Paræcia *ibid.*

Procuratio vid. *Vicarius Lateranensis*. Professionem nullam esse respondit Sac. Congr. *in Spoletana Nullitatis Professionis 29. Novembris pag.*180.

R

Rationem administrationis Legati pii ab hæredibus reddendam esse Episcopo decrevit Sac. Congr. *in Interamnen.* 29. *Novembris* pag.179.

Reductio Anniversarii ad Missam lectam data est *in Pisauren. Reintegrationis*, & *Reductionis Missarum* 29. *Novembris ad II. dub.* pag.1811.

Reductio Anniversariorum pro nunc ad totidem Missas cum cantu simplici concessa fuit *in Romana Cappellaniarum*, & *Legatorum Piorum* 13. *Septembris ad I. dub.* pag.171.

Reducta est applicatio Missæ Conventualis pro Benefactoribus ad dies festos de præcepto *in Placentina Missæ Conventualis* 1. *Martii* pag.20.

Reductæ sunt Missæ ad rationem eleemosynæ manualis *in Pisauren. Reintegrationis*, & *Reductionis Missarum* 29. *Novembris ad II. dub.* pag.181.

Reductio oneris Missarum fuit concessa *in Massanen. Reductionis Onerum* 11. *Januarii* pag.1.

Reductio oneris Missæ Conventualis facta fuit ad dies festos de Præcepto *in Thelesina Missæ Conventualis* 10. *Julii* pag.118.

Reductio onerum denegata est *in Burgen. Reductionis* 15. *Martii* pag.41.

Reductioni ulteriori Missarum locum, esse detractis expensis utensilium, respondit Sac. Congreg. *in Celsonen. Reductionis Missarum* 1. *Martii ad I. dub.* pag.22.

Reintegratio crediti super Bonis hæreditariis Vincentii Lucatelli denegata fuit Archiconfraternitati Pii Suffragii Pisauri *in Pisauren. Reintegrationis*, & *Reductionis Missarum* 29. *Novembris ad I. dub.* pag.181.

Renunciatio Jurispatronatus facta ab Abbatissa non fuit admissa *in Balneoregien.*, & *Urbevetana* 7. *Julii ad I. dub.* pag.94.

Sed admissa fuit ejusdem renunciationis retractatio *ibid.*

Reportandas, & reformandas esse Litteras Apostolicas, juxta votum Episcopi decrevit Sac. Congr. *in Verulana Jurium Parochialium*, & *Praeminentiarum* 9. *Augusti* pag.134.

A residentia abessendi Indultum concessum fuit *in Novarien. Indulti* 11. *Januarii* pag.1.

S

Secretario Sac. Cong. Concilii demandata fuit executio piæ Dispositionis Antonii Pecchi cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis. *Romana Cappellaniarum*, & *Legatorum Piorum* 13. *Septembris ad IV. dub.* pag.71.

Servitium Chori quoad vacationem vid. *vacatio à servitio Chori*.

Solutio vitalitiorum ad formam Testamenti decreta fuit *in Romana Cappellaniarum*, & *Legatorum Piorum* 13. *Septembris ad I. dub.* pag.171.

Statutum, seu Decretum capitulare Collegiatæ S. Pauli Leodii non sustinendum censuit Sac. Congr. *in Leodien.* 10. *Maii ad I. dub.* pag.76.

Subsidium charitativum Mariano Alexandri fuit denegatum *in Urbinaten.*, *seu Ariminen.* 7. *Junii* pag.85.

Subsidiorum Dotalium assignationem petitam pro filiabus Josephi Possenti, & Mariæ Giustiniani rejecit Sac.Cong. *in Camerinen.*, & *Fabrianen. Subsidiorum Dotalium* 10. *Maii* pag.76.

Supplicationem Francisci Nicolai Manzoni signandam esse decrevit Sac. Cong. *in Auximana Dispensationis* 19. *Julii* pag.117.

Suspensio Missarum ad quinquennium decreta fuit *in Interamnen.* 29. *Novembris* pag.179.

T

Transactionem nec validam, nec sustinendam esse censuit Sac.Congreg. *in Placentina* 13. *Septembris ad I. dub.* pag.170.

Nec ad ejus observantiam successores mulctis pecuniariis cogi posse *ibid. ad III. dub.*

Tungrensis Collegiatæ Vicarii sunt perpetui *Leodien.* 30. *Augusti ad I. dub.* pag.152.

Ad titulum earumdem Vicariarum iidem Vicarii promoveri possunt ad Sacros Ordines *ibid.*

Assiduè tenentur inservire Choro, & Ecclesiæ *ibid.*

Tenentur adimplere onera per se ipsos *ibid.*

Eis aliqua retributio danda arbitrio Capituli. *ibid.*

Et pro illorum punctaturis a Capitulo eligi debet Clericus de Choro *ibid.*

Tenentur interesse Missis cum cantu juxta solitum *ibid. ad II. dub.*

Mulctari possunt absentes, vel per subtractionem quotidianarum distributionum *ibid. ad V. Dub.*

Vel per subtractionem fructuum Vicariarum correspondentium diebus absentiæ *ibid.*

V

Vacatio duorum mensium per turnum temporibus a Capitulo præfiniendis concessa fuit Cappellanis Vicariis *in Leodien.* 30. *Augusti ad VI. dub.* pag.152.

Excepto tempore Adventus, & Quadragesimæ *ibid.*

Vacatio a Chori servitio decreta fuit *in Pientina Vacationis Choralis 29. Novembris pag.*180.

Similis vacatio per duos támen menses, qua gaudebant Canonici, denegata fuit Beneficiatis Ecclesiæ Cathedralis Anagniæ *in Anagnina Indulti 5. Julii pag.*104.

Vitalitiorum solutio ad formam Testamenti decreta fuit *in Romana Cappellaniarum, & Legatorum Piorum 13. Septembris ad I. dub. pag.*171.

Unio Beneficii extra Diœcesim positi pro conficienda Massa distributionum fuit denegata *in Vico Equensi Visitationis Sacrorum Liminum 7. Junii pag.*83.

Unío autem quatuor Beneficiorum ejusdem Diœcesis concessa fuit *ibid.*

Commutatio voluntatis, juxta Votum Eminentissimi Episcopi concessa fuit *in Prænestina Commutationis Voluntatis 19. Aprilis pag.*64.

Similis commutatio facta fuit *in Interamnen. 19. Julii pag.*120.

Celebratis tamen per Cappellanum Missis in Cappellis S. Antonii Abbatis, & S. Antonii Patavini erectis in Ecclesia Minorum Conventualium S. Francisci, juxta redditus Prædii Pedemontis ad rationem eleemosynæ manualis *ibid.*

Denegata verò fuit *in Forosempronien. 1. Martii pag.*21.

Etiamsi commutatio peteretur pro electióne, & manutentione Lectorum Philosophiæ, ac Theologiæ *ibid.*

Denegata quoque fuit *in Faventina Applicationis 19. Julii pag.*118.

Utensilium expensas detrahendas esse, concessa reductione Missarum ad rationem manualis respondit Sac. Congr. *in Celsonen. Reductionis Missarum 1. Martii quoad I. dub. pag.*22., *in Caputaquen. 7. Junii pag.*86., *& in Interamnen. 19. Julii pag.*120.

FINIS.



IN-

INDEX CONCLUSIONUM,

Quæ adnotatæ fuerunt in foliis Causarum anni 1777.

A

Abessendi justa causa non est defensio litis, quæ commodè agi possit per Procuratorem *pag.* 9. §. *Altera*.

Magis si præsentia Beneficiati non sit necessaria *ibid.*

Abessendi licentia a Chori servitio aliquando conceditur per duos menses in quolibet anno *pag.* 167. §. *Transeundo*.

Ita tamen ut nunquam absint ultra tertiam partem *ibid.*

Et omnes intersint Diebus Dominicis, & Festis totius anni, & diebus omnibus Quadragesimæ, Octave Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes, & Corporis Christi *ibid.*

Abessendi Indulta obtenta a Sac. Congreg. sub, vel obreptitia ad nihilum suffragantur *pag.* 8. §. *Nunc autem*, & *pag.* 105. §. *Quibus*.

Ita etiam si exhibita non sint penes acta Cancellariæ Episcopalis *ibid.*

Vel ab Episcopo non sint executioni demandata *ibid.*

Vel irrationabilis sit abessendi causa *pagin.* 9. §. *Altera*.

Absens Præpositus per annum privatur medietate fructuum *pag.* 105. §. *Atque*.

Nisi adsit justa, & legittima causa cum Indulto Apostolico *ibid.*

Absentes per annum privantur dimidia parte fructuum *pag.* 10. §. *Putant*.

Absolutio a juramento reportata ab Episcopo non citata donataria utrum sufficiat ad revocandam donationem *pag.* 4. §. *Ambigendum*.

Utrum valeat lædere jus quæsitum Donatarii *pag.* 5. *ibid.*

Actus internus non sufficit ad solemnem Professionem *pag.* 175. §. *Quod autem*.

Actus tacitam Professionem indicantes inefficaces sunt ad eam inducendam intra quinquennium *pag.* 174. §. *Præoculis*.

Nisi gesti probentur animo illam convalidandi, si fuerit nulla, & cum scientia nullitatis *ibid.*

Affines Puellæ in dotium assecutione præferendæ sunt incertis Puellis extraneis *pag.* 48. §. *Præterea*.

Quando, & in quo gradu *pag.* 49. §. *Praeterea*, & §. *Aut Testator*.

Alexandriæ unicum Sacrificium singulis diebus agebatur *pag.* 59. §. *In qua*.

Alimenta debentur aliquando Descendentibus ex præsumpta voluntate Testatoris *pag.* 70. §. *Hoc tamen*.

Debentur Patrono inopi super fructibus bonorum subjectorum Patronatui *pag.* 69. §. *Hoc tamen*.

Affinitatis primus gradus non dispensari solet *pag.* 91. §. *Nodus*.

Animæ solummodo suffragium si respexerit Testator, conceditur Missarum translatio *pag.* 17. §. *Ordinarie*.

Id quomodo probetur *ibid.*

Apostolice Litteræ non sunt reformandæ, si fuerint obtentæ cum consensu Episcopi. & interesse habentium *pag.* 132. §. *Huic*.

Reformantur, si erroneæ sint *pagin.* 133. §. *Minusque*.

Vel male expressæ, & difformes a supplicatione *ibid.*

Si præfatæ Litteræ difformes sint a supplicatione, huic standum est *pag.* 133. §. *Minusque*.

Cum sit Matrix earumdem *ibid.*

Quando fuerint illæ acceptatæ, & executę, non decet contra eas insistere *pagin.* 132. §. *Huic*.

Apostolicum Beneplacitum præsumitur propter constantem, & diuturnam observantiam *pag.* 148. §. *Urgent*.

Applicari Missa pro Populo debet a Parocho diebus festis *pag.* 96. §. *Quo posito*.

Approbatio Ordinarii requiritur pro Transactione super bonis Ecclesiæ *pag.* 348. §. *Addunt*.

Approbari nequit conventio, quæ plures continet incohærentias *pag.* 133. §. *Rursus*.

Approbatio Concordiæ, vel alienationis jurium, & Bonorum Ecclesiæ, quæ excedunt valorem *Capituli Terrulas* pertinet ad majora jura, & prærogativas Pontificiæ Jurisdictionis *pag.* 149. §. *Subdunt*.

Hinc speciali indiget expressione, & delegatione *ibid.*

Nec sub generali licet prægnanti concessione continetur *ibid.*

Assen-

Assensus Capituli Cathedralis requiritur ad Pareciæ suppressionem *pag.* 178. §. *Deficit*.

Authenticæ. *Contra cum rogatus Cod. ad Sen. Cons. Trebell.* : dispositio *pag.* 5. §. *Quamobrem*.

B

BAptismatis, & Matrimoniorum Fides probant descendentiam *pag.* 73. §. *Contra*.

Baroni competit Jurspatronatus Ecclesiæ Feudi adnexæ acquisitum litteraliter in emptione *pag.* 155. §. *Duo sunt*.

Beneficiati in pluribus Ecclesiis parem habent vacationem cum Canonicis *pag.* 100. §. *Atque hinc*.

Beneficii Juspatronatus non inducit patronatum Ecclesiæ §. *Hanc tamen*.

Beneficiorum natura, & qualitates immutari nequeunt ex Legibus Capitularibus *pag.* 101. §. *Nec obstat*.

Beneplacitum Apostolicum præsumitur concurrente diuturna, & constanti observantia *pag.* 148. §. *Urgent*.

Bona Clericorum dicuntur Peculium quasi Castrense *peg.* 144. §. *At verò*.

Super quo Pater nullum habet jus *ibid.*

Bona hypothecata, quousque existunt, subjecta sunt onerum implemento *pag.* 39. §. *Attamen*.

Bonorum imminutio pro Missarum reductione non attenditur reddita si nondum sit ratio de bonis hæreditariis *pag.* 187. §. *Animadvertendum*.

Et deficiente Inventario *ibid.*

C

CAnonicis adstrictis servitio Ecclesiæ denegatur vacatio ultra tres menses *pag.* 100. §. *Licet*.

Quæ vacatio eis conceditur, si Constitutiones Ecclesiæ reqnirant servitium totius anni *ibid.*

Aliquando concessum est, ut intervenirent per tertiariam a die prima Junii usque ad primam diem Octobris *pag.* 167. §. *Item*.

Aliquando concessum servitium per mediarias attenta tenuitate Præbendarum *pagin.* 168. §. *Similiter*,

Canonicorum quale gravamen obstet Indulto abessendi *pag.* 9. §. *Tertium*.

Canonicus nequit adimplere onera per Substitutum *pag.* 149. §. *E contra*.

Per se ipsum debet inservire Ecclesiæ *ibidem*.

Dummodo non sit legittime impeditus *ibidem*.

Debet canere Missam Conventualem per se ipsum etiam diebus ferialibus *ibid.*

Nec attenditur contraria observantia, & consuetudo *ibid.*

Si possessionem Præbendæ non ceperit fructus non facit suos *pag.* 124. §. *Quamobrem*.

Habens indultum abessendi causa defendendi jura sui Beneficii tenetur adimplere onera per Substitutum *pag.* 9. §. *Tertium*.

Et in hoc casu illi debetur Massa grossa unà cum emolumentis quarumcumque Missarum, & Oblationum *ibid.*

Capitulari Vicario Procuratio debetur pro medietate *pag.* 83. §. *Progreditur*.

Capituli Cathedralis assensus requiritur ad Paræcie suppressionem *pag.* 178. §. *Deficit*.

Capituli Leges nequeunt immutare qualitatem, & naturam Beneficiorum *pag.* 101 §. *Nec obstat*.

Nec tollere jura concessa Beneficiatis in fundatione *ibid.*

Quin obstet earumdem legum usus *pagin.* 101. §. *Animadvertunt*.

Cum prædecessores nequeant præjudicium inferre successoribus *ibid.*

Capitulo Lateranensi competit jurisdictio quasi Episcopalis super Ecclesiis, & Locis Piis in suo solo fundatis *pag.* 51. §. *Non enim*.

Cappellania quomodo distinguatur a Legato Pio Missarum. Vid. *Legatum Pium Missarum*.

Cappellania Sacerdotalis retineri potest a laico donec aliquis ex descendentibus a Fundatore fiat capax, si onera per alium impleri possint *pag.* 127. §. *Et alterum*.

Cappellaniarum stipendium a qua die debeatur *pag.* 159. §. *Urgent*.

Cappellanis non debent imponi nova onera præter contenta in litteris Fundationum *pagin.* 59. §. *Episcopus*.

Magis si Cappellaniæ sint de Jurepatronatus laicorum *pag.* 61. §. *Denique*.

Id tamen non intelligitur de oneribus a jure impositis, cui Testator debet se conformare *ibid.*

Cappuccini sunt incapaces possidendi *pag.* 183 §. *Ablegatis*.

Et postulandi Legata *ibid.*

Sive legatum sit pecuniæ, vel speciei *pag.* 183. §. *Idque*.

Cum onere, vel sine *ibid.*

Capaces tamen sunt unius, vel temporaneæ præstationis *ibid.*

Nec non Legatorum annuorum, si onus ea præstandi hæredibus sit impositum *pagin.* 185. §. *At verò*. & §. *Consimilis*.

Quæ Legata hæredes præstare tenentur titulo eleemosynæ *pag.* 185. §. *Ulterius*.

Cathedralis Ecclesia dicitur aliquando Paræcia totius Civitatis *pag.* 165. §. *Et quamvis*.

Etiam pro satisfaciendo Paschali Præcepto *ibid.*

Causa filiorum præfertur causæ piæ *pagin.* 39. §. *Franciscus*.

Centenaria observantia probat juspatronatum *pag.* 154. §. *Uterque*.

Cessio

Cessio Jurispatronatus probat existentiam cessi Jurispatronatus penes cedentem *pagin.* 156. §. *E contra*.

Cessio non acceptata nihil operatur *ibid.*

Circumstantiæ loci, & temporis, ac Personarum plurimum valent ad Fundatoris mentem eruendam *pag.*62. §. *Verum*.

Clericorum bona dicuntur peculium quasi Castrense *pag.* 144. §. *At verò*.

Supra quæ nullum jus habet Pater *ibid.*

Clericus quoad Irregularitatem. *Vid.* Irregularitas.

Communionis in Paschate præceptum ut impleatur, propria Paræcia est adeunda *pagin.*163. §. *Rursus*.

Quovis privilegio, & consuetudine non obstante *ibid.*

Nisi adsit proprii Parochi licentia *pag.*165. §. *Et quamvis*.

Commutatio voluntatis. *Vid.* Voluntatis commutatio.

Concordiæ approbatio super rebus Ecclesiæ, quæ excedant valorem *Capituli Terrulas*; pertinet ad majora jura, & prærogativas Pontificiæ Jurisdictionis *pag.*49. §. *Subdunt*.

Hinc speciali indigent expressione, & delegatione *ibid.*

Nec sub generali licet prægnanti concessione continetur *ibid.*

In Concursibus Paræciarum eadem Quæsita omnibus sunt facienda *pag.* 66. §. *Tuetur*.

Concursus expletus sine scriptis an valeat *pag.* 66. §. *In Encyclicis*.

Congrua Parochi *Vid.* Parochi Congrua.

Conjecturæ cessant cum illis opponitur mens Testatoris *pag.* 70. §. *Rursus*.

Conjugatus retinere potest Legatum Pium Missarum *pag.* 226. §. *Preces*.

Consanguineæ quoad assecutionem Dotium, *Vid.* Dotalia Subsidia.

Consilium particulare nequit retractare Decretum universæ Communitatis *pagin.* 116. §. *Hujusmodi*.

Consuetudo valet, quòd Canonici noviter provisi relinquant fructus primi anni pro Fabrica Ecclesiæ *pag.*123. §. *Quod autem*.

Et fructus secundi anni hæredibus ejusdem Canonici *ibid.*

Ista consuetudo debet esse centenaria *pag.* 124. §. *Illa verò*.

Quæ præsumit interventum Apostolici Indulti *ibid.*

Vel debet esse probata in Contradictorio Judicio *ibid.*

Consuetudo Ecclesiarum, *Vide* Ecclesiarum Consuetudo.

Conventualis Missa, *Vid.* Missa Conventualis.

Conventum Sacrum ad subveniendum Populo esse iterandum dixit S. Leo Pontifex Dioscoro Episcopo Alexandrino *pagin.* 60. §. *In quo*.

Cultus Divini favore permittuntur fieri multa, quæ aliàs fieri non permitterentur, *pag.*79. §. *Episcopi*.

D

Defunctorum voluntates religiosissime sunt servandæ *pag.*158. §. *Jura*.

Delegatione speciali indigent, quæ pertinent ad majora jura, & prærogativas Pontificiæ Jurisdictionis *pag.* 149. §. *Subdunt*.

Descendentia probatur Fidibus Matrimoniorum, & Baptismatis *pag.*53. § *Contra*.

Descendentibus conceduntur aliquando alimenta ex præsumpta voluntate Testatoris *pag.*70. §. *Hoc tamen*.

Detractiones impedit Hæredi gravato Inventarii omissio *pag.*184. §. *Urgent*.

Maxime si res sit non cum hæredibus Fideicommissariis, sed cum Legatariis *p.*186. §. *Opinio*.

Devolutionis certa scientia non probata, Legatum non præscribitur *pag.* 186. §. *Quid verò*.

Dispensatio ætatis ad assequendum Beneficium aliquando conceditur *pagin.* 112. §. *Ponderandum*.

Dispensatio super impedimentis Matrimonii, *Vid.* Matrimonii impedimenta.

Juramenti, *Vid.* Juramenti dispensatio.

Distributiones quotidianas lucrifaciunt, qui communi Choro realiter inserviunt *pag.*10. §. *Ex iis itaque*.

Hæ non debentur elapso termino Indulti abessendi *pag.* 10. §. *Ponderandum*.

Distributionum Massa debet esse in Collegiatis, & Cathedralibus *pag.* 79. §. *De necessitate*.

Quomodo constituenda *ibidem*.

Fieri potest suppressione Canonicatuum, vel unione Beneficiorum *ibid.*

Quæ tamen sint ejusdem Diœcesis *p.*80. §. *Deficientibus*.

Doctoratus requiritur ad assequendam Præbendam Pœnitentiariam *pag.* 67. §. *Itemque*.

Vel intra annum est assumendus *ibid.*

Donatio facta fratri intuitu certi Matrimonii cum explicita renunciatione Legi; *Si unquam*: non revocatur ob filiorum supervenientiam *pag.*4. §. *Quamvis*.

Donatio inter virum, & uxorem facta constante Matrimonio improbatur *pagin.* 4 §. *Quamvis*.

Nisi morte viri, vel uxoris confirmetur, nulla est *ibid.*

Inanis fortius est si revocetur *ibid.*

Excludit liberalitatem *pag.*5. §. *Praeterea*.

Utrum revocari possit si Conjuges ejus nullitatem scientes solemniter, & juramento interposito renuntiaverint beneficio Legis *pag.*4. §. *Quamvis*.

Do-

Donatio universalis revocatur per supervenientiam Filiorum *pag.* 143. §. *Præterea*.

Non verò particularis *ibidem*.

Nec universalis revocatur, si cogitaverit donans de filiis nascituris *ibidem*.

Servata tamen formula a *Bartolo* præscripta *pag.* 143. §. *Jura enim*.

Non sufficit in abstracto cogitare de filiis *ibid.*

Sed intervenire debet expressa mentio filiorum *ibid.*

Et litteralis renunciatio Legi: Si unquam *ibid.*

Dotalia subsidia prælative danda sunt puellis consanguineis, & affinibus *pag.* 48. §. *Præterea*.

Quando, & in quo gradu *pag.* 49. *eod.* §., & §. *Aut Testator*.

Hæc prælatio ex præsumpta Testatoris voluntate aliquando cessat ultra quartum gradum jure civili computandum *pag.* 121. §. *Verumtamen*. *pag.* 56. §. *Ac demum*. & §. *Oratrices*.

Magis si conjunctio sit per lineam fæmininam *ibid.*

Suos habet fines dotatio ex naturali affectione, & ordinata charitate *pagin.* 73. §. *Contra*.

Nec procedit in infinitum *ibid.*

Deficiente voluntate Testatoris, quoad prælationem consanguinearum *ibid.*

Quòd si Testator aliquas feminas de agnatione sua, & familia dotaverit, præsumptio est, affectionem etiam erga remotiores habuisse, ad hoc ut extraneis præferantur *pag.* 48. §. *Expressam*.

Subsidiorum dotalium cumulus datur sanguine conjunctis cum testatore *pagin.* 73. §. *Suorum*,

Dummodo sanguinis conjunctioni accedat nobilitas natalium *ibid.*

Numerosa etiam Proles, & tenuitas Patrimonii *ibid.*

Verum aliquando denegatur Consanguineis Testatoris expresse vocatis *pagin.* 49. §. *Aut Testator*, *pag.* 50. §. *Oratrices*.

Denegatur fortius si eis resistat voluntas Testatoris *pag.* 74. §. *Quin immo*.

Duplum debet restituere, qui perceperit indebitam Procurationem *pag.* 83. §. *Igitur*.

E

Ecclesia Cathedralis dicitur aliquando Parœcia totius Civitatis *pagin.* 165. §. *Et quamvis*.

Etiam ad satisfaciendum Paschali præcepto *ibid.*

Ecclesia pauper non tenetur ad Procurationem *pag.* 52. §. *Ex altero*.

Ecclesiarum Statuta, vel consuetudines non improbantur, quibus cautum est, ut Canonici noviter recepti per aliquod temporis spatium gratis inserviant *pag.* 122. §. *Porrò*, & §. *Pluries*.

Vel nihil percipiant de massa grossa *ibid.*

Ecclesiæ in utilitatem Presbyteri promoventur *pag.* 61. §. *At revera*.

Ecclesiæ horis commodis celebrare debent Sacerdotes, qui celebrant ex propria devotione, vel vigore Jurispatronatus *pagin.* 61. §. *Sacra*.

Emolumenta præscripta pro Legatis piis reducenda sunt ad tempus, quando redditus suppetunt pro integro illorum adimplemento *pag.* 160. §. *Inde*.

Emolumentum par esse debet, ubi par est onus *pag.* 100. §. *Atque hinc*.

Episcopi sæpe Synodalibus Constitutionibus providerunt, ut Missæ per congrua spatia in Ecclesiis celebrentur *pag.* 61. §. *At revera*.

Debent providere in Visitatione, ut prima Missa summo mane, & cæteræ debito intervallo usque ad meridiem celebrentur *pag.* 61. §. *Denique*.

Præsertim diebus Festis *ibid.*

In electione dignioris non debent respicere solam scientiam *pag.* 65. §. *De jure*.

Sed etiam alias qualitates, ætatem, mores, prudentiam, & existimationem, quam de eo habet Populus, & Clerus *ibid.*

Eorum arbitrio remittitur Congrua assignanda Parocho *pag.* 93. §. *Hæc omnia*.

Nequeunt novum onus imponere Cappellanis Jurispatronatus laicorum *pagin.* 61. §. *Denique*.

Nisi agatur de oneribus a jure impositis, cui Testator debet se conformare *ibid.*

Ætas ad professionem Religiosam quæ requiritur *pag.* 173. §. *Sustinet*.

Ætatis dispensatio ad assequendum Beneficium quandoque conceditur *pagin.* 112. §. *Ponderandum*.

Examen subire debet præsentatus ad Parœciam *pag.* 93. §. *Ad secundum*.

Quod aliquando Episcopo viciniori delegatur justis de causis *ibid.*

Examen novum competit ob illatum gravamen ex mala Examinatorum relatione, vel ex irrationabili judicio Episcopi *pagin.* 67. §. *Quod autem*.

Et quandoque istud remittitur Metropolitano *pag.* 67. §. *Sacra*.

Sæpe verò negatur *ibid.*

Expensæ utensilium detrahendæ quando reductio conceditur ad manualem *pag.* 17. §. *Et in Fanen.*

Expressum, quod non est volitum haud facile debet præsumi *pag.* 48. §. *E contra*,

F

Faentiæ centum Pacificis plura privilegia sunt concessa *pag.* 161. & 162. §. *Ut Faventina*, & §. *Inter hæc*.
Febris acuta impedit regulariter Matrimonii consumationem *pag*, 88. §. *Regulariter*.
Festis diebus Parochus applicare debet Missam pro Populo *pag.* 96. § *Quo posito*.
Fides Notarii Episcopalis testantis se perquisivisse Codicem Matrimoniorum illius Parochi, qui præsens fuerat Sponsalibus, nec invenisse partitam prætensi Matrimonii, valet multum ut dignoscatur illa fuisse Sponsalia de futuro *pag.* 2. §. *Jussu Sacr.*
Fidibus Matrimoniorum, & Baptismatis probatur Descendentia *pagin.* 73. §. *Contra*.
Filiorum nomine quando veniunt Nepotes *pagina* 111. §. *Quoad primum*.
Veniunt quando Ascendentis est Dispositio *ead. pag.* §. *Ad alterum*.
Secus si sit Transversalis *ibid.*
Filiorum per supervenientiam revocatur Donatio universalis *pag.* 143. §. *Interea*.
Non verò particularis *ibid.*
Neque universalis revocatur quando de filiis nascituris cogitaverit *ibid*,
Servata tamen formula a Bartolo præscripta *pag.* 143. §. *Jura enim*.
Debet enim intervenire expressa mentio Filiorum *ibid.*
Et litteralis renunciatio Beneficio Legis: *Si unquam ibidem*.
Non sufficit in abstracto de nascituris filiis cogitare *Ibid.*
Fiscus non dicitur satisfactus si pœnæ tempus non fuerit consumatum *pagin.* 189. §. *Rursus*.
De Fructibus, & Capitali eadem ratio viget *pag.* 189. §. *Urgent*.
Hinc stipendia præterita debentur & jure dominii quando petuntur uti Capitale *Ibid.*
Fructus decursi usque ad obitum testatoris, vel currente tempore deliberandi, vel nondum adita hæreditate augent assem hæreditarium *pag.* 44. §. *Verumtamen*.
Fructuum dimidia parte privantur absentes per annum *pag.* 10. §. *Putant*, *pag.* 105. §. *Atque*.
Nisi adsit justa, & legitima causâ cum Indulto Apostolico *ibid.*
Fructus primi anni Fabricæ Ecclesiæ, & fructus secundi anni pro hæredibus ejusdem Canonici relinqui possunt a Canonicis noviter provisis, si extet consuetudo *pag.* 223. §. *Quod autem*.
Ista tamen consuetudo debet esse centenaria *pag.* 134. §. *Illa verò*.
Quæ præsumit interventum Apostolici Indulti, vel Apostolicæ confirmationis *Ibidem*.
Vel saltem debet esse probata in contradictorio Judicio *Ibid.*
Fundatores mere etiam laicales nequeunt pactum apponere, quòd Cappellani celebrent horis sibi benevisis *pag.* 61. §. *Denique*.
Quod vergeret in detrimentum Ecclesiæ, & Divini cultus *Ibid.*
Fundus certus si non sit assignatus, Missarum reductio denegatur *pag.* 99. §. *Attamen*.

G

Gravamen illatum ex irrationabili Judicio Episcopi, vel ex mala Examinatorum relatione præbet actionem ad novum examen *pag.* 67. §. *Quod autem*.

H

Hæredes quoad Missarum, & Onerum implementum. Vid. *Reductio Missarum, vel Onerum*.
Hæreditatis assem augent fructus decursi usque ad obitum testatoris, vel currente tempore deliberandi *pag.* 44. §. *Verumtamen*.
Vel nondum adita hæreditate *Ibid.*
Hora quavis canonica Missa potest celebrari *pag.* 59. §. *Episcopus*.
Hora populo necessaria tamen debet servari *pag.* 63. §. *Recte*, & *pag.* 6 . §. *Denique*.
Quando adsit hæc necessitas *Ibid.*
Hinc Sacerdotes debent celebrare juxta ordinem Tabellæ, vel mandatum Sacristæ *pagin.* 61. §. *Denique*.
Etsi Cappellanias de Jurepatronatu laicorum obtineant *Ibid.*
Fundatores enim nequeunt pactum apponere, quòd Cappellani celebrent horis sibi benevisis *Ibid.*
Quod vergeret in detrimentum Ecclesiæ, & cultus Divini *Ibid.*
Etsi denique celebrent ex propria devotione *ibid.*
Hinc plures Episcopi Synodalibus Constitutionibus providerunt, ut Missæ per congrua spatia in Ecclesiis celebrentur *pag.* 61. §. *At revera*.
Homicidium quoad irregularitatem. Vid. *Irregularitatis dispensatio*.
Honestatis publicæ impedimentum in primo gradu dispensatur ex gravi causa *pagin.* 91. §. *Dispensationes*, & *seq.*

I

Idoneus quoad Præbendam Theologalem. Vid. *Præbenda Theologalis*.
Imminutio redditūum est causa reducendi pium Legatum *pag.* 184. §. *Urgentque*.
Hæc tamen non attenditur nondum reddita

dita ratione de bonis hæreditariis, & deficiente Inventario pag. 187. §. Animadvertendum.

Et imminutionem evenisse docendum est citra culpam hæredum pag. 40. §. Cæterum.

Impedimenta Matrimonii rarò, & ex gravi causa dispensantur pag. 89. §. Acceditque.

Impedimentum primi gradus Affinitatis denegatur pag. 91. §. Nodus.

Publicæ honestatis verò conceditur ex gravi causa ead. pagin. §. Dispensationes, & seq.

Incerta emolumenta computantur in Congrua Parochi pag. 94. §. Ponderandum.

Indultum abessendi est inefficax quando irrationabilis est abessendi causa pag. 9. §. Altera.

Et quando sub: vel obreptitium sit pagin. 105. §. Quibus.

Vel quando exhibita non sunt penes acta Cancellariæ Episcopalis, vel si ab Episcopo non sunt executioni demandata Ibid.

Huic Indulto quale Canonicorum gravamen obstet pag. 9. §. Tertium.

Elapso termino non debentur distributiones pag. 10. §. Ponderandum.

Indultum abessendi aliquando conceditur per duos menses in quolibet anno pagin. 167. §. Transeundo.

Ita tamen, ut nunquam absint ultra tertiam partem ibid.

Et omnes intersint diebus Dominicis, & Festis totius anni, & diebus omnibus Quadragesimæ, Octavæ Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes, & Corporis Christi ibid.

Indultum annuæ vacationis datur ubi adest assiduum, & laboriosum Chori servitium pag. 99. §. Hodierni.

Infirmitas gravis regulariter impedit Matrimonii consumationem pagin. 88. §. Regulariter.

Institutio danda est prævio examine Sacerdoti præsentato ad Paræciam a Patronis pag. 93. §. Ad secundum.

Interpretatiò quando dicatur potius, quàm commutatio voluntatis pag. 55. §. Regula.

Inventarii omissio an impediat detractiones hæredi gravato pag. 184. §. Urgens.

Præsertim si ies sit cum hæredibus fideicommissariis, non legatariis pagin. 186. §. Opinio.

Impedit onerum reductionem, etiamsi redditus non sint idonei pag. 39. §. Accedit.

Hoc enim casu hæres tenetur de proprio ibid.

Irregularitatis dispensatio propter homicidium incursæ denegatur pagin. 27. §. Propugnat.

Nisi homicidium pro sui defensione patratum sit vim vi repellendo ibid.

Et servatum sit moderamen inculpatæ tutelæ pag. 27. §. Nullumque.

Conceditur tamen aliquando Clerico jam promoto pag. 19. §. Certa, & pag. 28 §. Ponderandum.

Si multum temporis effluxerit a die patrati homicidii ibid.

Ita ut homicidii memoria obliterata sit, & sic cesset scandalum, & horror pagin. 190. §. Rursus.

Jura pauperum debent servari pag. 115. §. Sacra.

Ad Jura majora Pontificiæ Jurisdictionis pertinet approbare concordiam, & alienationes Jurium, vel bonorum Ecclesiæ, quæ excedunt valorem Capit. Terrulas pag. 149. §. Subdunt.

Hinc speciali indiget expressione, & delegatione ibid.

Juramenti vinculum cum adest, si reclamare quis velit, prius a juramento est dispensandus pag. 8. §. Nunc autem.

Quomodo dispensandus pag. 4. §. Ambigendum.

Utrum lædi possit jus quæsitum Tertii pagin. 5. ibid.

Jurisdictio quasi Episcopalis competit Capitulo Lateranensi super Ecclesiis, & Locis piis in ejus solo fundatis pag. 51. §. Non enim.

Juspatronatus quomodo probatur pag. 154., & seq. per tot.

Probatur a centenaria observantia pagin. 154. §. Uterque.

Ex Insignibus insculptis, ex actis Visitationum ex restauratione Ecclesiæ, & renovatione utensilium pag. 155. §. Contendunt.

Ex cessione Jurispatronatus pag. 156. §. E contra.

Juspatronatus Ecclesiæ adnexa feudo acquisitum litteraliter in Emptione ad Baronem spectat pag. 155. §. Duo sunt.

Juspatronatus Beneficii non probat Juspatronatum Ecclesiæ pag. 155. §. Hanc tamen.

Nequit renunciari ab Abbatissa inconsultis Monialibus capitulariter congregatis pag. 93. §. Quoad primum.

L

Lateranensi Capitulo competit jurisdictio quasi Episcopalis super Ecclesiis, & Locis piis in ejus solo fundatis pag. 51. §. Non enim.

Legatum Missarum quomodo distinguitur a Cappellania pag. 126. §. Preces.

Legatum Missarum dicitur cum nulla Ecclesia præscripta fuit a Testatore Ibid.

Nullumque designatum altare ibid.

Neque intercessit auctoritas Ordinarii Ibid.

Si nullam fecerit de Cappellania mentionem pag. 127. §. Duo.

Et nemini jus nominandi reliquerit Ibid.

Si testator ab assignatione ususfructus incaeperit *Ibid.*
Et in substitutionibus semper loquutus fuerit de usufructu *ibid.*
Nec substitutio Presbyteri de familia non immutat qualitatem Legati Missarum laicalem *pag.*126. *§. Nec obstare.*
Decretum factum in actu S. Visitationis demonstrat indolem Cappellaniae, vel Legati pii *pag.* 120. *§. Fortius.*
Hujusmodi Legatum retineri potest etiam a Conjugato *pag.*126 *§. Preces.*
Immo ab Infantibus, & a Mulieribus *ibidem.*
Legatum pium si a bonorum assignatione incipiat, dicitur taxativè relictum *pagin.* 31. *§. Animadvertit.*
Demonstrative verò si ab onere incipiat *ibid.*
Reducitur si redditus sint imminuti *pagin.* 184. *§. Urgentque.*
Quando dicitur praescriptum *Ibid.*
Ut praescribatur debet probari certa scientia devolutionis in legatario *pag.*186. *§. Quò verò.*
Postulari nequit a Fratribus Cappuccinis & Minoribus de Observantia *pagin.* 183. *§. Ablegatis.*
Sive legatum sit pecunia *pagin.* 183. *§. Idque.*
Sive speciei *Ibid.*
Cum onere, vel sine *Ibid.*
Capaces tamen sunt unius, vel temporaneae praestationis *ibid.*
Nec non annuorum Legatorum si onus illa praestandi sit impositum haeredibus *p.*185. *§. At verò*, & *§. Consimili.*
Tunc enim haeredes illa praestare tenentur *ibid.*
Tradique debent titulo eleemosynae *pagin.* 185. *§. Ulterius.*
Leges Capitulares non possunt immutare qualitatem, & naturam Beneficiorum *pag.* 101. *§. Nec obstat.*
Nec possunt tollere jura concessa Beneficiatis in fundatione *ibid.*
Quin obstet earumdem usus *pagin.* 101. *§. Animadvertunt.*
Cum praedecessores damnum inferre nequeant successoribus *ibid.*
Litis defensio quando sit justa causa pro absessendo *pag.*9. *§. Altera.*
Non est, cum lis per Procuratorem agi potest *ibid.*
Nec praesentia Beneficiati est necessaria *ibid.*
Litterae Apostolicae si difformes sint a supplicatione, standum est supplicationi *pag.*133. *§. Minusque.*
Quia haec est Matrix earumdem *Ibid.*
Reformantur si sint erroneae *pagin.*133. *§. Minusque.*
Vel malè expressae *ibid.*
Non reformantur si obtentae sint habito consensu Episcopi, & interesse habentium *pag.*132. *§. Huic.*
Nec decet insistere contra illas, si acceptatae sint, & executae *ibid.*

M

Matrimonii consumationem regulariter impedit gravis infirmitas, vel febris acuta *pag.*88. *§. Regulariter.*
Matrimoniorum fidibus probatur descendentia *pag.*73. *§. Contra.*
Ex Matrimonio rato, & non consumato quodnam oritur impedimentum *pag.*39. *§. Ex Matrimonio*, & *§. Ex hoc.*
Oritur impedimentum affinitatis initiative *ibid.*
Matrimonium quoad impedimenta. Vid. *Impedimenta Matrimonii.*
Mens Fundatorum eruenda ex circumstantiis loci, temporis, & Personarum *pag.* 62. *§. Verum.*
Mensae Capitulari Collegiatae Ecclesiae S. Venantii Civitatis Camerinensis alia beneficia uniri nequeunt *pag.* 178. *§. Deficit.*
Missam pro Populo applicare debet Parochus diebus festis *pag.*96. *§. Quo posito.*
Missam Die festo iterandi facultas aliquando conceditur Parocho, qui duas habet Paraecias *pag.* 60. *§. In quo.*
Missa prima summo mane, & caetere usque ad meridiem debito intervallo celebrandae sunt *pag.*61. *§. Denique.*
Praesertim diebus festis *ibid.*
Idque curare debet Episcopus in Visitatione *ibidem.*
Missarum legatum. *Vid.* Legatum Missarum.
Quomodo distinguatur a Cappellania *ibid.*
Missarum onus est privilegiatissimum *pag.* 149. *§. Maximè.*
Caeteris antecellit *ibid.*
Missarum reductio, *Vid.* Reductio Missarum.
Missarum translatio conceditur cum Testator respexit tantum animae suffragium *pagin.*17. *§. Ordinarius.*
Id quomodo probetur *ibid.*
Moderamen inculpatae tutelae quando dicatur servatum *pag.* 27. *§. Nullumque.*
Observari debent causa, modus, & tempus *ibid.*
Injusta invasio debet praecedere occisionem *ibid.*
Et defensio esse debet proportionata invasioni *ibid.*
Multiplicum designatum si post saecula fieri nequeat, conceditur commutatio voluntatis in simile, vel magis necessarium pium opus *pag.*14. *§. Atque hinc.*

N

Necessitas est urgens causa commutandi voluntates Testatorum *pag.* 14. *§. Atque* .
Nepotes aliquando veniunt nomine filiorum *pag.*14. *§. Quoad primum* ,
Aliquando non veniunt *ibid.*
Veniunt quando agitur de Ascendentis dispositione *pag.*111. *§. Ad alterum* .
Secus, quando agitur de Transversalis dispositione *ibid.*
Notarii Episcopalis Fides testantis perquisivisse Codicem Matrimoniorum Ecclesiæ illius Parochi, qui præsens fuerat sponsalibus, nec invenisse partitam prætensi Matrimonii multum valet ad agnoscendam qualitatem sponsalium *pag.* 2. *§. Jussu sacra* .

O

Obligationem præcisam non inducunt verba, quæ important simplicem urbanitatem,& liberalitatem *p.*51.*§.Hancautem*
Observantia constans, & diuturna Transactionis facit præsumere interventum Beneplaciti Apostolici *pag.* 148. *§. Urgent,*
Observantia transactionis non probatur, si eam aliqui voluntarie sint executi *pag.*150. *§. Quod autem* .
Nec sint cohibiti eam exequi renuentes *ibid.*
Onera sunt implenda donec existunt bona hypotecata *pag.*59. *§. Attamen* ,
Onera præscripta in unione Beneficiorum sunt adimplenda *pag.*177. *§. Defuncto* .
Onera nova Cappellanis imponi nequeunt *pag.*59. *§.Episcopus* .
Onera per substitutos nequeunt a Canonicis adimpleri *pag.*149. *§. E contra* .
Tenentur enim per se ipsos Ecclesiæ inservire *ibid.*
Dummodo non sint legittime impediti *ibid.*
Nec attenditur contraria observantia, & consuetudo *ibid.*
Per substitutum tamen onera tenetur adimplere Canonicus habens Indultum abessendi ob defendenda jura sui Beneficii *pag.*9. *§. Tertium* ,
Et in hoc casu ei debetur Massa grossa unà cum emolumentis quarumcumque Missarum, & quarumcumque oblàtionum *ibid.*
Onera Missarum suspenduntur redditibus deficientibus *pag.*96. *§. Attamen.*
Onerum reductio vid. *Reductio Onerum* .
Onus ubi par est, ibi par esse debet emolumentum *pag.*10. *§. Atque hinc* .
Onus Missarum est privilegiatissimum *pag.*96. *§. Maxime* .
Cæteris antecellit *ibid.*
Tam quoad Missarum numerum, tam quoad eleemosynam præscriptam *ibid.*
Etiamsì redditus hereditarii sint impares *ibid.*
Onus novum imponi nequit ab Episcopo Cappellanis Jurispatronatus laicorum *p.*61. *§. Denique* .
Id non intelligitur de Oneribus a jure impositis *ibid.*
Cui Testator debet se conformare *ibid.*
Onus primo vocato impositum tanquam personale ad successores in activo Patronatu repetitum non censetur *pag.*111. *§. Quoad primum* .
Ordinarii approbatio requiritur in Transactione super bonis Ecclesiæ *pag.* 148. *§. Addunt* .

P

Paræcia ut supprimatur, requiritur justa, & necessaria causa *pag.*177. *§. Addunt* ,
Cum tendat ad Cultus Divini decrementum *ibid.*
Quæ causa concludentissimè probari debet *pag.*178. *§. Utramque* .
Nec fides adhibenda Episcopo sòlum supprimenti *ibid.*
Parochianus in propria Paræcia oneri Præcepti Paschalis communionis debet satisfacere *pag.*163. *§. Rursus,* & *pag.*165. *§. Sacra* ,
Quovis privilegio, & consuetudine non obstante *ibid.*
Nisi adsit proprii Parochi licentia *p.*165. *§. Et quamvis* ,
Aliquando tamen Cathedralis Ecclesia dicitur Paræcia totius Civitatis, etiam ad satisfaciendum Paschali Præcepto *pag.*165. *§. Et quamvis* .
Parochus non debet ministrare Sacramenta Parochianis alterius Paræciæ *pag.*164.*§.Resistit* .
Debus festis applicare debet Missam pro Populo *pag.*96. *§. Quo posito* .
Congrua eidem assignanda remittitur arbitrio Episcopi, non verò Patroni *pag.*93. *§. Hæc omnia* .
Et in qua summa *ibid.*
Nec in congrua computantur incerta emolumenta *pag.*94. *§. Ponderandum* .
Et aliæ obventiones communiter percipi solitæ *ibid.*, & *§. Sacra* .
Si duas habeat Paræcias, ei aliquando conceditur facultas iterandi Missam die Festo *pag.*60. *§. In quo* .

Patro-

Patrono pauperi debentur alimenta super fructibus bonorum Patronatui subjectorum *pag.69. §. Hoc tamen*.

In quibus adest originaria alendi obligatio *ibid.*

Onus impositum primo vocato tamquam personale ad successores in activo Patronatu repetitum non censetur *pag.111. §. Quoad primum*.

Pauperum jura servari debent. *pag.115. §. Sacra*.

Peculium quasi Castrense dicuntur Bona Clericorum *pag.144. §. At verò*.

Super quo nullum jus habet Pater. *Ibid.*

Pœnæ tempus si non fuerit consumatum Fiscus non dicitur satisfactus *pag.189. §. Rursus*.

Pontificium Indultum ob., vel subreptitium non est sustinendum *pag. 137. §. Nihilominus*.

Possessionem Præbendæ qui non ceperit fructus suos facere nequit *pag.124. §. Quamobrem*.

Præbenda Pœnitentiaria requirit Doctoratum. *Pag.67. §. Itemque*.

Qui saltem intra annum est assumendus *Ibid.*

Et ista, sicut Theologalis, & Parœcia est conferenda magis idoneo *pag.65, §. Hæc prælectio*,

Presbyteri promoventur pro Ecclesiæ utilitate *pag.65. §. At revera*.

Quavis hora canonica possunt Missam celebrare *pag.59. §. Episcopus*.

Præscripta quando dicantur Legata *pag.184. §. Urgent*.

Non præscribitur non probata certa scientia devolutionis legati in legatario *pag.186. §. Quà verò*.

Præsentati ad Curam Animarum examen quandoque delegatur Episcopo viciniori *pag. 3. §. Ad secundum*.

Justis tamen urgentibus, & rationabilibus concurrentibus causis. *Ibid.*

Præsumi facile non debet volitum quod non expressit *pag.48. §. E contra*.

Procuratio solvenda est Visitatoribus *pag.51. §. Non enim*.

Fieri potest in victualibus, vel in pecunia *ibid.*

Quacumque consuetudine in contrarium non obstante. *Ibid.*

Ad meram tribuitur necessitatem *pag.51. §. Hanc autem*.

Nec est iteranda. *Ibid.*

Nec solvenda est ab Ecclesia Paupere *pag.2.5 §. Ex altero*.

Neque debetur iis locis ubi consuetudo adest eam non solvendi *pag.83. §. Sustinet*.

Si indebite fuerit percepta duplum debet restitui *pag.83. §. Igitur*.

Et aliæ pœnæ incurruntur. *Ibid.*

Professio Religiosa emitti debet in manibus superioris *pag.175. §. Quod autem*.

Non sufficit actus internus. *Ibid.*

Emissa ante decimum sextum annum est nulla *pag.173. §. Sustinet*.

Nullamque inducit obligationem *ibid.*

Nec potest ratificari *pag. 175. §. Duplici*.

Excludit enim magis tacitam Professionem *ibid.*

Et ratificatio sanare potest defectum liberi consensus, non autem quod ex Conciliari Lege nullum est *ibid.*

Hinc conceditur adversus hanc restitutio in integrum, licet adsint conjecturæ inducentes tacitam Professionem *pag.175. §. Ponderandum*.

Professio tacita nullam quomodo convalidet *pag.174. §. Fortius*.

Ex quibus inducatur *ibid.*

Renovata dici nequit si Superior dimiserit nulliter Professum *pag.175. §. Quod autem*.

Et quærimoniæ, atque reclamationes factæ sint intra quinquennium *pag. 174. §. Præ oculis*.

Actus tacitam Professionem indicantes inefficaces sunt ad illam inducendam intra quinquennium *pag.174. §. Præ oculis*.

Nisi gesti probentur cum scientia nullitatis, & animo eamdem convalidandi *ibid.*

Profiteri dolosè qui voluerit in eadem Religione tenetur permanere *pag. 174. §. E contra*.

Q

Qualitates eligendi simul sumptæ ostendunt digniorem *pag.65. §, De jure*.

Quærimoniæ, & reclamationes adversus Professionem factæ intra quinquennium excludunt tacitam Professionem *pag.174. §. Præ oculis*.

Quæsita eadem omnibus facienda sunt in Concursibus Paræciarum *pag.66. §. Tuetur*.

R

Reclamationes, & quærimoniæ adversus Professionem factæ intra quinquennium excludunt tacitam Professionem *pag. 174. §. Præoculis*.

Tollunt enim præsumptionem convalidationis elicitam a silentio *ead. pag. §. Permanentia*,

Quæ nec præsumitur, si concurrant egestas, & necessitas observandi Regulam Religiosam *ibid.*

Reddi-

Redditibus deficientibus reducuntur Legata Pia *pag.*184. §. *Urgentque*.
Et suspenduntur onera Missarum *pag.96.* §. *Attamen*.
Et ad tempus reducuntur emolumenta praescripta pro Legatis piis *pag.*160. §. *Inde*.
Non attenditur tamen asserta imminutio non reddita ratione de bonis haereditariis, & deficiente inventario *pag.*187. §. *Animadvertendum*.
Reductio Missarum conceditur quoque si nullus inveniatur Sacerdos, qui celebrare velit pro eleemosyna a Testatore praescripta *pag.*57. §. *Ordinarius*.
Aliquando conceditur ad rationem perpetue juxta modum Regionis *pag.*17. §. *Ordinarius*.
Aliquando conceditur ad rationem perpetue juxta modum Regionis *pag.*17. §. *Et in Famen.*
Aliquando ad rationem manualis deductis expensis Utensilium *ibid.*
Necnon conceditur, ut consulatur honestę sustentationi Familiae Fundatoris ex ejusdem voluntate praesumpta *pag.* 130. §. *Haec omnia*.
Non conceditur cum haereditas universa est gravata *pag.*39. §. *Attamen*.
Quando haeredes ad certae summae solutionem sunt gravati *ibid.*
Nec certus Fundus fuit assignatus *ibid.*
Missae Conventualis reductio ut obtineatur quid probandum *pag.* 8. §. *Haec omnia*.
Concessa est ad dies Festos de praecepto propter exiguitatem Praebendarum *pag.*19. §. *Sacra*.
Et propter exiguitatem etiam reddituum *pag.*116. §. *Sacra*.
Reductio onerum conceditur, quoties redditus non sufficiunt ad onera ferenda demptis alimentis descendentium a Testatore praescriptis *pag.*40. §. *Caeterum*.
Et imminutio evenerit citra culpam haeredis *ibid.*
Denegatur etiamsi redditus non sint idonei, quando haeres inventarium legittimum non confecit *pag.*39. §. *Accedit*.
Hoc enim casu haeres tenetur de proprio *ibid.*
Reformatio Litterarum Apostolicarnm *vid. Litterarum Apostolicarum reformatio*.
Renovatio tacita Professionis ex quibus inducitur *pag.*174. §. *Fortius*.
Renunciatio solemnis Beneficio Legis *si unquam Cod. de revoc. donat. quid operatur pag.*4. §. *Quamvis*.
Renunciatio Jurispatronatus facta ab Abbatissa inconsultis Monialibus capitulariter congregatis est nulla *pag.*93. §. *Quoad primum*.
Magis si re integra fuerit a Monialibus revocata *ibid.*
Reprobatur etiam uti exitiosa Loco Pio *ibid.*
Reservatio exercitii Jurium Parochialium & consensus suppressioni Paraeciae pugnant inter se *pag.* 133. §. *Quod*.
Restitutio in integrum adversum Professionem nullam ob defectum aetatis conceditur *pag.*175. §. *Ponderandum*.
Licet adsint conjecturae inducentes tacitam Professionem *ibid.*
Romae, & Alexandriae olim unicum singulis diebus Sacrificium agebatur *pag.*59. §. *In quo*.

S

Sacerdos debet preces Populi offerre Deo *pag.*60. §. *Sapienter*.
Celebrare debet in casu necessitatis *pag*60 §. *Recte*.
Etiamsi nec animarum curam, nec Beneficium, nec stipendium habeat *ibid.*
Et debet servare horam Populo necessariam *ibid.*
Hinc celebrare debet juxta ordinem Tabellę, vel mandatum Sacristae *pag.* 61. §. *Denique*.
Pro populi commoditate *ibid.*
Etiamsi Cappellaniam habeat de jurepatronatu laicorum *ibid.*
Vel ex propria devotione celebret *ead. pag.* §. *Sacra*.
Sacrificio enim privare Fideles nequit ob quietem, & libertatem *ead. pag.* §. *Sane*.
Debet etiam ministrare Sacramenta, & Orationum munimenta *ibid.*
Ideo dicitur Sacra dans *ibid.*
Seminario lericorum quomodo providendum *pag.*80. §. *Quaerendum*.
Sententiae Judicis clarè si opponitur mens Testatoris Legatum pium est adimplendum *pag.*36. §. *Sententia*, & §. *Similiter*.
Servitium per mediarias concessum est, attenta Praebendarum tenuitate *pag.*168. §. *Similiter*.
Aliquando per tertiariam a die prima Junii, usque ad primam diem Octobris *pag.*167. §. *Item*.
Statuta, vel consuetudines non improbantur, quibus cautum est ut Praebendati noviter recepti per aliquod temporis spatium gratis inserviant *pag.*122. §. *Porro*, & §. *Pluries*.
Stipendium Cappellaniarum a qua die debeatur *pag.*159. §. *Urgent*.
Subreptitia Indulta ad nihilum suffragantur *pag.*8. §. *Nunc autem*.
Subreptitia sunt, si ea reticeantur, quae si innotuissent, S.C. difficiliter, vel nullo modo ea concessisset *ibid.*
Supplicationi standum est si Litterae Apostolicae difformes sint a supplicatione *pag.*133. §. *Minusque*.

Quia hæc est Matrix earumdem *ibid.*
Suppressio Parœciæ requirit justam, & necessariam causam *pag.*177. §. *Addunt*.
Cum tendat ad decrementum divini cultus *ibid.*
Quæ concludentissimè probari debet *pag.*178. §. *Utramque*.
Nec fides adhibenda solum Episcopo supprimenti *ibid.*
Requirit etiam assensum Capituli Cathedralis *pag.*178. §. *Deficit*.

T

TAxativè relictum dicitur legatum, quod incipit ab assignatione bonorum *pag.*31. §. *Animadvertit*.
Demonstrative autem cum incipit ab onere *ibid.*
Testatoris voluntas religiosè servanda est *pag.*48. §. *E contra*.
Nec destrui ea potest a Sententia Judicis *pag.*36. §. *Sententia*, & §. *Similiter*.
Si clara sit, cessare facit conjecturas *pag.*70 §. *Rursus*.
Testator debet se conformare Juris dispositioni *pag.*61. §. *Denique*.
Testis unica depositio nihil probat *pag.*36. §. *Videtur*.
Magis, quando contraria est menti, & Testamento Fundatoris *ibid.*
Theologalis Præbenda more Parochialium magis idoneo est conferenda *pag.*65. §. *Hæc prælectio*.
Titulus Jurispatronatus quibus conjecturis suppleatur *pag.*154. §. *Uterque*.
Transactio est observanda, quæ in implicito validitatis statu manet *pag.* 148. §. *Nunc Judicium*.
Donec in suo congruo judicio, & per tres conformes sententias revocetur *ibid.*
Declareturque invalida, & insubsistens *ibid.*
Super bonis Ecclesiæ quas requirit solemnitates *pag.*148. §. *Addunt*.
Requiritur interessentia, & approbatio Ordinarii *ibid.*
Inita inter personas ejusdem Ecclesiæ utrum requirat Beneplacitum Apostolicum *pag.*548. §. *Addunt*.
Quod facit præsumere observantia constans, & diuturna *pag. eadem* §. *Urgent*.
Observantia tamen non probatur si eam aliqui voluntariè sint executi *pag.* 150. §. *Quod autem*.
Nec sint cohibiti eam exequi renuentes *ibid.*
Translatio Missarum conceditur cum Testator respexit tantum animæ suffragium *pag.*57 §. *Ordinarius*.
Id quomodò probetur *ibid.*
Transversalis dispositio difficiliter secumfert benignam interpretationem favore consanguineorum ad detrahenda alimenta ex Legato pio *pag.*70. §. *Rursus*.
Trebellianica debetur primo hæredi gravato *pag.*184. §. *Urgent*.
Tutelæ moderamen inculpatæ quando servetur *pag.*27. §. *Nullumque*.
Tria requiruntur causa, modus, & tempus *ibid.*
Injusta invasio præcedere debet occisionem *ibid.*
Defensio esse debet invasioni proportionata *ibid.*
Servanda æqualitas armorum *eadem pag.*28.
Debet fieri occisio, vel mutilatio in ipso actu aggressionis, & defensionis *ibid.*

V

VErba, quæ simplicem urbanitatem, & liberalitatem important ad præcisam obligationem traduci nequeunt *pag.*51. §. *Hanc autem*.
Vicario Capitulari Procuratio debetur pro medietate *pag.*83. §. *Progreditur*.
Vacatio a Choro ultra tres menses non permittitur *pag.*167. §. *Hæc sunt*.
Quolibet statuto, aut consuetudine non obstante *ibid.*
Quæ vacatio conceditur, si Constitutiones Ecclesiæ requirant servitium totius anni *pag.*100. § *Licet*.
Vacationis enim Indultum conceditur si adsit laboriosum, & assiduum Chori servitium *pag.*99. §. *Hodierni*.
Ideoque augetur aliquando ad duos vacatio unius mensis *pag.*101. §. *Itemque*.
Vacationem parem in pluribus Ecclesiis habent Canonici cum Beneficiatis *pag.*100. §. *Atque hinc*.
Voluntates Defunctorum religiosissimè sunt servandæ *pag.*158. §. *Jura*.
Earum commutatio sine justa, rationabili, & necessaria causa non est facienda *pag.*54. §. *Regula*, & *pag.* 137. §. *Contendunt*.
Urgente necessitate commutantur *pag.* 55. §. *Sacra*.
Magis si commutatio fiat in aliud pium opus, quod proximum sit, & congruum voluntati Testatoris *ibid.*
Magisque si fiat ante executionem voluntatis Testatoris *ibid.*
Et imminuti sint redditus *pag.*55. §. *Regula*.
Vel causa concurrat publicæ utilitatis *pag.*13. §. *Administratorum*.

Vel

Vel quando designatum multiplicum nonnisi post sæcula fieri possit *pag*.14. §. *Atque hinc* §. *Alteram*, & §. *Et in hanc*.

Sane dicitur aliquando interpretatio potius, quàm commutatio voluntatis *pag*.53. §. *Regula*.

Utensilium expensæ detrahi soleat, quando conceditur Missarum reductio ad rationem manualis *pag*.17. §. *Sacra*, & *seq*

Secus in reductione ad rationem perpetuæ *ead. pag*. §. *Et in Fanen*.

FINIS



